C. 1. B. 2
BIBLIOTECA NAZ.
150
E
18
NAPOLI
102
102
O
1180
BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
150
E
18
NAPOLI
Digitized by Google

[redacted]

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIAE BIBLIOTHECÆ FABRICIANAE

PARS II.

Qua

Singuli eius libri, eorumque contenta, & ſi quae dantur variae editiones, augmenta, epitomae, apologiae ſive defenſiones, auctorum errores & vitae,

Doctorumque virorum de auctoribus illis, & eorum libris iudicia, atque alia ad rem librariam facientia recenſentur, ſcriptoreſque anonymi & pſeudonymi, nec non ſcripta ſpuria indicantur,

AUCTORE
IOANNE FABRICIO.

WOLFENBVTTELII
Sumtibus GODOFREDI FREYTAGII, Bibliop.
ANNO MDCCXVIII.

HELMSTADII LITTERIS SCHNORRIANIS.

Digitized by Google

VA1 1507094

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI

LUDOVICO RUDOLPHO

DUCI BRUNSUICENSI ET LUNEBURGENSI

PRINCIPI

IUSTO CLEMENTI MAGNANIMO

VITAM

AC

FELICITATEM.

Digitized by Google

SERENISSIME DVX
DOMINE CLEMENTISSIME

IN magna terrenae felicitatis parte ſine dubio ponendum, natum eſſe ex ea familia, quæ non ſolum inter Principales S. Rom. Imperii caput effert, ſed & Reges dedit ſacratiſſimos, atque Imperatores auguſtiſſimos: Parentem & Avum habuiſſe, quos ſapientiſſimis ac litteratiſſimis Principibus ſapiens atque eruditus orbis iure meritoque accenſuit: Patrem eſſe trium filiarum Prin-

Digitized by Google

Principum, re vera Charitum, quarum primam Summus in orbe Imperantium dulciſſimo ſibi fauſtoque matrimonio copulavit; ſecunda terrenam & caducam cum caeleſti ac perpetua corona feliciter permutavit; tertia & Arte & Marte inclyti Ducis coniux eſt cariſſima: immo & pluribus modis felicem in his terris ac beatum eſſe.

Sed hæc externa ſunt, nec verae ac ſempiternae laudis materiam abſolvunt. Verae Principum laudes in illis conſiſtunt, quae animi ſunt propria, atque ad ipſorum officium implendum ſpectant. Nimirum pietatem colere, iuſtitiam exercere, pectus gerere generoſo coctum honeſto, utilitatem publicam propriae anteponere, liberalem & magnificum eſſe erga bene meritos, miſericordem erga pauperes & egenos, in voluptatum, etiam licitarum, uſu continentem ac moderatum, conſtantem in utraque fortu-

na, magnanimum in acceptandis honoribus celſitudine ſua dignis, plus litteris quam armis delectari, malle eſſe quam videri bonum, neque alia facere quam laudanda, laudem tamen non ſectari, ſed ampliſſimum virtutis ſuae praemium in laeta conſcientia habere repoſitum: haec & alia ſimilia illae ſunt dotes, illa decora & ornamenta, quae Principes e vulgari hominum ſorte evehunt, eosque inclytos reddunt, atque omni aevo ſummis encomiis extollendos ac celebrandos. Quo haec pertineant, & de quo dicta ſint, vel me tacente colliges, Dux ſapientiſſime, quippe qui tam bene te cognoſcis, ut nemo quisquam melius. Quum ergo talis tantusque ſis, & in ſum̃a tamen fortuna ac dignitate humanitatis & gratiae ſoleas eſſe ſtudioſus, eiusque pluribus & luculentis me quoque beaveris documentis, dubitare nec volo, nec debeo, a Serenitate tua, prout demiſſiſſi-

me

Digitized by Google

me peto atque contendo, benigniſſime mihi permitti, ut Hiſtoriam hanc bibliothecariam, in qua non dicam Nobilium & Comitum, ſed Principum etiam, Regum & Imperatorum ſcripta exhibentur, celſiſſimo Nomini tuo, in ſignum perpetuae obſervantiae, aut potius pietatis & ſubiectionis, conſecrem atque dedicem. Faxit DEVS optimus maximus, ut diu atque in ſeram uſque ſenectam vivas, inoffenſa ſemper valetudine fruaris, feliciter porro gubernes, votorumque tuorum, quæ non niſi pia ſunt, complementum lætus hilariſque omni tempore videas atque experiaris. Datum Helmſtadii in academia Iulia, in vigilia S. Michaëlis anno a nato Chriſto MDCCXIIX.

SERENITATI TVAE

Subiectiſſimus

IOANNES FABRICIVS.

LECTOR

LECTOR BENEVOLE ET CANDIDE

IN Prima Hiſtoriae meae bibliothecariae Parte exhibui tibi SS. Biblia in fontibus, cum diverſis eorum verſionibus, & Commentariis cum Iudaeorum, tum Chriſtianorum, ac bono numero Patrum eccleſiae, tam graecae, quam latinae. Nunc accipis plures eiusmodi Commentarios, cum aliis libris theologicis, ſyſtematicis videlicet, polemicis, ſymbolicis, moralibus, homileticis, iuridicis, politicis, ſynodicis, geographicis, & hiſtoricis. Sed ne haec Pars priorem craſſitie ſuperaret, eique inaequalis redderetur, in medio hiſtoricorum abrumpendum mihi fuit recenſionis filum. Qui igitur ex hiſtoricis ſuperſunt, tecum alio tempore communicabuntur, ut & ii, qui antiquitates eccleſiaſticas & profanas, & rem librariam proponunt, item philoſophici, humaniora tractantes, & lexica diverſarum linguarum. Et hiſce, ſi fieri poterit, ac Deus volet, ſubiungetur relatio de libris, ut vulgo loquuntur, in quarto, & formae quidem maioris. Vale.

Vrbani

Digitized by Google

I.

VRbani REGII Opera latina & germanica. Noribergæ 1562. II. volumina. Latinis præmiſſa eſt Erneſti *Regii*, filii, epiſtola dedicatoria de verbo Dei, quod tribus rebus illuſtretur, nimirum impiorum fatalibus progreſſionibus & periodis, eccleſiæ conſervatione & propagatione, ac ſcriptoribus eccleſiaſticis, nec non Vita Vrbani patris. Et hæc Latina duabus conſtant partibus, quarum Prima, quæ Didactica ſive Dogmatica complectitur, continentur 1) Opuſculum de dignitate ſacerdotum incomparabili. pag. 1. ſcriptum Conſtantiæ A. 1518. eo videlicet tempore, quo adhuc tenebris pontificiis immerſus erat auctor. Vide *Præfat.* & *Veielii* Memoriam Regii §. 17. 2) De nova & veteri doctrina. p. 16. Quarum illa intelligit pontificiam. 3) Explicatio ſymboli chriſtianæ fidei, ſive apoſtolici, cum Compendiaria locorum communium interpretatione. p. 30. 42. Vterque tractatus e germanico in latinum verſus eſt a Io. *Styphelo*, & in publicum emiſſus A. 1527. *In hoc ſymbolo*, ait *Regius* p. 31. *fere traditum eſt, quid creditu chriſtiano dignum ſit, ad conſequendam ſalutem.* Et *Styphelus* in præfat. *Inter verbi Dei miniſtros optime de pietate meritus mihi videtur* Vrb. Regius, *qui præcipuam chriſtianæ felicitatis partem, hoc eſt, fidei noſtræ ſymbolum, qua pendet to-*

tius orbis ſalus, ſic contra olim inundatam impietatem tuetur, adeo robuſtiſſimis ſcripturæ ſanctæ munimentis circumvallit, tam ſtabili ac velut muro aheneo cinxit, ut nulla tempeſtate, nulla machina, nullaque vi vel frangi, vel debilitari queat. 4) Materia cogitandi de Miſſæ negotio. A. 1528. p. 57. Vbi inquirit, quando Miſſa, h. e. repræſentatio illa cærimonioſa, ſit orta, & quibus auctoribus. 5) Formulæ caute loquendi. Anno 1535. p. 76. Quæ inter libros ſymbolicos receptæ ſunt in Corpore doctrinæ Iulio. 6) Catechiſmus minor puerorum, dicatus Ottoni Furſtero, Cancellarii luneburgenſis filio. A. 1538. p. 88. 7) Catecheſis. A. 1540. p. 126. In gratiam & uſum FRAN. OTTONIS & FRIDERICI, Brunſv. & Luneb. Dacum puerorum ſcripta, atque inde *Catecheſis Principum* adpellata, ad differentiam Catechiſmi minoris. 8) Prophetiæ V. T. de Chriſto, cum præfat. Mart. *Lutheri* & Io. *Frederi*. p. 164. Eſt dialogus paulo ante mortem Regii, ſub ipſius & uxoris ſuæ Annæ, tanquam colloquentium, nominibus concinnatus, atque a Io. *Fredero* latinitate donatus, quo explicatio ſcripturæ a Chriſto coram diſcipulis emaunticis *Luc.* 24, 27. facta repræſentatur, adque adeo teſtimonia & vaticinia de Chriſto, in libris prophetarum extantia, producuntur & ſuccincte evolvuntur. *Dialogus hic* (ſunt verba *Frederi* in epiſt. dedicat.) *omnes, quos* Regius *ſcripſit libros ut magnitudine, ſic & utilitate, meo quidem iudicio, facile vincit: ſunt enim hæ de Chriſto prophetiæ medulla & nucleus ſcripturarum.* Eundem commendant *Dietericus* in Anal. euangel. feſtal. 445. Eraſ. *Schmid* in Luc. 24, 27. *Veiel* in Memor. Regii §. 24. & CL. V. E. *Loeſcher*, in Unſch. Nachricht. A. 1706. 206. 9) Oratio ſive homilia de angelis bonis & malis, Io. *Irenæo* (ſic enim Frederus ſe interdum adpellabat) interprete. p. 284. Omnia in ea complexus eſt, quæ de utroque angelorum genere dici poſſunt. 10) Alia de fide & reſurrectione, ex *Matth.* 9, 21. 25. p. 292. ab eodem verſa. 11) Loci communes theologici. p. 298. a Fredero poſt Regii mortem, qui eos ſibi duntaxat, e Patribus, Scholaſticis & neotericis, inter quos Lutherum vocat *Theophoretum*, collegerat, theologorum witteberġenſium conſilio publicati. 12) Libellus conſolatorius ad eos, qui patiuntur perſecutionem propter iuſtitiam; cum ſuccincta enarratione pſalmi 123. p. 381. *Irenæo* interprete. 13) Doctrina & conſolatio contra deſperationem propter peccata, e *Rom.* 4, 16. p. 396.

14)

14) Dialogus inter ſatanam & peccatorem pœnitentem, in quo de deſperatione & ſpe agitur. p. 403. Vterque interprete *Fredero.* 15) Medicina animæ pro hominibus adverſæ proſperæque valetudinis. p. 412. Medicina hæc ſunt promiſſiones ſacræ Scripturæ, quarum præcipuæ, tanquam antidota vera ac præſentiſſima contra omnis generis tentationes ſive animæ morbos, hic exhibentur. Verſionis latinæ auctor iterum eſt *Frederus.* 16) Conſolatio in omni genere afflictionum, & ſcala ad cœleſtem vitam. p. 473. Libellus hic a Regio ad cives hildeshemenſes, propter euangelium periclitantes, ſcriptus, ab *Irenæo* autem verſus in latinum, non tantum conſolationes contra tyrannidem & convicia impiorum porrigit, ſed etiam locos tunc controverſos explicat, & adverſariorum tela retundit ac frangit.

In Secunda Parte, quæ Commentariolis, Epiſtoliis & Diſputationibus abſolvitur, 1) Theobaldi *Billicani* epiſtola de verbis S. Cœnæ, & opinionum varietate, ac *Regii* Reſponſio. A. 1525. p. 1. 2) Reſponſio ad duos libros, primum videl. & tertium Io. Eccii de Miſſa. A. 1527. p. 6. 3) Epiſtola *Eccii*, A. 1526. & Reſponſoria *Regii*, A. 1528. p. 42. Vnde cauſa editi de Miſſa libelli intelligi poteſt. 4) Iudicium de *Cypriani* libello de eleemoſyna. A. 1532. p. 43. Vbi ad IV. obiectiones reſpondet. Enim vero obiectiones ſunt iſtæ: 1. Cyprianum opera noſtra ſic commendare, quaſi ſint propitiatio & ſatisfactio noſtra coram Deo. 2. Eleemoſyna & fide purgari peccata actualia, ſicut peccata ante contracta ſanguine Chriſti. 3. Iobum quotidianis ſacrificiis quotidiana peccata terſiſſe, c. 1. 5. 4. Bona opera eſſe credentium grande ſolatium, præſidium ſecuritatis, & munimentum ſpei, quibus homo ſibi Deum conſtituat debitorem. Reſpondet igitur ad 1. Diligenter in huiusmodi ſcriptoribus conſiderandum eſſe, ubi tradant fidei dogmata & doceant, ubi in genere demonſtrativo vel deliberativo laudare vel perſuadere conentur, ubi velut liberiores plura ſibi permittant. Hic non tractare Cyprianum ex profeſſo materiam de iuſtificatione, quo modo impius iuſtificetur, ſed iuſtificatos velle his operum laudibus ad opera ſtrenue facienda exſtimulare. Omnes Dei promiſſiones factas eſſe ex gratia, propter Chriſtum; ut liceat quidem opera dici *meritoria*, ſi ſimul agnoveris & confeſſus fueris, hæc opera eſſe divinæ gratiæ in voluntate noſtra effectus,

& quod Deus in nobis ſua dona coronet: erroneam autem eſſe cogitationem, ſi opera nuda, ſine ſua matre, hoc eſt, fide cogitamus. Ad 2. Catholicam eccleſiam credere & confiteri, Chriſti ſanguinem nos mundaſſe ab omni peccato, 1. *Io.* 1, 7. Ad 3. Sacrificia mortem Chriſti præcedentia fuiſſe tantum figuras: non igitur Iobi ſacrificia, ſed eius fidem, deleviſſe culpam. Ad 4. Cyprianum iſtis verbis rhetoricari, ut ſolent in epilogis oratores, quorum neruoſa oratio impetu ſuo lectoris vel auditoris animum ſecum rapiat, & efficaciter perſvadeat. Recte nos agere, dum laudamus bona opera, quæ & Spiritus ſanctus laudat; ſed caute tamen id faciendum, ac mediam viam tenendam, videlicet ut ſic laudemus, ne vulgus putet, ipſorum meritis noſtram conſtare iuſtitiam; rurſus ſic evehendam fidem, ne homines ab exercitio operum abſterreantur. 5) Examen epiſcopi (ſeu candidati miniſterii eccleſiaſtici) in Ducatu luneburgenſi. p. 46. Sunt tantum ſumma capita locorum theologicorum, eiusmodi candidato proponenda, ut conſtet de doctrina, quam didicit. 6) Commentariolus in *Pſal.* 87. A. 1536. p. 48. 7) In *pſalmum* 47. de regno Ieſu Chriſti. A. 1536. p. 56. 8) Chriſtiani Principis & Magiſtratus enchiridion. A. 1538. p. 65. Eſt inſtructio ex verbo Dei, quo modo Magiſtratus chriſtianus recte & laudabiliter munus ſuum gerere debeat: cui etiam ſubiungit IV. fontes conſolationum. 9) Diſputatio de reſtitutione regni iſraëlitici, contra omnes omnium ſeculorum Chiliaſtas, in primis tamen monaſterienſes. A. 1538. p. 74. Nempe illi aſſerebant, ante diem extremum corporale quoddam regnum Chriſti in terris fore, in quo ſancti tantum, omnibus antea impiis in orbe & Magiſtratibus ſeculi gladio extinctis, ſint dominaturi. 10) Iudicium de Luthero. A. 1534. p. 80. idque hoc ſummatim: *Talis ac tantus eſt theologus* Lutherus, *ut nulla ſecula habuerint ſimilem.* —— *Scribimus quidem paſſim, & tractamus ſcripturam, abſit invidia verbo, ſed* Luthero *collati, diſcipuli ſumus.* 11) Confutatio libelli de uſu unius ſpeciei in ſacramento. p. 80. Libellus hic XXXIII. propoſitionum clam fuerat affixus Luneburgi in templo S. Ioannis, quo auctor depravatis ſcripturis, & rationibus inſidioſe inſtructis convincere laborat, licitum eſſe, unam duntaxat ſpeciem exhibere, eamque ſufficere laicis. Confingit etiam, hanc eſſe Chriſti voluntatem & inſtitutionem, Eccleſiæque græcæ & la-

tinæ uſum non nuper, ſed ab apoſtolis introductum. Propoſitiones iſtas a veſpertilione (ſic enim vocat tenebrionem, ſive auctorem, quem fama ferebat *Getelium* eſſe) propoſitas *Regius* ſolvit, in forma dialogi. 12) Epiſtolæ conſolatoriæ tempore peſtis. A. 1540. Verſæ & publici iuris factæ a *Fredero* A. 144. p. 90. 13) Reſponſio ad quæſtionem, An homo poſt hanc vitam hominem agniturus ſit? p. 85. Reſpondet autem affirmando. 14) Fulmen in votariam monaſticen, quod ea poſſit ac debeat tuta conſcientia relinqui. p. 96.

In Tertia Parte, quæ ſcripta antehac nunquam excuſa ſiſtit, 1) Propoſitiones de lapſu & reſtauratione hominis. A. 1540. cum Erneſti *Regii* dedicatione ad *Chriſtophorum*, Ducem würtenberg. in qua de boni Principis officio paulo fuſius agit p. 1. 2) Diſputatio de ſchiſmate huius ſeculi, deque Eccleſia. p. 4. 3) de Ordinatione & conſervatione ſacerdotum, von der Prieſterweihung. p. 5. Nempe utrum Chriſtus in cœna ultima per hæc verba, *Hoc facite*, dederit apoſtolis poteſtatem quandam ſingularem conſecrationis, aut characterem indelebilem, cuius virtute, ſacerdotes facti, potuerint conficere corpus & ſanguinem Chriſti, iamque nemo conſecrare queat, niſi ſimili ritu epiſcopali ordinatus ſit, nempe oleo materiali, chriſmate & raſura, & ad ſacrificandum pro peccatis noſtris conſecratus? Negat autem utrumque. 4) Propoſitiones de Cœna Domini: cum aliis Herm. *Bonni.* p. 8. 5) Iudicium de doctorum conventu Noribergæ habendo propter concordandam doctrinam Papiſtarum & Euangelicorum. A. 1539. p. 9. Vbi monet, videndum eſſe, de quantis rebus ſit contentio: Papiſtas ante IIX. annos placabiliores fuiſſe Auguſtæ, ubi etiam ipſe cum *Melanchthone* arbitratus ſit, ſarciri poſſe concordiam aliquo modo tolerabilem, ſi Pontificii nobis concederent genus doctrinæ in propheticis & apoſtolicis ſcriptis traditum, & in externis coniugium ſacerdotum ac monachorum, Miſſam more noſtro, & uſum utriusque ſpeciei in cœna dominica; iam vero contentionem in rabiem exire, dum adverſarii palam conſpirent in necem Lutheranorum, atque ad bellum nobis inferendum conferant certatim conſilia, vires & pecunias: nihil eos minus cogitare, quam ut vel latum unguem velint a doctrinis ſuis & abuſibus recedere, ſed hoc potius agere, ut nos ſuperent, noſtrasque nobis doctrinas eripiant: quodſi Epiſcopis rurſus permiſerimus iu-

riſdictionem in nos, & eccleſias noſtras, ſicut Auguſtæ nobis videbatur ad concordiam conducibile, hoc ipſo nos daturos hoſti gladium, quo nos perdat: nam ſimul ac vel unum nobis extorſerint articulum, mox clamaturos, ſe viciſſe, Lutheranos propriæ doctrinæ eſſe incertos, eos petere veniam ſupplices, & hanc confeſſionem poſtea habitum iri plenam revocationem noſtræ doctrinæ: denique hanc eſſe conſentientem doctrinam Chriſti, prophetarum & apoſtolorum, quod conſequamur remiſſionem peccatorum, iuſtitiam, & vitam æternam, non meritis & operibus propriæ iuſtitiæ, ſed gratis propter Chriſtum, per fidem. *Habac.* 2, 4. *Eſa.* 45, 12. 53, 4. 6. *Io.* 3, 16. *Matth.* 1, 21. 9, 22. *Act.* 4, 12. 10, 43. 15, 11. Hanc ſanam doctrinam perſequi hoſtes noſtros, & nobis bellum inferre conari. 6) Modus abſolvendi pœnitentem ac confitentem. p. 13. Præſcriptus ille fuit cuidam animarum paſtori, & depromtus ex doctrina legis & euangelii. 7) Ratio fructuoſe ſtudendi & tractandi ſacras literas. A. 1540. p. 14. Ne ſcilicet tiro huius ſacri ſtudii oleum & operam perdat. Subiicitur alia ratio tractandi ſcripturas ſacras, quibusdam verbi miniſtris præſcripta, huius tenoris: Concionatores unius urbis 1. dogmata fidei unanimiter & concorditer tractare & explicare, 2. apoſtolico more euangeliſare, ſeu dogmata fidei noſtræ ex lege & prophetis confirmare, 3. veteris eccleſiæ ſententiam in promtu habere, 4. ad ſolvendos hæreticorum laqueos, Scripturam ſecundum eccleſiaſtici & catholici ſenſus normam interpretari, 5. euangelia per anni circulum enarranda ad aliquem catechiſmi articulum referre. 6. in confutandis adverſariorum erroribus, vel corrigendis vitiis, moderatos eſſe debere. 8) Articulus fidei noſtræ catholicæ, *Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus*, diligenter explicatus. p. 17. 9) De deſcenſu Chriſti ad inferna. p. 36. Vbi ſtatuit, Chriſtum ſtatim a morte ſecundum animam deſcendiſſe ad tenebras tartareas, ut horrendæ mortis regnum nobis deſtrueret, & nos a morte, ab inferis, & omni poteſtate ſatanæ liberaret, idque probatum it ex ſcriptura, & teſtimoniis IX. Patrum eccleſiæ, inter quæ maxime memorabile eſt hoc *Hilarii* in expoſit. pſalmi 138. ad verba, *Si deſcendero in infernum, ades.* Sic enim commentatur ſanctus ille Pictauorum epiſcopus: *Humana iſta lex neceſſitatis eſt, ut ſepultis corporibus ad inferos animæ deſcendant; quam deſcenſionem*

Dominus ad conſummationem veri hominis non recuſavit. 10) De Chriſto Ieſu, & beneficiis eius, ac de fide in Chriſtum. p. 38. 11) Aliquot concionum formulæ, ut de diuite & Lazaro, *Luc.* 16, 19. 20, p. 46. Vbi docet, animas piorum a corpore ſolutas venire quidem ad Chriſtum, in Abrahæ ſinum, ſed abſolutam & conſummatam beatitudinem, id eſt, perfectam felicitatem totius hominis nondum accipere; nec ſtatim impiorum animas in ignem infernalem ſeu gehennam, ſed, quando receperint corpora, tunc demum detruſum iri cum diabolo in illum ignem æternum, interea vero eſſe in flamma, i. e. torqueri & anguſtiis affici mirum in modum, ſicut homines patibulo aut rotæ adiudicati mœſtitia, timore & horrore maximo cruciantur: de phariſæo & publicano, *Luc.* 18, 10. p. 48. de filio unico matris ſuæ, *Luc.* 7, 12. p. 50. de Zachæo, *Luc.* 19, 2. p. 51. de itinere Hieroſolymam, *Luc.* 18, 31. p. 53. de chananæa. *Matth.* 15, 22. p. 55. de forti atrii, & fortiori victore Chriſto Ieſu, *Luc.* 11, 21. 22. p. 58. de nuptiis regalibus, *Matth.* 22, 2. p. 62. de Rege volente conferre rationem cum ſervis ſuis, *Matth.* 18, 23. p. 63. de imitanda Dei miſericordia, *Luc.* 6, 36. p. 65. de paralytico ſanato, *Matth.* 9, 2. p. 67. de excidio terrenæ Ieruſalem; *Matth.* 24, 2. p. 69. 12) Iudicium de legendis veteribus orthodoxis. p. 70. Per *orthodoxos* intelligit Patres eccleſiæ tam græcæ quam latinæ, deque illis, eorumque ſcriptis fert ſententiam, quæ videlicet potiſſimum ſint legenda. 13) Quæſtio & axiomata de iuſtificatione impii, ex Rom. 3. & 4. p. 70. 72. Vtrum una tantum ſit ratio iuſtificandi impii per omnia ſecula coram Deo & hominibus: & utrum Chriſtiani poſſint ac debeant de gratia & amore Dei erga ſe dubitare? 14) Diſputatio in prologum capitis 1. ad Rom. p. 74. 15) Orthodoxorum Patrum Sententiæ aliquot de miſſali ſacrificio explicatæ. A. 1533. p. 78. Anſam ad hoc ſcriptum dederunt Ludolphus *Peterſinus* & Herm. *Primas*, concionatores brunsvicenſes, rogantes Regium, ſibi explicare ne gravaretur, quo modo in Patrum ſententiis (nominant autem Auguſtinum, Cyprianum, Cyrillum, Euſebium & Ignatium) vocula *Sacrificium* accipi debeat: nam ipſum corpus dominicum & ſanguinem ab illis dici offerri, pro mortuis etiam. Ad quod reſpondet: Vnicum eſſe, idque Chriſti ſacrificium pro peccatis mundi ſemel oblatum: Corpus Chriſti appellari *ſacrificium*, non quod iam demum offera-

ratur, ſed quia olim oblatum fuit: etiam orationes & laudes ſeu gratiarum actiones in Miſſa recte vocari ſacrificium: item panem & vinum in ſe, prout olim offerebantur ad celebrandam Sacra cœnam. Hoc ſcriptum deinde publici iuris fecit Mart. *Gorlitius*, Superint. brunsvic. nolente volente Regio, quippe qui illud non ſic adornaverat, ut in luce poſſet comparere. 16) Mors & ſepultura Miſſæ papiſticæ. p. 82. Eſt epiſtola, ſcripta ad Io. *Kollerum*, Præpoſitum luneburgenſem, A. 1531. cum eius Reſponſione, & Regii Replica. Vbi hic pertendit, Chriſtum in Miſſa, cum ibi non moriatur, non vere dici poſſe offerri. 17) Aliquot epiſtolæ ad eccleſiæ miniſtros & alios. p. 86. Scriptæ ab A. 1526. usque ad 1533. 18) Epiſtola ad totam Iudæorum ſynagogam, Brunsvici habitantem, A. 1535. p. 92. Ex hebræo in latinum ſermonem verſa, & oſtendens, Meſſiam veniſſe. 19) Enarratio *pſalmi* 102. & 128. p. 95. 98. 20) Enarratio *Abdiæ* prophetæ. A. 1537. p. 101. Eam obiit anno præcedente in urbe Hanovera, cum ab eius Magiſtratu ad inſtaurandam religionem vocatus eſſet.

Sequuntur iam ſcripta germanica, IV. conſtantia Partibus. In Prima, quæ dogmatica proponit, 1) Explicatio XII. articulorum fidei. p. 1. 2) Brevis explicatio aliquot punctorum, id eſt, Locorum communium. pag. 17. 3) Sermo de encæniis, in 1. *Reg.* 8, 27. Anno 1522. p. 34. 4) Sermo de III. præcepto. A. 1522. p. 38. 5) Summa doctrinæ chriſtianæ. A 1527. Quam Hallenſibus in valle Oeni prædicaverat. 6) Enchiridion Principis chriſtiani. p. 74. 7) *Cypriani* Enarratio orationis dominicæ. p. 89. Germanice verſa a Regio, A. 1521. 8) Inſtructio, quomodo chriſtianus Deo quotidie confiteri debeat. A. 1522. p. 98. 9) De contritione, confeſſione, ſatisfactione. A. 1523. p. 100. 10) De Sacramento altaris, in *Luc.* 22, 19. A. 1522. Eſt concio, in qua oſtendit, quid de eo ex ſacris literis ſciri queat. 11) Inſtructio, quo ſe modo gerere debeat chriſtianus, ut Miſſæ fructum obtineat, & ſalutariter accedat ad menſam Domini. p. 115. 12) Examen ad cœnam Domini. A. 1528. p. 118. Pro ſimplicibus, qui inſtruuntur, quo ſe modo probare debeant ad ſalutarem ſacræ cœnæ uſum. 13) Nova doctrina, cum eius Refutatione. p. 121. In germanicum idioma translata ab Henr. *Montprot*, paſtore durlacenſi. A. 1527. 14) Sermo de fide, cur Chriſtus eam vo-

vocet *opus Dei. Ioann.* 6, 29. Anno 1529. pag. 142. 15) De mancipatu ſeu ſervitute. Anno 1525. p. 147. Agitur de officio ſervorum & dominorum chriſtianorum. 16) Quomodo circumſpecte & ſine ſcandalo ſit loquendum de principalibus chriſtianæ doctrinæ articulis. p. 155. 17) Catechiſmus pro Ducis *Erneſti* pueris Principibus. p. 173. Verſus in vernaculam a Io. Eberh. *Gleidsmanno* Anno 1545. 18) Sermo de bonis & malis angelis. p. 232. Dictus Hanoveræ Anno 1536. & editus A. 1538. 19) *Ioannis Chryſoſtomi* Sermo de peccatoribus tam vivis quam mortuis lugendis, ac vivorum opera defunctis eſſe utilia. p. 240. Verſa in germanicum. Anno 1521. 20) Sermo de S. Catharina, in *Matth.* 13, 44. 45. p. 245. Vbi docet, omnem ſcientiam humanam ſordere ac vileſcere præ cognitione Chriſti, utpote ſola ſalutari.

In Secunda, quæ explicationes tradit pſalmorum quorundam, prophetiarum, & dictorum ſcripturæ V. & N. Tti, 1) An N. Teſt. recte ſit translatum germancice. p. 2. Eſt epiſtola ad Andr. *Remum*, ſcripta A. 1524. Qua Lutherus contra Emſerum defenditur. 2) Explicatio *Pſalmi* XIV. p. 5. Deproperata ad amicum. 3) Explicatio *Pſalmi* XV. A. 1537. p. 12. Contra illicitam uſuram, & adulterationem monetæ. 4) Explicatio *Pſalmi* XXIV. A. 1530. p. 26. Cum verſione germanica & explicatione hymni paſchalis *Cum Rex gloria Chriſtus infernum*. Qui hymnus ex Auguſtini Sermone 137. de Tempore concinnatus eſt. 5) Explicatio *Pſalmi* LII. p. 46. Contra impios & ſanguinolentos Saulitas & Doëgitas. Cum præfatione Mart. *Lutheri*, qua Regii eruditionem, orthodoxiam & merita laudat, & perſecutorum atrociſſimas machinationes reprehendit ac manifeſtat. 6) Explicatio CXXIII. *Pſalmi*. p. 55. 7) Dialogus de Chriſti colloquio *Luc.* 24, 27. p. 58. 8) Explicatio prophetæ *Obadiæ*. p. 199. In germanicum verſa a M. Steph. *Reichio*. 9) Doctrina de perfectione & fructu paſſionis Chriſti. A. 1526. p. 234.

In Tertia Parte, quæ complectitur Adhortationes & conſolationes, 1) Conſilium & Admonitio ad Principes in Pomerania. A. 1532. p. 2. Nimirum de prædicatione euangelii non impedienda, ſed potius promovenda. 2) Ad civitates Pomeraniæ, ut ſibi caueant a rebellione. Anno. 1532. pag. 7.

3) Medicina animæ pro ſanis & ægrotis in agone mortis. p. 11. 4) Colloquium inter diabolum & peccatorem pœnitentem. Anno 1536. p. 20. 5) Libellus conſolatorius ad chriſtianos hannoveranos. p. 28. Contra Pontificiorum tumultus & convicia. 6) Conſolatoria ad Chriſtianos hildesheimenſes. A. 1531. p. 40. Qui ſcilicet euangelii cauſa contumelias & perſecutiones patiuntur. 7) Doctrina & ſolatium contra deſperationem, ex *Rom.* 4. & 8. Anno 1532. p. 49. 8) Sermo de 2. miraculis, *Matth.* 9. 22. 25. p. 56. videlicet ſanatione mulieris profluvio ſanguinis laborantis, & reſuſcitatione puellæ. Dictus is fuit Hanoveræ A. 1538. 9) Vrbis Hanoveræ Conſtitutio eccleſiaſtica, per Vrb. *Regium.* A. 1536. Vide p. 88. b. 10) Conſilium pro Senatu lüneburgico, quomodo utendum bonis eccleſiaſticis. pag. 102. Docet in hoc conſilio, Clericos iure humano magnis quidem frui privilegiis & immunitatibus, ſed iuxta verbum Dei ſubeſſe Magiſtratibus, ſique bono titulo bona eccleſia ad eos pervenerint, illa ipſis relinquenda, immo etiam ſi non conſtet de fraudibus & technis, quibus olim obtenta fuerint; adhibenda autem non ad ſuperſtitioſum & idololatricum, ſed verum Dei cultum, h. e. ad ſuſtentationem piorum Miniſtrorum eccleſiæ, erectionem ſcholarum, pauperum & egenorum ſublevamen: &, ſi forte ablata & alio translata fuerint, reſtituenda eſſe priſtino uſui, nec Monachos Canonicosve chriſtianam reformationem patientes, ſuique officii rationem habentes, proſcribendos atque expellendos.

In Quarta Parte, quæ libros controverſiarum contra papatum aliasque ſectas exhibet, 1) Seria declaratio evangelicorum Doctorum ad Clerum pontificium. p. 2. Vbi dicitur, ſeptem eſſe ſigna antichriſti, e quibus pateat, utra doctrina ſit vera vel falſa, videlicet 1. animas traditionibus humanis illaqueare, 2. coniugium & libros quosdam prohibere, 3. ſpeciem vitæ ſpiritualis præ ſe ferre, & tamen carni indulgere, 4. propriis operibus peccata expiare, Deique gratiam impetrare velle, 5. ſectas, pietatis & ſalutis cauſſa, inſtituere, 6. viam veritatis ſeu euangelium calumniari, & hæreſin appellare. 7. Coronam, cappam, caputium, raſionem, unctionem, ſalem, & his ſimilia, Deo abominationi eſſe. A. 1525. p. 7. Id quod ex ſcripturis probare ſatagit. 2) Refutatio duorum Sermonum de fide & bonis

ope-

operibus, habitorum Lipſiæ a Ioanne *Koſſ.* p. 11. Coſſus autem ille, ſive Coſa (nam etiam ſic eum appellat) S. theolog. fuit Licentiatus, & paſtor lipſienſis. Quid ergo reiicit Vrbanus *Regius*? Reiicit ſequentes propoſitiones: Hominem non tantum fide, ſed etiam caritate & bonis operibus coram Deo iuſtificari ac pium fieri: fidem eſſe tantum viam & præparationem ad iuſtitiam: opera eſſe neceſſaria ad iuſtitiam impetrandam, conſervandam, augendam, & ſalutem æternam promerendam: Lutheranos condemnare omnia bona opera. Denique tanquam in tabella verum monſtrat ordinem, quo peccator reformetur, atque ex impio & iniuſto pius & iuſtus coram Deo reddatur. 3) Epiſtola, de quonam in præſenti diſceptetur. Anno 1531. p. 23. Nempe non de rebus vilibus, ſed magnis, quod adverſarii 1. nova quotidie ſacrificia miſſæ offerant. 2. teſtamentum Chriſti mutarint, eripiendo laicis benedictum calicem. 3. propriis operibus & ſatisfactionibus peccata expiare, Deique gratiam & ſalutem promereri velint. Denique oſtendit, epiſcopos & inferiores clericos iura canonica, ubi optime ſe ſe habent, non obſervare. 4) Mira & abſurda Abſolutio Monialium in Principatu lüneburg. Anno 1531. pag. 32. Formula abſolutionis, quam moniales Confeſſionariis ſuis in charta ſcriptam, ut rite eam pronuntiarent, porrigebant, hæc erat: 1. Paſſio domini noſtri Ieſu Chriſti, 2. Merita B. Mariæ virginis, 3. Merita omnium Sanctorum, 4. Humilitas confeſſionis tuæ, 5. Durities & obedientia ſanctæ veſtræ regulæ, 6. Bona opera, quæ feciſti, & 7. Mala atque adverſa, quæ paſſa es, liberant te a peccatis, &c. Quas partes ita refutat, ut doceat, primam recte ſe habere, ſed tamen reliquis ſex everti. 5) Contra impium hymnum, *Salve Regina*. p. 52. Eſt epiſtola ad moniales winhuſianas in Ducatu luneburgico, qua monet, ut cantionem illam, quæ legi & euangelio adverſetur, nec antiquæ nota fuerit eccleſiæ, vel omittant, vel corrigendam curent. 6) Verantwortung, ſive Refutatio trium obiectionum Papiſtarum brunſvicenſium. Epiſtola hæc ſcripta eſt ad Heiſen *Oſcherſleven*, civem brunſvicenſem, in qua tres iſtæ, ut vocat, calumniæ refutantur: 1. Chriſtum paſſione ſua non pro ſequentibus (id eſt, actualibus,) ſed tantum pro præteritis (ſive peccato originali) ſatis feciſſe. 2. Iuſtitiam fidei

contrariari dicto apoſtoli Pauli 1. *Cor.* 3, 13. 14. ibi enim ſermonem eſſe de operibus bonis. 3. auctoritatem Eccleſiæ maiorem eſſe quam Scripturæ, cum *Auguſtinus* ſcribat: *Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ commoveret autoritas.* Reſpondet igitur ad 1. Scripturam toties teſtari, Chriſtum non pro uno duntaxat peccati genere, ſed pro omnibus in univerſum paſſum ac mortuum eſſe: ipſum enim eſſe agnum Dei, qui tollit peccatum (id eſt, peccata. Singularis pro plurali, ut *Ex.* 10, 4.) mundi, ſeu omnium hominum. *Io.* 1, 29. & redemiſſe nos ab *omni* iniquitate. *Tit.* 2, 14. Ad 2. Paulum l. c. loqui de doctrina, hoc ſenſu: Qui fundamento fidei chriſtianæ ſuperædificet bonam & veram doctrinam, eam fore perennem; qui autem levem & falſam, eam conſumtum iri, ſive perituram. Et ſic etiam expoſuiſſe h. l. *Ambroſium*, ſive auctorem commentarii in Epp. paulinas, qui extat in Tomo III. operum Ambroſii. Ad 3. Auguſtinum loqui de tempore præterito, quo hæreſi Manichæorum erat infectus: neque ad veritatem euangelicam perueniſſet, niſi ea ſibi monſtrata fuiſſet a vera & orthodoxa eccleſia. Minime autem inde ſequi, auctoritatem ſcripturæ dependere ab auctoritate eccleſiæ, & hanc illa eſſe maiorem ac nobiliorem. 7) Colloquium de futuro Concilio mantuano. A. 1536. Nempe Concilium mantuanum indictum erat a Papa PAVLO III. in annum proxime futurum. De eo igitur iam colloquuntur Phariſæus, Sadducæus, & Orthodoxus, & horum ultimus diſſerit de nomine, poteſtate, & convocatione concilii, quænam perſonæ convocandæ, de materiis ſeu argumentis concilii, & penes quem debeat eſſe ius decidendi ſeu definiendi. 8) Quomodo falſi Prophetæ ſint cognoſcendi. Matth. 7, 15. 16. Anno 1538. Eſt concio, anno prædicto habita Mindæ in Weſtphalia, ubi VI. ſigna oſtendit falſorum prophetarum, nimirum 1. conſcientias traditionibus humanis illaqueare, 2. prohibere coniugium & cibos ex hypocriſi. 3. ſpeciem habere pietatis, & tamen carni indulgere. 4. peccata propriis operibus expiare, iisque gratiam Dei acquirere velle. 5. ſectas & ordines facere ſanctitatis & ſalutis cauſa. 6. viam veritatis, ſeu doctrinam euangelicam hæreſeos arguere. 9) De cœna Domini ſub duplici accipienda ſpecie. A. 1555. p. 97. Contra papiſtæ cuiusdam gloſſam, qua probare nititur, Chriſtum ſacramentum ſub una pro laicis

Digitized by Google

cis, ſub utraque vero pro clericis inſtituiſſe ac præcepiſſe: nam Chriſtum ſumſiſſe panem, benedixiſſe, & benedictum dediſſe diſcipulis tanquam laicis, ſub una; deinde autem, dato ipſis poculo dixiſſe, *Hoc facite*, i. e. benedicite, ſeu conſecrate, & diſtribuite ſacramentum, ſoli ſumentes ſub utraque: quaſi vero totum ſacramentum fuerit peractum porrectione panis conſecrati, & verba, *Hoc facite in mei commemorationem*, ſolis dicta apoſtolis, & non omnibus communicantibus. Neque tantum ex ſcriptura, ſed etiam antiquitate eccleſiaſtica & ipſorum teſtimoniis Pontificum romanorum probat communionem ſub utraque pro laicis. 10) Ratio Prædicantium luneburgenſium de vera antiqua doctrina chriſtiana. p. 107. Iſta doctrina comprehenditur articulis de Deo, diaboli & hominum lapſu, lege ſcripta & reſtitutione hominis per Chriſtum, perſona & officio Chriſti, participatione meriti Chriſti, fide & bonis operibus, eccleſia, & poteſtate ſacra ac ſeculari. 11) Refutatio 2. blaſphemiarum. Anno 1524. p. p. 112. Blaſphemiæ iſtæ ſunt, 1. Biblia SS. eſſe falſa, quia Deo tribuant pœnitentiam, *Gen. 6, 6.* cum tamen ille ſit immutabilis, 2. Si Deus creavit me ad ſalutem, nihil me inde impediet; ſin; ad quid utiles ſunt preces noſtræ, auditus verbi, ieiunia &c? Reſpondet autem ad 1. Scripturam loqui, ſecundum imbecillitatem & captum intellectus humani, ἀνθρωποπαθῶς, quaſi Deum pœnitentia ſubierit. Ad 2. Omitte temerariam eiusmodi diſputationem, reſpice voluntatem Dei, fac quod ille præcipit, & pete a Deo veram fidem, caritatem & ſpem, & tum poteris eſſe ſecurus de tui prædeſtinatione. 12) Dehortatio a novo errore Doct. Andr. *von Carlſtadt*, ſacramenti cauſſa. A. 1524. p. 117. Errorem eius ait eſſe triplicem, duobus libellis contentum, videlicet 1. ſacramentum non remittere peccata. 2. In ſacramento non eſſe verum corpus & ſanguinem Chriſti, ſed naturalem panem & vinum: nam Chriſtum dicendo, *Hoc eſt corpus meum*, digito ſuum monſtraſſe corpus. 3. ſacramentum non eſſe arrham & pignus atque confirmationem factæ remiſſionis peccatorum. Reſpondet autem ad 1. concedendo, nam Deum proprie remittere peccata, non vero ſacramentum; ſed ſi quis angitur in conſcientia propter peccata, eum debere accedere ad ſacramentum corde pœnitente ac fideli, ibique commemorare mortem Domini, pro peccatis mundi

factam. Ad 2. Totum textum inſtitutionis S. cœnæ cum omnibus ſuis circumſtantiis conſiderandum, verbaque, *Hoc eſt corpus meum*, ad præcedentia de benedictione, fractione & porrectione referenda eſſe. Vt adeo Chriſtus non corpus ſuum monſtraverit, ſed dicere voluerit, panem eſſe corpus ſuum. Ecquid dicendum de ſanguine? num & hunc exerto digito monſtravit, quando dixit: *Hoc eſt ſanguis meus*? Ad 3. Spiritum S. quidem proprie & interne nos certiores reddere de impetrata peccatorum remiſſione, ſed ſuo modo & externe etiam ſacramentum cœnæ, tanquam ſigillum verbo Dei de remiſſione peccatorum pœnitentibus conferenda appenſum. 13) Contra novum ordinem baptiſandi. A.1527. p.125. Contra Io. *Denck*, & Balthaſ. *a Friedberg*, anabaptiſtas, eorumque libellum huius tituli: Eine göttl. und gründl. Offenbahrung von den wahrhafftigen Wiedertäufern, mit göttl. Wahrheit angezeigt. Quo quidem ſequentes continentur articuli: 1. Inter Lutheranos multi ſunt, qui non vivunt, prout euangelium præſcribit. 2. Docent, oportere peccare. 3. Doctrina de æterna Dei prædeſtinatione eſt erronea. 4. Inter homines dantur quidam immunes a peccato. 5. Nemo ex concionibus Lutheranorum accipit aliquid lucis. 6. Lutherani dicunt, Deum eſſe cauſam peccati, non hominem. 7. Spiritus bene agendi omnibus eſt oblatus, & ab omnibus poteſt obtineri. 8. Legem naturalem cordibus inſcriptam habemus. 9. Lutherani paſtores non ſunt vocati ad prædicandum, quia nemo illorum voce corrigitur ac melior redditur. 10. Deus trahit nos primo omnium per vim & facultatem, quæ in nobis eſt. 11. Chriſtus tantum eſt doctor. 12. Eſt in potentia hominis, ut veniat ad Deum, fidesque, qua ad Deum itur, humanum eſt opus. 13. Non niſi adulti, & fideles ſunt baptizandi. 14. Chriſtianis non eſt licitum, gladio uti & magiſtratus gerere. 15. Nec licet iusiurandum facere, iubente Magiſtratu. 16. Non oportet obedientiam præſtare, civilis præſidii cauſa. 17. Hirci ſunt, qui nobiscum non faciunt. 18. Cathedra Moſis non eſt niſi penes nos. 19. In templis, ubi imagines ſunt, non eſt audiendum verbum Dei. 20. Damnati ſunt, qui extra noſtram ſunt communionem, 21. Bona chriſtianorum debent eſſe communia. Ad illos reſpondet *Regius*, & quidem ad 1. Malorum vitam improbamus. Ad 2. Eſt calumnia. Ad 3. Eſt fundata in SS. literis.

Ad

Ad 4. Quinam illi ſunt? Ad 5. Non omne verbum Dei vacuum redit. Ad 6. Rurſus eſt calumnia. Ad 7. Si legem Dei tibi proponis, & ex ea vitam tuam examinas, ſtatim apparebit tua imbecillitas, tuaque a lege aberratio. Ad 8. Articulus hic cum priore pari fere paſſu ambulat. Si autem lex naturalis poſſet te iuſtum reddere, quem in finem mortuus eſſet Chriſtus? Ad 9. Nemo vero? Hoc erat probandum. Ad 10. Non per vim & potentiam nobis inſitam, ſed per Spiritum ſuum. Ad 11. Immo etiam Mediator, Salvator, & Rex noſter. Ad 12. Fides eſt donum Dei. Ad 13. Petitio Principii. Ad 14. Aliter docet Paulus *Rom.* 13, 4. 1. Ad 15. Temere & falſo non eſt iurandum. Ad 16. Obedientiam præſtandam eſſe Magiſtratui, docet Paulus *Rom.* 13, 2. Ad 17. Iudicium de hircis & ovibus eſt Chriſti, futuri iudicis. Ad 18. Immo potius ſedent in cathedra deriſorum, quia lege non utuntur tanquam pædagogo ad Chriſtum ducente, eiusque legitimum uſum non docent. Ad 19. Imagines, quæ non adorantur, non nocent. Ad 20. En faſtum & ſuperbiam eorum ſpiritualem. Sed & recipiunt fugitiuos, qui uxores deſerunt & liberos. Ad 21. Nobis præſcriptum, ut laboremus, non ut bona noſtra profundamus, & in commune conferamus, ad alendum ventres otioſos. 14) Miræ II. Epiſtolæ Anabaptiſtarum ad ipſorum ſectarios auguſtanos. Anno 1528. pag. 153. Cum refutatione. 15) Refutatio Confeſſionis novorum Valentinianorum ac Donatiſtarum monaſterienſium, ad chriſtianos oſnabrugenſes. Anno 1534. pag. 182. 16) Ratiocinatio de poteſtate civili, contra ſeditioſos. p. 207. Docet, diſtinguendum eſſe inter ſeductos, & ſeductores. Vtrosque melius eſſe informandos; ſi autem hi pertinaces fuerint, ſeque opponant poteſtati civili, & contra prohibitionem hæreſes ſpargant, eos occidendos.

Opp. latin. P. I. pag. 107. Vt credam, *parvulos non baptizatos damnari*, ſcriptura cogit, & veteris eccleſiæ auctoritas.	Abſolute hæc locutio haud facile probari poteſt. Io. Wilh. *Peterſen* Αποκαταςασ. P. III. 158.
Pag. 360. Auguſtinus lib. 2. de *trinitate* Dei cap. 15.	Auguſtinus lib. 20. de *Civitate* Dei cap. 15. M. S. *Grabe* in Append. apolog. ad Regii Form. c. loq. 256.

P. III.

P. III. p. 36. Credo & confiteor, Chriſtum Deum & hominem vere ſecundum animam in propria perſona deſcendiſſe ad inferos, *ad tenebras tartareas*, ubi eſt imago mortis, & ſecundum beatum *Iob* horror absque ullo ordine. --- Is per ſanguinem teſtamenti ſui *nos vinctos, ex hoc lacu, in quo non eſt aqua* ulla refectionis, eduxit: primo animas chriſtianorum ante incarnatum Deum defunctorum, deinde & nos, non ubi iam eramus, ſed quo certiſſime eſſemus detruſi, niſi nos hinc pretioſus redemptoris Chriſti ſanguis liberaſſet.

Non eſt veritati conſentaneum, piorum & fidelium chriſtianorum animas, ut Abrahami, Iſaaci, Iacobi, & tot aliorum prophetarum, & patriarcharum ac virorum Dei in V. T. animas, ante incarnationem Chriſti tam diu in lacu illo, in quo non eſt aqua vel guttula ſolatii & recreationis, fuiſſe, cum e toto *Zacharia* IX. & *Hoſea* XIII. capitis contextu pateat, *non fideles & pios, ſed impios illuc venire*. I. W. *Peterſen* l. c. At *Grabe* Append. p. 180. ſtatuit, Regium nihil aliud quam hoc velle dicere, animas fidelium V. T. non protinus in cœlum migraſſe, ſed in infernum deſcendiſſe, h. e. *in ſtatum mortuorum deveniſſe*, in quo ob peccatum primi Adæ, quaſi in carcere detentæ, & præ anxio deſiderio & exſpectatione Chriſti ac plenæ redemptionis quaſi coanguſtatæ fuerint, ſimul tamen ſolatio & gaudio perfuſæ, quiete ac pace fruitæ, & certiſſima ſpe cæleſtis beatitatis ſuſtentatæ. &c.

Opp. german. P. I. 104. Gepredigt zu Augſpurg am tag Corporis Chriſti *anno* 1552.

Videtur ponendus *annus* 1522. nam A. 1541. Regius e vivis exceſſit.

Vrb. *Regius*, germanice *Kœnig*, natus Argæ longæ (zu Langen Argen) ad lacum brigantinum, nomenque *Vrbani* non ex parentum vel ſuſceptorum conſilio, ſed caſu quodam adeptus, ſicut & ipſe *Regis* nomen gentilitium, tanquam ambitioſum & invidioſum, in

in *Regium*, & hoc porro, ut magis occultaretur, in *Rhegium* commutavit, Friburgi cum *Zaſio* vixit, eiusque favore uſus maximo ſtudium iuris maxima, ac fere nimia diligentia tractavit. Deinde philoſophiam ab Io. *Eccio* accuratius diſcendi cauſa contulit ſe ſe Ingolſtadium, ibique ephorus nobilium quorundam factus, ex deſperatione, quod ipſorum parentes pecuniam ad diſpungenda nomina neceſſariam non mitterent, militiæ ſacramentum dedit; ſed mox ab hoc vitæ genere per Eccium liberatus, & ad ſtudia ſua reverſus, a MAXIMILIANO Imp. lauream accepit, & poëta pariter ac orator creatus fuit, duplicemque hanc artem poſtea, in numerum profeſſorum cooptatus, publice docuit. Dehinc totum ſe dedit ſtudio theologico, & orta inter Eccium & Lutherum controverſia Auguſtam Vindelicorum abiit, ibique eccleſiæ docendæ gubernandæque curam egit. Inde autem poſtea ab ERNESTO, Duce Brunsv. ac Luneb. cui in Comitiis innotuerat, abductus Cellam, omniumque huius Ducatus eccleſiarum epiſcopus ſeu Superintendens conſtitutus, novam provinciam ſollicite ac præclare adminiſtravit, variiſque colloquiis & conventibus theologicis interfuit, & Cellæ obiit genere mortis, uti in votis habuerat, cito ac placido A. 1541. d. 13. (23.) Maii, ab Hanoveranis epitaphio honoratus. Melch. *Adam.* in Vit. theol. 70. *Theolog. helmſtad.* in Gründl. Widerleg. Büſcheri P. I. 81. G. *Calixt.* in Collect. Symbol. & confeſſion. A. 4. *Chronicon Saxon*, auctum per Matth. Dreſſerum p. 581. El. *Veiel* diſp. de Memor. & meritis Vrb. Regii, *Erneſtus*, Vrbani filius, & *Grabe* in Vita eius, atque in Append. p.144.& ſeqq. *Serpilius* in Epitaph. theol. ſuev. 82. *Micral.* Hiſt. eccleſ. l. 3. 778. Elogia eius collecta ſunt a M. S. *Grabio*, & præmiſſa libello de Form. caute loq. Quibus adde *Eraſmum*, qui Regium, cum adhuc eſſet eccleſiæ rom. membrum, vocat virum candidum, prudentem, facundum, eruditum, in ſumma, omnibus omnium Gratiarum ac Muſarum dotibus undique præditum, in Epp. p. 1552. optimum patronum ſuum, & urbaniſſimum Vrbanum. p. 239. cuius & eruditio ſibi cognita ſit, & humanitas ex officio comperta. p. 401. Seren. Dux *Erneſtus* tanti eum æſtimavit, ut nobili cuidam, quid novæ mercis ex Comitiis auguſtanis attuliſſet? interroganti reſponderet, allatum a ſe ſe theſaurum pro toto Ducatu incomparabilem, virum magnæ doctrinæ ac integri-

tatis, quem omnibus Principum anteponat deliciis. Cumque ab Auguſtanis repeteretur Vrbanus ad functionem eccleſiaſticam, idem Dux reſpondit dubitare ſe, an non mallet alterutro oculo, quam hoc viro, carere. Et uxor eius *Anna*, Auguſtæ Vindelicorum e familia Weisbruckerorum nata, eruditis feminis accenſenda eſt, utpote hebraice doctiſſima. Neque hoc prætereundum, Regium noſtrum Smalcaldiæ in conventu Principum, ſermonem ſeu homiliam iuſto longiorem feciſſe, *Lutherum* autem ei poſtea dixiſſe: *Domine Vrbane, hoc neque urbanum, neque regium erat.* Sed ne & mihi idem exprobari queat, præſentis recenſionis hic finem facio, atque ad aliam me confero.

Ioannes *Freder*, ſeu *Irenæus*, coslinenſis 1. ex celebri Frederorum, quæ Dantiſci florebat, & fortaſſe etiam nunc floret, familia, Lutheri quondam domeſticus & diſcipulus, theol. profeſſor gryphiswaldenſis, poſt Superintendens ſtralſundenſis, & tandem wismarienſis, qui teſte *Chytræo* Orat. p. 637. depoſitum doctrinæ a Luthero acceptæ ſingulari conſtantia ac zelo retinuit, & corruptelas veræ ſententiæ toto pectore averſatus eſt, obiit A. 1562. cum uxore & tribus liberis, non ſine veneni ſuſcipione. Ephoriam ſtralſundenſem adminiſtrans, alios ordinabat, qui tamen ipſe per manuum impoſitionem non fuerat conſecratus: quod eccleſiæ pomeranicæ ægre ferebant, & ſchiſmati inde ianua aperiebatur. *Grabe* in Teſtimon. & Iudiciis de Vrb. Regio p. 28. & *Micrælius* in Hiſt. eccl. 752. Eius filius, itidem *Ioannis* nomen gerens, doctor fuit & profeſſor roſtochienſis, & gener Dav. Chytræi. M. *Adam* in Vit. theol. 695.

Theobaldus *Gerlacher*, ſive *Gerlach*, a patria *Billicanus* dictus, paſtor nordlingenſis, & quidem primus, qui a Senatu urbis vocaretur, (idque factum A. 1522. ſicut anno ſequente Abbas heilsbrunnenſis ius patronatus, quo ipſe adhuc gaudebat in conſtituendis urbis paſtoribus, cum omnibus eius reditibus tradidit & reſignavit illi Magiſtratui) iuſſu Senatus A. 1524. opus reformationis Eccleſiæ publice commendavit eo ſucceſſu, ut nemo eſſet e civibus, qui contradiceret, aut religionis cauſſa ſedem mutaret; idemque ſcholam oppidanam efformari ſuaſit, A. 1536. a Senatu licentiam uxorem ducendi petiit & obtinuit, eodemque, impetrata dimiſſione, ſub prætextu infirmitatis, ſed non ſine ſuſpicione inclinationis ad Zwinglianiſmum, abiit Heidelbergam, frigiditatis in

tol-

tollendis abuſibus (nam eius tempore miſſæ continuabantur, liberumque erat, ſacram cœnam ſub una vel utraque ſpecie diſpenſare & accipere) accuſatus. Quamquam omnes in eccleſia corruptelæ, fatente *Seckendorffio* p. 1710. non poſſint ſubito unaque vice tolli & eradicari. Scripſit Scholia in Micheam prophetam, Apologiam de commento revocationis in religione, librum de Communione ſub utraque, Epitomen Dialecticæ, & annotationes in libros Phyſicorum & meteororum Ariſtotelis. *Micral.* Hiſt. eccl. 738. *Seckendorf* Hiſt. luth. 433. 657. 745. 1412. 1561. 1710. *Friſius* Epit. Biblioth. geſner. 775.

Herm. *Bonnus*, weſtphalus, monachus belbuchanus, deinde primus Superintendens lubecenſis, dedit Sanctorum quorundam martyrum vitas, Chronicorum libros tres, Enarrationes pericoparum epiſtolicarum, quæ ſingulis diebus dominicis proponi ſolent, librum de Oratione vera & chriſtiana, Elementale in uſum puerorum, quod per Saxoniam in ſcholis diu locum obtinuit pro Donato, & Carionis Chronicon latinitate donavit, mortuus tandem A. 1548. Vocatus quidem fuit ab Oſnabrugenſibus A. 1532. ad paſtoratum urbis ſuæ, ſed vocationem non acceptaſſe inde patet, quod A. 1535. ut theologus lubecenſis conventui hamburgenſi interfuit. *Seckendorf* 675. 1289. 1503. *Friſius* 337. *Micral.* 739.

II.

Io. *Brentii* Opera. Tubingæ 1576-1590. Tomis IIX. In I. Tomo continentur commentarii in pentateuchum Moſis; quibus præmittuntur 1) effigies Brentii, 2) Præfatio Facultatis theologicæ tubingenſis, in qua *Lutherus* & *Brentius*, eorumque ſcripta conferuntur, 3) Io. *Brentii*, filii, Doctoris & prof. theol. in acad. tubingenſi, Epiſtola dedicatoria, in qua diſſerit de ſcripturæ ſacræ divinitate, claritate, & norma ſeu iudicio, indicans, patris ſui ſcripta priora a poſterioribus probe diſtinguenda, atque illa quidem ſincero animo & dextro cum iudicio legenda eſſe. In II. Commentarius in libros Ioſuæ (ubi duplex eſt expoſitio, prior & poſterior) Iudicum, Ruth, Samuelis, Regum, Eſdræ, Nehemiæ, Eſtheris, cum dedicatione Eberh. *Bidenbachii*, qua docet, hiſtorias in recenſitis libris contentas reſpicere ad Chriſtum, easque, tanquam præclarum depoſitum, Brentium ſervare ſtuduiſſe, probe ſcientem, *depoſitum* illud ab apoſtolo Paulo tantopere commendatum Timo-

theo in 1. ep. 6, 20: eſſe doctrinam de Mediatore, & iis omnibus rebus, quæ veri Dei agnitionem, verumque eius timorem docent; neque hos commentarios a Brentio ſcriptos eſſe ut ederentur. alioquin eos ad ſecundam limam revocaturum fuiſſe, ſed ut ipſe illis uteretur. In III. Commentarius in Iobum, & lucubrationes in Pſalmos CVI. quæ ſunt cygnea eius cantio, addente in reliquos XLIV. explicationes Theodor. *Snepfio*, qui etiam ſcripſit dedicationem huius voluminis, in ea oſtendere laborans, *Iobi* & *Davidis*, ut & ceterorum auctorum ſacrorum, ſcripta animorum eſſe medicinam, & quaſi commune quoddam inſtructiſſimumque pharmacopolium, ad lenienda & ſananda conſcientiæ vulnera, ad veras rationes diſciplinæ, conformationemque morum, denique ad bene beateque vivendum. Vocat autem *Snepfius* iſtam Brentii interpretationem luculentam. In IV. Commentarius in Eccleſiaſten Salomonis, Eſaiam, Ieremiam, Hoſeam, Amos, cum præfatione *Lutheri*, Ionam, Michæam, cum dedicatione Io. *Brentii*, filii, qua lectionem prophetarum commendat, cum eorum libris contineantur myſteria, moralia, deciſiones dubiorum religionis cauſſa exortorum, præterea etiam hiſtorica, & epitome ſeu compendium omnium rerum ſacrarum, quæ ſcitu ſunt neceſſariæ, & ad ſalutis rationem pertinent. Deinde ſpeciatim ſingulos illos ſupra nominatos auctores ſacros, qui in hoc volumine explicantur, conſiderat, & quid in libris ſuis tractent, breviter exponit, patriſque ſui interpretationes haſce laudat ut pias & eruditas, immo etiam luculentas. Commentarium in Eſaiam tanto in pretio habuit *Chriſtophorus*, Dux wurtenb. ut eum, poſt obitum ſuum, in teſtimonium fidei, capiti ſuo ſupponi iuſſerit. Idem etiam refertur de Hier. *Gerardo* dans l' Eſprit de Guy Patin p. 192. (*Act. erud.* A. 1710. 418.) & a Melch. *Adamo* in Vit. ICtor. 210. In V. Commentarius in Matthæum, Marcum, Lucam. Præmiſſa eſt dedicatoria epiſtola Io. *Brentii*, filii, qua oſtendere ſatagit, neminem cum fructu hiſtoriam euangelicam legere poſſe, niſi eam cum prophetiis V. T. coniungat, & probe teneat, quid valeat ipſum *euangelii* nomen, quot ſint, qui euangelium ſcripſerunt, cuius impulſu id fecerint, quæ eorum auctoritas, quodnam ſcribendi conſilium fuerit, quem finem propoſitum habuerint, quorſum proprie referenda ſint, quæ ab illis traduntur, quas ad res conducat lectio

euangeliſtarum, & quæ primariæ regulæ in iis legendis ſint obſeruandæ; deque his omnibus ordine dicit, dedicationem excipiente viri imagine. In VI. 1) Homiliæ in Ioannem, 2) Exegeſis in eundem, iterum cum dedicatione Io. *Brentii*, filii, qui appellationem *Admirabilis* ab Eſaia c. 9, 6. Chriſto tributam multis exponit, probatque a Chriſti conceptione, natiuitate, perſona, officio & regno. De iſta explicatione Ioannis ſic ſcribit *Lutherus*: *Credo, neminem ex noſtris hoc præſtiturum*, quod ipſe (*Brentius*) præſtitit in euangelio Iohannis enarrando: *licet interdum cogitationibus ſuis indulgeat, tamen condonandum eſt ei, quia ſimplicitatem verbi Dei non excedit.* In VII. Comment. in Acta Apoſtolorum & Epp. Pauli ad Rom. Galat. Philip. & Philemonem, cum dedicatione Io. *Brentii*, filii, qua & ſcopi & diuiſionis librorum rationem in V. ſimulque N. teſtamento obſeruatam eſſe indicat: nam utriusque teſtamenti ſcopum eſſe Chriſtum, V. T. diuidi in Moſen & Prophetas, nouum in Euangeliſtas & Apoſtolos; hiſtoriæ euangelicæ uſum eſſe triplicem, & primum quidem pertinere ad fidem, ſecundum ad ſpem, tertium ad caritatem, eumque tam in apoſtolicis, quam euangelicis ſcriptis abunde reperiri. Addit & hoc, patrem ſuum nec papiſmum, nec calviniſmum, nec aliud horribile dogma vel una litterula approbaſſe, ſed de germana & genuina textus biblici ſententia, in timore Dei, ſtudio pacis diſputaſſe, ſpiritualia ſpiritualibus comparaſſe, loca cum locis contuliſſe, ſecundum analogiam fidei ſcripturas interpretatum eſſe, & ad hauriendas aquas de viuis limpidisque fontibus Iſraëlis, ad eruendam veritatem, ex linguarum & ſermonis proprietate, ex totius corporis ſcripturarum compage & κατασκευασμῷ, ex contextuum ſerie & iunctura, ex dictorum ſcripturarumque occaſione & cauſis elaboraſſe, atque uſum monſtraſſe. In IIX. denique Polemica ſcripta contra Petrum *a Soto*, & ſacramentarios, videlicet 1) Confeſſio ſereniſſ. *Chriſtophori* Ducis wurtenberg. quæ A. 1552. per eius Legatos congregationi tridentini Concilii propoſita eſt. p. 1. 2) Petri *a Soto* Aſſertio catholicæ fidei circa articulos Confeſſionis wurtenbergicæ, ſeu ipſa hæc Confeſſio cum Scholiis catholicis Petri *a Soto*. p. 35. Ille quidem Scholia e diametro verborum, quibus oppoſita ſunt, locaverat: at in hac editione ſingulis illa capitibus ſubiuncta ſunt. 3) Io. *Brentii* Apologia pro Confeſſione wurtenber-

bergenſi, cum Prolegomenis, in quibus agitur 1. de officio Principum in eccleſia filii Dei, 2. de auctoritate S. ſcripturæ, 3. de traditionibus, 4. de catholica eccleſia p. 169. 237. Apologiam hanc *Vergerius* vertit italice, & quidem, uti *Sleidano* l. 26. p. 845. videtur, ideo, ut ſuæ nationis homines intelligerent, quid in controverſiam veniat, & S. ſcripturam purius incorruptiusque tractarent. 4) De perſonali unione duarum in Chriſto naturarum, & aſcenſione Chriſti in cælum, ac ſeſſione eius ad dextram Dei patris, qua vera corporis & ſanguinis Chriſti præſentia in cœna explicatur & confirmatur p. 831.

Io. *Brentius*, germanice *Brentzen*, natus Wilæ in Sueuia, & Lutheri ſcriptis, ac Melanchthonis Hypotheſibus illuſtratus, Paſtorem egit Halæ Suevorum, in qua ſtatione bis propter Pontificios coactus eſt fugere, in altera fuga ſe vocans Huldericum *Aengſterum*. Miſſus quoque fuit a Duce wurtenb. cum Confeſſione præcipuorum articulorum fidei, a principibus theologis illius provinciæ approbata, ad Concilium tridentinum, ut vel defenderet hanc Confeſſionem, vel refutationi aliud ſcriptum obiiceret; ſed non auditus vel admiſſus eſt unquam. Falſum itaque eſt, quod apoſtata quidam, edito libello de Abſurdis Lutheranorum, ſcribere non dubitavit, Wurtenbergicos nunquam, etiam *a Patribus vocatos*, comparere publico in conſeſſu voluiſſe; nec Brentium unquam voluiſſe congredi, donec Elector Saxoniæ MAVRITIVS vi armata Oenipontem perveniſſet, faucibus Alpium perruptis; & *Cardinalem tridentinum multa ibidem in Brentium contuliſſe beneficia.* Poſtea Præpoſitus ſtutgardienſis, Conſiliarius eccleſiaſticus, & Inſpector academiæ tubingenſus factus, pro concione tum alia, tum Moſis pentatechum, nec non Matthæum & Marcum enarravit, & contra Petrum *a Soto* ſcripſit. Interfuit etiam variis colloquiis & quidem A. 1529. marpurgenſi, A. 1546. ratisbonenſi, A. 1557. wormatienſi, eiusque opera uſus eſt *Vlricus* Dux wirtenb. in reformandis Ducatus ſui eccleſiis. Cum in commentatione pſalmi CVII. occuparetur, ſcriberetque, ſubito concidit, & hoc modo vaticinium ſuum, ſe cum Pſalterio vitam finiturum, comprobavit. Quamvis autem ſeſe iterum colligeret, & meliuſcule haberet, nihilo minus tamen paulo poſt, viribus exhauſtus, laboribus confectus, & gravi ſenecta preſſus fatis conceſſit, anno Domini noſtri 1570. æt. 71. vir multis vir-

virtutibus præditus, & innocentia profeſſionem ornans, vigilans, prudens, futura proſpiciens, præſentibus malis remedium facile inveniens, in diiudicationibus dogmatum circumſpectus, nec facile pronuntians, ſed prius rem omnem & totum negotium per circumſtantias cognoſcere ſtudens, in confeſſione conſtans, in periculis magno & imperterrito animo, in adverſis patiens, in congreſſibus humanus, modeſtus & affabilis, denique continens & ab avaritia alienus, ita ut honorarium C. aureorum, *a Chriſtophoro* Duce wurtenb. pro dedicatione commentarii in ep. ad Rom. oblatum, ne occaſione theologicorum ſcriptorum nummos conquirere, & theologiam promercalem facere velle videretur, recuſaret. Melch. *Adam.* in Vitis theol. 436. *Serpilius* Epitaph. theologor. ſuev. 123. Car. *Arnd* in Continuat. biblioth. Mayer. 60. *Fecht* Supplem. Hiſt. eccleſ. ſæculi XVI. p. 78. Quanti eius Commentarii facti fuerint *a Luthero*, *Quenſtedio*, Seb. *Schmidio*, *Calovio* & *Neumanno*, ex eorum teſtimoniis a *Bibliothecario nulli parti* addicto (Vnparth. Bibliothecario) T. I. p. 188. collectis, palam eſt. Certe *Schmidius*, celebris exegeta, cuivis in ſtudio exegetico laudabiles progreſſus facere cupienti, Brentium enixe commendat, & *Neumannus* meliorem poſt Lutherum exegetam ſe neſcire candide fatetur. Adde *Lutherum* præfat. in Comment. Brentii in Eccleſiaſten, & in Colloq. menſal. 529. *Franzium* de Interpret. ſcript. S. 640 647. 649. Luc. *Oſiandrum* de Rat. concion. 157. *König.* 132. *Magirum* 147. *Glaſſium* Philol. S. 1176. *Micral.* Hiſt. eccl. 739. *Cren.* Methodor. T. I. 294. & *Voluſium* Aur. pac. 9. *Brentii* eſt quoque Syngramma ſuevicum, teſte G. *Calixto* de Tolerant. Reformat. §. 58. nec non Commentarius de Vocabulis regionum & gentium apud Tacitum, idque ex Goldaſto, Frechto & Baſil. Fabro probat *Serpilius* l. c. 130.

Io. *Brentius*, Ioannis filius, S. Theol. D. & Prof. tubingenſis, Superattendens ſtipendii ducalis, & abbas hirſchaugienſis, de re theologica & editione ſcriptorum paternorum excellenter meritus, obiit A. 1596. æt. 57. Plura de eo invenies apud *Serpilium* in Epitaph. theol. ſuev. 93.

Eberh. *Bidembach*, S. theol. D. & Abbas bebenhuſianus, fuit Brentii gener, ac deceſſit A. 1591. *Micral.* 738.

Theo-

Theodoricus *Snepfius*, natus Wimpinæ in Greichgæa regione, Iacobi Andreæ commilito, S. theol. D. & paſtor eccleſiæ nurtingenſis, mox profeſſor theol. in acad. tubingenſi, & tandem Superintendens generalis, varias Principum & Magiſtratuum exterorum vocationes recuſans, ſummam in utroque munere diligentiam adhibuit, wormatienſi & maulbrunnenſi colloq. interfuit, pluresque legationes obiit, vir doctus, diſertus, in concionibus fervidus, erga pauperes & miſeros liberalis, a faſtu & pompis alienus, (unde & pompam funebrem, ſi mortuus eſſet, prohibuit) conciones, Brentii ſoceri ſui exemplo, breves formavit, ſed doctas, nervoſas, nec faſtidium auditorio afferentes. De ſcriptis ſuis pauca edidit, videl. commentarium in Ieſaiam, Orationes in natalem Salvatoris noſtri, & in obitum *Eberhardi* Ducis würtenb. ac diſpp. theologicas de variis & arduis argumentis, deſiitque hoc in mundo vivere A. 1586. æt. 61. Melch. *Adam.* in Vitis theol. 578. *Serpil.* 131.

Petrus *a Soto*, quem *Brentius* & *Sleidanus* Aſotum vocant, hiſpanus & dominicanus, primum multos annos CAROLI Imp. pœnitentiarius, deinde profeſſor theol. in academia dillingenſi, interfuit concilio tridentino, ſcripſitque libros III. Inſtitutionum chriſtianarum, & Manuale clericorum, ſeu de inſtitutione ſacerdotum, eorum maxime, qui ſub epiſcopis animarum curam gerunt, quo more vitam ſuam regere debeant. *Friſius* in Epit. 683. *Sleidanus* l. 26. p. 845. *Sarp.* Hiſt. concil. trid. 1011. 1157. 1202.

III.

Aeg. HVNNII Operum latinorum Tomi V. Wittebergæ 1607. volumina III. In tomo I. continentur Dogmatica, 1) de maieſtate S. Scripturæ. Traduntur in hoc tract. demonſtrationes ad ſanciendam fidem veritatemque ſcripturarum comparatæ, eumque *Crenius* in Diſſert. I. de libr. ſcriptor. opt. p. 27. laudat a ſtilo florido maxime & elegante, neminemque ſe ſcire ait, qui auctorem hoc in argumento ſuperet. Cui adde iudicium Ed. *Stillingfleeti*, in Actis erud. A. 1707. 206. Prodiit hic libellus Francofurti A. 1591. 8. & ante auctoris commentarios in N. T. recuſos Wittebergæ A. 1701. f. Germanice eum vertit Iſ. *Feckler*, ſed El. *Veiel* verſionem hanc emendavit, cumque præfat. edidit Vlmæ A. 1696. 12. 2) de S. Trinitate. 3) de perſona Chriſti. 4) Aſſertio ſanæ doctrinæ de perſona & maieſtate I. Chriſti, adverſus Chriſtoph.

ſtoph. *Pezelium.* 5) de peccato. 6) de lib. arbitrio. 7) de lege & euangelio. 8) de iuſtificatione. 9) de prouidentia & prædeſtinatione. 10) de ſacramentis V. & N. Tti. 11) de eccleſia vera, & huius capite Chriſto: ut & de eccleſia romana, & huius capite Pontifice romano, antichriſto. 12) de indulgentiis, & iubilæo rom. Pontificis. In II. tomo Polemica, 1) de vocatione miniſtrorum eccleſiæ, contra Laurent. *Arturum.* 2) de verbo Dei ſcripto, contra Rob. *Bellarminum.* 3) Relatio hiſtorica de Colloquio ratisbonenſi anni 1601. 4) Notationes ad Epiſtolam cuiusdam *anonymi* pontificii narratoris, qua ſolatur amicum auguſtanum, lugentem ſortem Ieſuitarum, ob rem infeliciter ab ipſis Ratisbonæ geſtam. 5) Antitannerus, h. e. ſcriptum apologeticum adverſus Relationem compendiariam Adami *Tanneri.* De qua vide Helv. *Garthii* epiſt. dedicator. huius tomi. 9) Examen præfationis, quam bavarici collocutores Protocollo Monachii recuſo auctiorem præfigendam eſſe putarunt. 7) *Calvinus* iudaizans, h. e. iudaicæ gloſſæ & corruptelæ, quibus Calvinus illuſtriſſima Scripturæ S. loca & teſtimonia de glorioſa Trinitate, Chriſtique & Spiritus S. deitate, cumprimis autem vaticinia Prophetarum de adventu Meſſiæ, nativitate eius, paſſione, reſurrectione, aſcenſione in cœlos, & ſeſſione ad dextram Dei, corrupit. Huic ſcripto oppoſuit Dav. *Pareus* Calvinum orthodoxum. 8) Antipareus, ſeu Refutatio ſcripti a Dav. *Pareo*, in defenſionem Calvini, editi. 9) Explicatio controverſiæ inter *theologos vvitteberg enſes* & Sam. *Huberum* de Regeneratione & Electione. In III. & IV. tomis Exegetica, & in III. quidem 1) Commentarius in euangelium *Matthæi* & *Iohannis.* 2) Methodus concionandi. 3) Epitome biblica, comprehendens ſummas breues & argumenta capitum totius S. hiſtoriæ V. Tti canonicæ, (a Geneſi ad librum Pſalmorum) eum in finem tendens & ſpectans, ut huius enchiridii beneficio partem iſtam SS. bibliorum hiſtoricam, velut in ſynopſi, ob oculos poſitam habere, & ſummatim recolere ſubinde liceat. 4) Prælectiones in XXI. capita *Geneſeos.* In IV. tomo commentarius in *epiſtolas paulinas*, excepta II. ad Timotheum, & *epiſtola II. & III. Ioannis.* Et commentario in ep. ad Epheſ. præfigitur Præfatio pro defenſione libellorum de perſona Chriſti, contra D. Chriſtoph. *Pezelium*, & M. Ioſeph. *Grabium*, bremenſes theologos. Atque

hi in epiſtolas apoſtolicas (& Apocalypſin) Commentarii, ſub titulo Theſauri euangelici & apoſtolici, recuſi ſunt, & quidem cum Supplementis *Winckelmanni*, *Arcularii*, & Io. Henr. *Feuſtkingii*, cura & ſtudio huius ultimi, Wittebergæ A. 1705. & 1706. f. De quibus vide *Acta erud.* A. 1707. 205. & Car. *Arndium* Contin. Biblioth. mayer. 126. 128. Denique in Vto tomo 1) Diſputationes variæ. 2) Orationes VI. quarum prima agit de certaminibus, victoriis & triumphis Chriſti: ſecunda de Michaële archangelo & angelis: tertia de præcipuis locis ex 1. ad Corinth. ad fidei chriſtianæ articulos adſtruendos utilibus: quarta de vita & morte *Sabinæ*, Landgraviæ Haſſiæ: quinta de vita & morte *Hedvvigis*, Landgraviæ Haſſiæ: ſexta in feſto natalitio academiæ wittebergenſis. 3) Comœdiæ III. & quidem prima & ſecunda de Ioſepho, Iacobi filio; tertia de Ruth. Helvicus *Garthius* V. hiſce tomis totidem præfationes præmiſit, & in prima quidem agit de officio elenctico, oſtendens, magnam miniſterii eccleſiaſtici partem in eo poſitam, adeoque illud non omittendum eſſe: in ſecunda de certaminibus in eccleſia inter hæreticos & orthodoxos; optandum quidem eſſe, ut ea vel nunquam exorta, vel iam dudum ſopita eſſent, vel nunc e rebus humanis penitus tollerentur; ſed hoc minime ſperandum, atque interim eccleſiarum doctoribus curam incumbere, ut omnibus illis ſatanæ conatibus veluti murum ſe ſe opponant, & pro veritate dimicent: in tertia de Commentariis *Hunnii*; optandum rurſus eſſe, tantum illi fuiſſe temporis atque otii, ut libros V. Ti, quos in eccleſia ſermone populari tam Marpurgi, quam Wittebergæ enarravit, meditationibus ſuis in commentariorum formam redactis illuſtrare potuiſſet, ſic enim eccleſiam eius quoque Commentarios in libros aliquot moſaicos, Iudicum, Ruth, Samuelis, Regum, Iobi, Pſalmorum, Eſaiæ, Amos, & aliorum prophetarum habituram, ſed obiecta illi fuiſſe tot tantaque impedimenta, ut breviſſimas illas notas, memoriæ cauſſa conſignatas, & poſtea diſperſas ac disiectas colligere, indeque iuſtos Commentarios conficere nullo modo potuerit: interim hic dari eos Commentarios quos ipſe auctor recognitos, dum adhuc in vivis ageret, non ſemel edidit, vel edendos reliquit: in quarta de auctoritate divina epiſtolarum, reſpectu auctoris & rerum contentarum, itaque eas Cornucopiæ totius theologiæ chriſtianæ dici poſſe, omnique ſæcu-

ſæculo fuiſſe eccleſiæ Doctores, qui eas vel commentariis illuſtrarent, vel ad purioris doctrinæ confirmationem, hæreſium confutationem, pietatis commendationem, & morum correctionem uſurparent atque adhiberent, eorumque veſtigia ſecutum *Hunnium*, illas ipſas conſueta ſibi via, & accommodate ad controverſias ſui temporis, illuſtrare & explanere ſtuduiſſe; in quinta de *Hunnii* Theſibus de abrogando exorciſmo, & Comœdiis ſacris. De priori ait, falſum eſſe, quod Hunnius *paulo ante diſceſſum* ſcripſerit Theſes de abrogando exorciſmo, *ut de iis publice in academia vuittebergenſi diſputaretur*, quodque eæ, *quæ Erphordiæ* A. 1606. typis ſunt mandatæ, *ex autographo bona fide deſcripta ſint*. Scripſiſſe quidem eum Propoſitiones de exorciſmo integro ante obitum biennio ea fini, ut privata cura atque induſtria ſuum ipſus ea de re formaret, & aliorum inſuper exploraret iudicium; harumque autographum eſſe in manibus heredum, & concordare aliqua ex parte, quantum ad res ipſas attinet, cum editione erfurtenſi, maximam tamen in collatione utriusque, cum in *marginalibus*, tum in ipſis *propoſitionibus* deprehendi diſcrepantiam; in primis hæc eſſe falſa, Hunnium vocare ritum exorciſmi, *papiſticum*, & ſignaturam crucis, *torvam*. Ecquæ igitur ſunt contena ſcripti genuini? Ea tradam ipſis *Garthii* verbis: *Hunnius*, ait ille, eccleſiæ commodum atque utile eſſe exiſtimat, ſi ritus exorciſmi, quantum ad pronuntiationem verborum & moderationem geſtuum, præeunte neceſſario conſenſu ordinum eccleſiæ, & legitima inſuper plebis informatione, in adminiſtratione baptiſmi *omitteretur*, & in locum eius vel *commonefactionis* vel *precationis formula* de peccati originalis atrocitate, ſatanæ in filios Adami nondum renatos regno & poteſtate, infinita ſanguinis Chriſti virtute, & ſpirituali baptiſmi ad regenerationem efficacia, (quam *exorciſmum* aliquin ſano ſenſu ſignificare & teſtari, eccleſiæ auguſtanæ uno ore profitentur) ipſis Scripturæ verbis concepta conſtitueretur. Quod vero ipſum autographum neque typis hactenus ſeorſum exſcriptum, neque volumini diſputationum inſitum fuerit, cauſſas eſſe non leves, interque eas hanc præcipuam, quod ipſe auctor ſcriptum eſſe voluerit privatum, donec editionem ſuo aliquando tempore, ad eccleſiarum auguſtanæ confeſſionis ædificationem & conformitatem, certa quæpiam efflagitaret occaſio & neceſſitas. Iam cum his confer

id, quod legitur in *Serpilii* Epitaph. theol. ſueuor. p. 40. Quod ad poſterius, ſive Comœdias ſacras, quas Hunnius Marpurgi conſcripſit, & habendas curavit, vindicat eas contra ſanctulorum quorundam obiectiones, oſtendens 1. eas nihil commercii habere cum impiis ethnicorum ludis ſcenicis, a *Lactantio* aliisque Patribus damnatis; in eccleſia iſraëlitica frequentes fuiſſe comœdias & tragœdias ſacras, atque e talium cenſu eſſe libellos Ruth & Tobiæ. 2. Mutationem veſtium a Deo non aliam prohibitam, quam quæ ſerio & uſitato more, in damnum pudicitiæ & honeſtatis, fit atque ſuſcipitur. 3. propter ſcurrilitates, leuitates, obſcœnitates, & morionum habitus atque clamores, non magis proſcribendas comœdias ſacras, quam ſollemnitates nuptiales, in quibus & ipſis audiantur clamores, ſcurrilitates, obſcœnitates, & ſimilia alia. Sed nec *Hunnii* Præfationes ſilentio nobis ſunt prætereundæ. Nimirum in tractatu de Maieſtate Scripturæ, Tom. I. p. 1. præfatur de diſputationibus & certaminibus in eccleſia, quorum halcyonia nunquam ſint futura, ſeque hunc tractatum ſcripſiſſe ait in uſum tempore tentationis, & contra epicureos: In tractatu de S. Trinitate p. 73. de ſublimitate huius articuli, & hæreticorum contra eum moliminibus, atque *Calvini* corruptionibus, locis, ut credit, firmiter iſthoc myſterium probantibus illatis: In tract. de Perſona Chriſti, p. 135. de hiſtoria certaminum cum Zwinglianis & Calvinianis: In Aſſert. ſanæ doctrinæ de perſ. & maieſt. I. Chriſti p. 313. de occaſione certaminum ipſum inter & *Pezelium*, & præfatione Pezelii, ad quam reſpondet: In tract. de Iuſtificatione p. 546. de huius articuli depravationibus, per Pontificios factis: In tract. de Provid. Dei & Prædeſtinatione p. 633. de dogmate calviniſtico, præſertim Dan. *Toſſani* Theſibus de pelagianiſmo, & Samuel. *Huberi* chartis de promiſcua omnium hominum, etiam finaliter impœnitentium, electione & prædeſtinatione ad vitam æternam, ad quas utrasque prolixe reſpondetur: In tract. de ſacramentis V. & N. Tti p. 961. de vero & genuino ſenſu verborum Confeſſionis auguſtanæ in articulo X. a quo Calviniani longe ſint remoti: In tract. de Eccleſia, p. 1244. de teſtimoniis eorum, qui Eccleſiam romanam *Babylonem*, Papam vero *antichriſtum* eſſe dixerunt: In tract. de Indulgentiis p. 1436. de nundinatione, negotiatione & ſimonia Epiſcopi romani, indulgentiis, indultis, licentiis, abſolutionibus & diſ-

diſpenſationibus, iuxta Taxam ſacræ pœnitentiariæ, quæ & ipſa communicatur, exercitis. Tomo II. in Exam. controverſ. *Bellarmini* de Verbo Dei ſcripto p. 30. de collatione hodiernæ eccleſiæ pontificæ cum veteri iudaica, Prophetis, Chriſto & apoſtolis rebellantis, & Ieſuitarum cum Phariſæis: In Antitannerum p. 366. de iactationibus Pontificiorum ante colloquium ratisbonenſe, & cauſſis abruptionis eius: Tomo III. in Comment. in Ioannis euangelium p. 616. de huius euangelii auctoritate & præſtantia, quod videlicet omnes fidei articuli inde peti, & hæretici refutari queant: In Epitomen biblic. p. 1357. de lectione ſcripturæ, eiusque utilitate, ubi etiam continuationem huius ſcripti pollicetur: In Prælectiones in XXI. capita priora Geneſ. p. 1424. de Moſe, quis quantusque ille coram Deo & univerſo fuerit populo: Tomo IV. in Comment. in epp. paulinas p. 1. de Pontificiis, & p. 12. de Calvinianis. quorum dogmata ex Paulo it confutatum, nec niſi de Roma, & conſequenter Eccleſia romana vaticinium Ioannis de Babylone veneficiis ſuis Reges terræ, & in ea habitantes populos ſeducente intelligendas eſſe aſſerit: In Commentar. in ep. ad Coloſſ. p. 641. de ſtudiis ſuis ſcholaſticis & academicis, deque conſenſu academiarum tubingenſis ac wittebergenſis variis in rebus: In Commentar. in epp. ad Theſſal. p. 692. de reſurrectione mortuorum, quod illa non ſolum in N. ſed etiam in V. Tto fundata ſit: In Commentar. in 1. ep. ad Timoth. p. 760. de baptiſmo infantum infidelium parentum, e. g. Iudæorum, Turcarum; de his videlicet, qui bello capti, vel pretio emti in noſtram venere poteſtatem, atque iam ſunt familiæ noſtræ pars, pronuntiat atque adfirmat baptizandos a nobis eſſe, negat autem de illis, quorum parentibus, ſive Iudæi ſive Turcæ ſint, a Magiſtratu chriſtiano, ſub quo vivimus, conceditur inter nos habitare, & religionis ſuæ gaudere exercitio: In Commentar. in epiſt. ad Titum, p. 189. de miniſterii eccleſiaſtici dignitate: In Commentar. in epiſt. ad Hebr. p. 866. de offendiculis Iudæorum, e. g. 1. Meſſiam nudum fore hominem. 2. illum Ieſum, qui olim occiſus eſt, cæli terræque dominum eſſe factum. 3. Eum cruci affixum fuiſſe. 4. V. T. & ſacerdotium leviticum abrogari debuiſſe. 5. Hominem iuſtificari per fidem in Meſſiam. 6. Quosdam ebræorum a Chriſti religione deſciviſſe, eamque profeſſos afflictionibus eſſe expoſitos; quibus omnibus occur-

 rat

rat apoſtolus in hac ipſa epiſtola: denique in Commentar. in ep. 1. Ioannis, p. 952. de collatione ſcriptorum profanorum cum ſacris, quod hæc illa longiſſima ſuperent, deque contentis epiſtolæ S. Ioannis, quippe in qua proponantur capita, quibus totus chriſtianiſmus comprehenditur, videlicet fides in Chriſtum vera, & caritas erga proximum non ſimulata.

Tomo I. tráct. de S. Trinit. p. 126. Rectius affirmatur Spiritus S. a patre & a Filio procedere, quam a Patre *per Filium*; ne quis exiſtimet, illum procedere a Patre mediate, interventu ſcilicet Filii: qua ratione uni perſonæ eſſet propinquior, quam alteri.

Si particula PER ſolum *ſpirandi ordinem*, non vero inæqualitatem denotet, nos ipſi Græcorum ſententiam defendimus. Io. Ad. *Scherzer.* in Breviar. hülſemann. 143.

Aeg. *Hunnius*, würtenbergicus, humili natus loco, a prauo ſodalitio, quod eum penitus corrupiſſet, in adoleſcentia liberatus, de peccato in Spiritum S. cuius conſideratio ei tentationis laqueos iniecerat, ex Io. *Spangenbergii* Margarita theologica, quam apertam in Scholam rediens ſuo in loco reperit, informatus, Iac. *Andreæ*, *Heerbrandi*, Theodorici *Snepfii*, & Io. *Brentii* filii diſcipulus, primum docuit in eccleſia tubingenſi, diaconi ſparta fungens, atque ita e culmo, iuxta gravidæ matris ſuæ ſomnium, columna templi factus. Clarius autem & abundantius poſtea hoc præſagium impletum fuit, cum maiora ei munera concrederentur, ipſeque ad res magni momenti adhiberetur: nam, ſumtis honoribus doctoralibus, theologiam profeſſus eſt Marpurgi, & dehinc Wittebergæ, ubi cryptocalvinianos expulit, in Ducatu lignicenſi & brigenſi technas calvinianas diſſoluit, cum *Gretſero* & *Tannero* in Colloquio ratisbonenſi A. 1601. dimicavit, & inde domum reverſus paulo poſt ægrotare cœpit: nam & calculi dolores ſæpius, quam antehac unquam, eum invaſerunt, & catarrhus vehementiſſimus guttur & pectus infeſtavit, tandemque febris acceſſit, quæ viribus exhauſto, multorumque dierum inedia confecto corpori mortem adduxit, A. 1603. cum vixiſſet annos 53. M. *Adam*. in Vit. theol. 723. *Mirral.* Syntagm. hiſt. eccl. 760. *König* 418. *Serpilius* Epitaph. theol. ſveuor. 34. *Baillet* in Anti 181. 182. Fuit unus de præcipuis theologis lu-

the-

Digitized by Google

theranis, doctus egregie, diſputator argutus, in converſatione comis & humanus, promtusque ad officia aliis præſtanda, teſte poſt *Hutterum* M. *Adamo* p. 730. Plura eius elogia adfert multæ vir lectionis, & æqui iudicii, *Serpilius* p. 35. & ſeqq. Cui adde *Crenium* Animadv. P. XVIII. 51. Notatur autem & culpatur, ſed ab adverſario, im Gegenbericht auf die Leichpredigt D. Crellens 190. Præter latina eius ſcripta etiam germanica exſtant non pauca, ut Poſtilla euangelica & apoſtolica; Homiliæ in VI. prophetas, threnos, & catechiſmum: Confeſſio de perſona Chriſti, & alia. Et quod ad *Garthium* attinet, præclare ille quidem de ſcriptis ſoceri meritus eſt in unum ea corpus redigendo, ſed Diſputationibus aliquot ademiſſe præfationes, & Diſpp. in Aug. Conf. ordinem turbaſſe obſervat diligentiſſimus *Crenius* l. c. p. 52.

Opus novum caſuum conſcientiæ. Francofurti 1676. E *Balduino*, *Dunteo*, G. *Königio* & aliis hoc opus collegit Io. Nicol. MISLERVS, qui & præfationem addidit, in qua indicat defectum, quo Pontificiorum de caſibus conſcientiæ libri laborant. Sed liber hic multis ſcatet vitiis typographicis, loca Scripturæ ſæpe falſo citantur, integræque interdum periodi omiſſæ ſunt. Qui Balduinum, Dunteum & Königium habet, eo carere poteſt.

Io. OLEARII Theologia moralis, tabulis LXXII. comprehenſa. Lipſiæ 1694. Quæ antea prodierat A. 1688. Atque exſtant Fridem. *Bechmanni* in hanc Theologiam moralem Annotationes, cum præfatione *Hebenſtreitii*, Ienæ 1703. 4. Intelligit autem per Theologiam moralem, Scientiam practicam, ex divina revelatione docentem, quæ homini fideli ac regenito ad vitæ ſanctimoniam factu neceſſaria ſunt, conſequendæ in Deo per Chriſtum æternæ beatitudinis cauſſa. Eamque diſpeſcit in II. partes, communem & propriam, quarum illa hominis chriſtiani, citra reſpectum ad certum vitæ genus & ordinem conſiderati, officia explicat; hæc autem chriſtianum in ſtatibus hierarchicis poſitum contemplatur, & quid ſingulis in ſtatibus ipſi, ſive ſuperior, ſive inferior ſit, obſervandum veniat, præſcribit, Vt adeo videamus neminem, (aiunt Collectores *Act. erud.* A. 1688. 243.) cui non & in promovendo divino cultu, & in vita gubernanda propria, & in aliorum moribus, ſi curæ forte noſtræ commiſſi illi ſint, regendis emendandisque, graviſſima hæc theologiæ pars præſtare operam præclaram valeat.

Eius-

Eiuſdem OLEARII Introductio ad Theologiam caſiſticam. Lipſiæ 1694. Eo fine ab auctore propoſita, ut ab impiis & profanis, quin noxiis & exitioſis in ſtudio caſiſtico principiis, ad graviora atque utiliora, ſeu ad veræ doctrinæ moralis praxin diſcentes revocaret. *Iſagogen* autem ſive *Introductionem* appellat auctor, quia ex illa, tanquam e tabella, cognoſcere poſſunt, quale ſit decurrendum ipſis ſtadium: quam late pateant huius ſpatia: quænam ſit indoles iſtius diſciplinæ: quod primum cognoſcendi principium: quid caſus conſcientiæ, eorumque deciſio: qua in re vera conſiſtat conſcientiæ tranquillitas: quæ ἱκανότης ſeu aptitudo ad hoc requiratur ſtudium: quæ conſcientiæ ſpecies, qui morbi, quæ remedia, quot obligationis vincula: quænam in decidendis caſibus adhibenda ſint præſidia & adminicula: quis apparatus ſcriptorum, ſive veterum ſive recentiorum ad ſingulorum caſuum deciſionem in promtu eſſe debeat: quæ denique ſint media falſa atque ſpuria a fine interno huius ſcientiæ, qui eſt deciſio caſuum conſcientiæ, nos abducentia. In præfatione autem huius ſcripti docet auctor, ſummopere dolendum, ab audacibus ingeniis quotidie maiorem licentiam ſumi, & in caſibus conſcientiæ inſenſibiliter ſententias a ſimplicitate chriſtiana plane alienas in eccleſiam induci; idque cumprimis facere doctores ieſuiticos IV. capitibus, quorum primum ſit de ſententiarum *probabilitatibus* reperiundis; ſecundum, dirigendæ *intentionis* artificium; tertium, rerum mutare *definitiones*; quartum, diſtinctio *peccati* in philoſophicum & theologicum. Confer p. 46. Ceterum de Lutheranis caſus conſcientiæ tractantibus merentur legi Io. *Olearius* noſter Introduct. ad theol. caſiſt. c. 11. *Crenius* Animadv. P. VI. 144. & Io. Mich. *Lang.* præf. in Io. Conr. Dürrii Theolog. moral. §. 20. Io. autem Lud. *Fabricius*, pro ea qua pollebat iudicii dexteritate, præclare ante obitum admonuit, Theologiam caſiſticam non ſubtiliter, ſed iuxta teſtimonium ſcripturæ & conſcientiæ tradendam eſſe.

Io. Nic. *Miſlerus*, S. theol. D. & Prof. in acad. giſenſi, adornavit Speculum antiieſuiticum, Scrutinium S. Scripturæ, & XIV. diſſertationes de articulis nonnullis controverſis, vixitque anno adhuc 77. ſæculi XVII.

Io. *Olearius*, halenſis, Gottfriedi, Inſpectoris principis in Circulo Salano Ducatus magdeburgici, & Superintendentis halenſis fili-

filius, Ioannis veſalienſis nepos, Gottfridi, ſui poſtea collegæ, viri litteratiſſimi, pater, abſolutis in academia lipſienſi, vitembergenſi, & ienenſi, ſub Iac. *Thomaſio*, *Geiero*, *Scherzero*, *Slutero*, *Hulſemanno*, *Calovio*, Io. *Meiſnero*, I. A. *Boſio*, I. E. *Gerhardo* & Io. *Muſæo* ſtudiis, primum græcæ linguæ, deinde theol. prof. Lipſiæ, ad hæc eius Doctor, academiæ Decemvir, Præpoſitus collegii & templi paulini, alumnorum electoralium Ephorus, maiorisque Principum collegii, Capituli cizenſis, Facultatis theologicæ, nationis Saxonicæ, & totius univerſitatis lipſienſis Senior, vir pius, induſtrius, prudens, ac modeſtus, ut qui functionem theologicam, tanquam arduam, cui alii, tanquam corvi prædæ, inhiarent, deprecatus eſt initio, eruditionis ſuæ documenta dedit ſequentia, Exercitationes LII. in epiſtolas dominicales, diſſertationem de ſtilo N. T. cum non nullis aliis eiusdem argumenti Leovardiæ denuo editam a Iac. *Rhenferdo*, Diſpp. philoſophicas LXI. theologicas CVI. Orationes, Conſilia theologica, & alia, tandemque iterata apoplexia occubuit, anno Chriſti 1713. æt. 74. Vide *Acta erud.* ad prædictum annum p. 428. A Io. Georg. *Pritio* in Introduct. in lect. N. Ti ſalutatur multis, iisque præſtantibus in eccleſiam meritis admodum venerabilis.

IV.

Mart. GEIERI Opera omnia. Amſtelodami 1695. 1696. II. volumina. Quæ editio eſt optima. In priori volumine eſt commentarius in pſalmos Davidis, primum editus Dreſdæ A. 1668. 4. deinde Lipſiæ 1681. f. quem quidem auctor non agnoſcit pro commentario, ſed duntaxat pro collectaneis, non in uſum veteranorum, ſed tironum ſcriptis; cuius libri Index A. *Pfeiffero* Hermen. S. c. 6. §. 15. videtur Lexici cuiusdam emphatici vicem ſupplere poſſe: in poſteriore, commentarii in Proverbia & Eccleſiaſten, (quorum ille prodierat Lipſiæ A. 1653. & 1669. 4. hic ibid. A. 1653. 1668. 1671. 4.) nec non in Danielem, (prius Lipſiæ A. 1667. 4.) cum Opuſculis variis philologicis. Commentarium in Proverbia dedicat Deo Patri, Filio, & Spiritui S. eosque conteſtatur, ſe a teneris ardenter dilexiſſe verbum divinum. In præfatione commentarii in Eccleſiaſten duo recenſet Perſarum emblemata de mundi huius vanitate, notatque interpretum quorundam vitia, ac

 deni-

deniqve ſcopum ſuum aperit, quo ſenſum unum ſectatus ſit, ac ſimpliciſſimum. Hunc librum autem a Salomone poſt ſanatam a Deo mentem ſcriptum eſſe pie opinatur. Opuſcula ſunt ſequentia: 1) de luctu Ebræorum: ubi conſiderat tempus, perſonas lugentes, earumque habitum & actiones, funus, & ſepulturam. 2) de proteuangelio, *Gen.* 3, 15. 3) de Meſſiæ morte, ſepultura & reſurrectione, *Ieſ.* 53, 8. 9. 10. Cui p. 102. adduntur Obſervatiunculæ aliquot, ad ſanctum ebrææ linguæ ſtudium faciliorem ſternentes aditum. 4) de precibus pro defunctis, contra Pontificios. 5) de adventu Domini glorioſo ad ſupremum iudicium, ep. *Iudæ* v. 14. 15. 6) de Deo, angelis & homine. 7) de S. Scriptura. 8) de lege. In quibus tribus diſſertationibus oſtendere contendit, Pontificios illis in doctrinis conformes eſſe Iudæis. 9) de ſatisfactione Chriſti, contra Socinianos. 10) de ſuperſtitione. Huic ultimo ſcripto præmittitur quidem Diſquiſitio de miniſtro eccleſiaſtico, contra Pontificios; verum eius auctor non eſt Geierus, ſed Io. *Funckius*, qui more academico munus geſſit reſpondentis.

In Pſ. LXXVIII. 25. p. 1183. Panem אבירים fortium ſeu angelorum *Schneiderus hypothetice*, ſi angeli veſcerentur, interpretatur.

Schneiderus de aliis hoc refert; ipſe autem accedit eorum expoſitioni, tanquam ſimpliciori, qui *de miniſterio angelorum*, per quos ad Iſraëlitarum caſtra cæleſte illud nutrimentum deferebatur, hoc accipiunt. *Cren.* Animadverſ. T. XVII. 77.

Mart. *Geierus*, lipſienſis, Welleri, Hülſemanni & Dannhaueri diſcipulus, theol. D. & profeſſor lipſienſis, in templo Thomano paſtor, aſſeſſor Senatus eccleſiaſtici, & canonicus cizenſis, ac tandem ſereniſſimi Electoris Saxonici a concionibus primariis, confeſſionibus, & conſiliis eccleſiaſticis, reliquit varias conciones, itemque libellos de dilectione Dei & proximi, atque Cogitationes mortis, & exſpiravit Freibergæ A. 1680. æt. 66. *Witte* in Memor. theolog. 2067. Io. Bened. *Carpzovius* Theol. exeget. p. 73. laudat *Geieri* commentarios, eumque inter accuratiores interpretes numerat, ac medium *Tarnovium* inter & Seb. *Schmidium* ponit: *Wagenſeilius* de LXX. hebdomadib. Danielis

p. 3.

p. 3. Geierum vocat primarium in Germania theologum, quæque maior illius laus eſt, piiſſimum ſimul, *Crenius* in Exercit. I. p. 32. optimum. Præfert tamen *Crenius* l. c. p. 33. commentariis in Pſalmos & Eccleſiaſten commentarium in Proverbia, quandoquidem auctor ad hunc maiorem adhibuerit diligentiam. Interim Matth. *Polus* Synopſ. crit. volum. II. in initio, in ſuis eum in Pſalmos, Proverbia & Eccleſiaſten commentariis & proprietates verborum, & ſenſum rerum diligenti ſæpe indagine eruere fatetur. His adde le *Iournal des Sçavans* pour l' année 1695. *Senntag.* diſp. de præcip. theol. lutheran. ſec. XVII. p. 161. & Car. *Arndium* in Continuat. Biblioth. bibl. Mayer. 66.

V.

Thomæ GATAKERI Opera critica, Traiecti ad Rhenum 1698. In iis continentur 1) Diſſertatio de Novi Inſtrumenti ſtilo, adverſus Sebaſt. *Pfochenium.* 2) Cinnus ſive Adverſaria miſcellanea, quibus multa S. Scripturæ loca explicantur. 3) Adverſaria miſcellanea poſthuma. Quibus præmiſſa eſt Vita auctoris, ab ipſo maximam partem ſcripta. 4) M. ANTONINI Imp. de reb. ſuis libri XII. commentario perpetuo explicati, dicti a *Salmaſio* (in Præloquio Gatakeri) utile ad vitæ præcepta, & ad imbuendos virtute illa forti & humanorum contemtrice ſcriptum. Amplum iis præmittitur Præloquium, in quo diſciplina ſtoica cum aliis confertur ſectis, deque eius ſociorum ſcriptis diſſeritur, & totius huius operis ratio exponitur. 5) Mer. *Caſauboni*, & Guil. *Xylandri* in eosdem libros Notæ, & hiſce 6) ſubiunguntur Opuſcula philologica, ſeu Diſſertationes tres, de diphthongis, de nomine tetragrammato Iehovah, & de baptiſmo infantum. In prima negat dari diphthongos ſeu bivocales, & p. 20. ſuam ſcribendi rationem, qua poſt *q* omittit *u* e. g. ſcribens *qi* pro *qui*, defendit; in ſecunda יהוה non Adonai, ſed Iehovah pronunciandum eſſe aſſerit contra Lud. *Cappellum*; in tertia cum Sam. *Wardo* diſputat, & baptiſmum non eam habere vim & efficaciam, ut remiſſionem peccatorum & iuſtificationem conferat, ſed ut obſignet ſive impetratam, ſive impetrandam, docet & propugnat. Præter eos, quos nominavimus, habuit etiam adverſarios, *Saltmarſhum*, Io. *Lucium*, Io. *Piſcatorem*, *Ameſium* & *Voetium*. Herm. *Witſius*,

qui præfationem Operibus hiſce præmiſit, Commentarios in M. Antoninum vocat ditiſſimos, in quibus quidquid unquam uſpiamve a Philoſophis, Poëtis, Oratoribus, Hiſtoricis præclare de virtute dictum eſt, tanquam in ſanctiore aliquo ærario, ſumma cura, ſumma fide coacervatum invenias. Parem iis laudem tribuit *Morhof* Polyh. T. 2. lib. 1. c. 4. n. 4. In Diſſertatione autem de Stilo N. T. & Adverſariis, eodem iudice, dantur obſervationes in ſacra volumina luculentiſſimæ, nec vulgares, quibus ex omni antiquitate ſedulo conquiſitis, inſignem paſſim obſcurioribus locis lucem fœneratur. Eadem laudantur a *Morhofio* Polyhiſt. T. I. lib. 5. n. 11.

Adverſar. c. X. p. 505. Inter incerti plane auctoris habetur illud ex Plutarcho de adulat. ab amico dignoſc. Γερων γεροντι γλωσσαν ηδιϛην εχει. *Cui attexi poſſunt* ex Sexti Empir. adverſus Grammat. l. 1. c. 13. iſta. Παις παιδι &c.	*Illa iam attexta erant* ab ipſo Plutarcho, quanquam Sextum illum non laudaverit. *Cren.* Animadverſ. P. IV. 126.
Cap. XI. p. 536. Varro myſteriis, referente Monio: *Morimur ſpiſſius quam, naſcimur.*	Legendum omnino, veluti quoque codices omnes conſtanter habent: *Naſcimur ſpiſſius, quam emorimur.* Idem P. I. Animadv. p. 111.

Thom. *Gatakerus*, londinenſis, Th. S. B. eccleſiæque primum lincolnienſis, deinde rotherfeldenſis, in provincia Suſſex, paſtor, qui & in academia cantabrigienſi Collegii Trinitatis præfectura gaudere potuiſſet, niſi eius obſtitiſſet religio & modeſtia, vir hebraice & græce doctiſſimus, immo (quæ verba ſunt *Morhofii* loco Tomi I. excitato) ſtupendæ lectionis, magnique iudicii, & qui in commentando diligens & operoſus eſt, obiit A. 1654. æt. 80. Plura eius elogia promunt *Magirus* 378. *König* 334. *Colomeſius* 652. 297. Mer. *Caſaubonus* Prolegom. in Notas in M. Antoninum Aaa. *Schurzfleiſch* Epp. arcan. P. I. 21. & Collectores *Act. erud.* A. 1699. 69. & A. 1707. 401. Scripſit & alia vernaculo idiomate, ut Notas in Ieſaiam, Ieremiam, & Threnos, Elenchum de Iuſtificationis materia

teria, & forma, contra *Gomarum*, & Apologiam contra ariolum ſive aſtrologum quendam. Hic autem tantum latina eius opera ſunt edita. Et in ſenili quidem ætate atque in receſſu ſcriptæ ſunt Annotationes in prophetas memoratos, nec non commentarius in M. ANTONINVM, delicias eius, & Cinnus.

Marcus Aurel. ANTONINVS, alias dictus Catilius Severus, & poſt virilem togam M. Annius Verus Catilius, nomen ſuum ab ANTONINO Pio, qui Adriani iuſſu eum adoptavit, adeptus, & philoſophiæ ſtoicæ ſerio deditus, vir, uti *Morhof.* Polyh. T. 2, 22. ſcribit, inculpatæ vitæ, & inter ethnicos ſive paganos quaſi quidam deus, magna ſanctimonia celebris, ſcripſit libros XII. *των εις εαυτον* de Rebus ſuis, ſive de iis, quæ ſui eſſe officii, ſeu ad ſe pertinere cenſebat. *Gataker* in Notis p. 1. Bella feliciter geſſit contra turbulentos Britannos, Parthos, Armenios, Marcomannos, & Avidium Prudentem Caſſium, & quamvis ipſe ſibi a vitiis caveret, aliorum tamen peccata leniter toleravit: ceterum liberalitate plurimum delectatus eſt, eique æde in Capitolio extructa, naturæ debitum ſolvit A. V. 932. Coſſ. Bruttio Præſente iterum, & S. Quinctiliano Gordiano. *Philoſophi* nomen non fuit eius cognomentum, ſed *επιθετον*, a ſcriptoribus ei quibusdam tributum. *Rupert.* Obſervat. in Beſoldi Synopſ. 290. Elogia & iudicia, quæ auctores tam græci quam latini de eo ferunt, collecta reperies in *Magiro* 54. *Pope-Blount* 169. & Mer. *Caſaubono* atque *Gatakero* ante ipſorum Notas. Antonini huius libri XII. de novo prodierunt Oxoniæ A. 1704. ita, ut textus quidem ac verſio fere integra ad exemplum Gatakerianæ editionis exhibeantur; notæ autem ex omnium commentariis præcipuæ tantum, & ad auctoris ſententiam maxime facientes, cum editoris obſervationibus permiſtæ adiiciantur. Vide *Acta erud.* A. 1707. 401. At de *Itinerario Britanniarum*, ſub Antonini nomine vagante, incertum eſt, cui ex Romanorum Auguſtis, an ulli ex his, tribuendum ſit. *Acta erud.* A. 1710. 94.

Mericus *Caſaubonus*, Iſaaci filius, natus Genevæ, Canonicus cantuarienſis, texuit Diatribam de Vſu verborum, (quæ forſan eſt liber ille, quem *Morhof.* Polyh. T. I. l. 4. c. 1. n. 5. de Ortu ſermonis appellat) item tractatum de Lingua hebræa græca, latina, & (anglo) ſaxonica, aliumque Pietatis titulo contra patrii nominis &

religionis hoſtes, defunctus A. 1671. æt. 71. quamquam in Epitaphio, male ſubducto calculo, referatur 75. *Magirus* 193. *König* 171. *Morhof.* Polyh. T. 1. l. 4. p. 27. T. 2. l. 2. Part. II. 299. Epiſtolæ & Tractatus eius rariores additi ſunt Epiſtolis Iſaaci, Roterodami editis A. 1709. f. de quibus vide *Acta erud.* A. 1710. 184. Vbi in epiſtola VI. graviter apud Gatakerum conqueritur, quod in Antonino acrius inſectatus ſit hallucinationes ſuas; quas tamen ante 20. iam annos correxerit.

Guil. *Xylander*, (*Holzmann*) auguſtanus, Heidelbergæ græcas litteras profeſſus, latine tranſtulit Plutarchi Parallela & libros Moralium, nec non Cedreni Hiſtoriam, Strabonis Geographiam, & Diophanti Arithmeticam, germanice Polybium, ſcripſitque commentar. in Homerum, libros Var. lectionum, & notas in Horatium, non ſolitus fere opus abſolvere prius, quam typographo traderet, fami, non famæ ſcribere exiſtimatus, atque obiit A. 1575. æt. 45. *König* 878. *Pope-Blount* 738. *Morhof.* Polyh. T. I. l. 4. p. 161. *Spizel.* Literat. feliciſſ. 22. M. *Adam.* Vit. philoſ. 291.

Sam. *Wardus*, anglus, eccleſiæ Magnæ Mundoniæ in comitatu hertfordienſi Paſtor, poſt S. Theol. D. Prof. Cantabrigiæ & Sidnei Præfectus, conſignavit Magnetis Reductorium theologicum tropologicum, in quo verus eius uſus monſtratur: Suffragium collegiale theologorum Magnæ Britanniæ de V. controverſis Remonſtrantium articulis: Concionem de gratia diſcriminante, multasque alias, laborum ac vitæ finem faciens A. 1643. *Witte* Diar. biograph. R r 4. & *Hyde* Catal. biblioth. Bodle. P. II. 248.

VI.

Sam. BOCHARTI Opera omnia. Lugduni Batav. 1692. II. volumina. Editio tertia, eaque præſtantiſſima, curata a Io. *Leusdenio*, & Petro *de Villemandy*. Hæc quoque accepi a liberali manu illuſtris Iac. Gul. *Imhofii*, qui, ut inſcriptio habet, *fautori ſuo antiqua & perſpecta virtutis fideique, eum tot ac tantis officiis, quibus omne privata amicitia munus abunde ſecum expleverat, dedicatione operum poſthumorum Saubertinorum, conſtantis amoris publicum ac illuſtre monumentum, tanquam ingentem cumulum adiecisset, grata & devinctæ mentis teſſeram repræſentaturus, chartaceo hoc munuſculo litavit, A.* 1693. *menſe undecimo.* In primo volumine exhibetur Geographia ſacra, quæ duas

duas habet partes, Phaleg & Canaan. Quibus acceſſere variæ diſſertationes, eo usque fere omnes ineditæ; in altero Hierozoicon. Geographia ſacra primum prodiit Cadomi A. 1651. f. recuſa Francofurti A. 1674. 4. Hierozoicon autem Londini 1663. f. denuo editum Francofurti A. 1675. in epitomen redactum, publicatumque Franequeræ A. 1690. 4. a Stephano M. *Verſei*, de quo vide *Acta erud.* A. 1691. 57. deque CL. V. Io. Henr. *Maio* ferebatur, eum quoque elegans Hierozoici huius Compendium adornare. Primæ parti præmiſſa ſunt ſequentia, 1. Præfatio de excellentia & uſu huius editionis. 2. Vita Bocharti, a Steph. *Morino* deſcripta, cum Diſſertatione de Paradiſo terreſtri p. 29. ad Bocharti mentem concinnata. Geographia ſacra, ut iam dictum eſt, divitur in Phaleg & Canaan. Phaleg conſtat IV. libris, in quorum primo diſſeritur de diviſione gentium; in ſecundo de Semi poſteris; in tertio de Iapheti poſteris; in quarto de Chami poſteris, & ſub eius finem explicatur caput X. Geneſeos: Canaan autem duobus, in quorum priore agitur de Phœnicum coloniis, in altero de lingua phœnicia & punica. Hiſce ſubiunctæ ſunt variæ partim diſſertationes, partim epiſtolæ, & quidem 1) Animadverſiones in *Stephani* byzantini de Vrbibus & populis Epitomen, cum additamentis Io. *Palmerii*, & Steph. *Morini* p. 791. 2) Geographiæ S. defenſio, contra Cl. *Salmaſium*. 827. 3) de ſerpente tentatore, quem verum & naturalem ſerpentem, a diabolo agitatum, fuiſſe autumat, & paradiſo terreſtri. 833. 4) de eodem, ad Gen. 3, 1. ſeqq. p. 835. 5. de linguæ chaldaicæ & ſyriacæ pronunciatione, & arabicæ utilitate. 853. 6) de CHRISTINÆ, Reginæ Sueciæ, humanitate, eruditione, & bibliotheca epiſtola. 855. 7) de verſionis ſyriacæ novitate, characterum ſamaritanorum cum græcis affinitate, *Onkeloſi* ævo, ſamaritanæ linguæ cum chaldaica cognatione, diluvii univerſalitate &c. 857. 8. Rurſus de verſionis ſyriacæ nouitate. 861. 9) de Tharæ annis, & Abrahami e Charan exceſſu, *Gen.* 11, 26. 32. & *Act.* 7. 4. p. 863. 10. An Dudaim ſint tubera, ut vult *Codurcus*, an mandragoræ, an aliud quid? ad Gen. 30, 14. p. 865. Primum negat; quidquid autem ſint Dudaim, eos ait eſſe odoratos, & quidem ita odoratos, ut eminus feriant ambulantium nares; refert etiam ex libro peruetuſto de cultu Nabathæorum, mandragora uſos eſſe homines ad divinationes & præſtigias. Eſt autem manca hæc diſſer-

ſertatio, neque ad finem perducta. 11) de manna, *Ex.* 16, 13. p. 871. Naturalem mannam eſſe genus quoddam roris, æſtivo tempore ante lucis ortum e cælo cadentis, & in gummi granula, vel alba, vel ſubrufa, concreſcentis; ſed mannam iſraëlitam fuiſſe ſupernaturalem, quippe quæ 1. tanta copia deciderit, ut centenis quindecim amplius hominum millibus unoquoque die alendis ſufficeret. 2. hiberna pariter atque æſtiva tempeſtate allapſa, corpus nullo alio adhibito cibo ſuſtentaret. 3. ad ſolem, inſtar vulgaris mannæ, liqueſcens, nihilo minus induraretur igne adeo, ut in mortario eſſet conterenda. 4. Cum cito putreſceret, ſi ad tertiam usque feriam ſervaretur, eius tamen corus pluribus ſeculis in arca ſteterit incorruptus. 12) epiſtola de voce talmudica כולכא *Colcha*, *Levit.* 19, 49. ſignificare videlicet conchylium auri ad inſtar fulvum, & lanuginoſum, in Colchorum orientalium regione natum, unde Imperatores quidam ſibi chlamydes conficiendas curarint. 880. 13) de *Abſalomi* capillis, 2. *Sam.* 14, 27. p. 882. Eos pendiſſe, quoties condendos curaret, tres libras & 2. uncias: niſi forte malis concedere, errorem eſſe in numero. 14) de *Naamanis* facto, 2. *Reg.* 5, 17. 18. 19. p. 892. Loqui enim de præterito, & precari, ut Dominus peccatum antehac commiſſum ſibi condonet. 15) In *Iobi* c. 3, 8. & cap. 38, 36. p. 902. 16) In *Pſ.* 110, 3. p. 904. 17) de כפר *Copher*, & שושנה *Schuſchannah*, ad *Cant.* 1, 14. & cap. 2, 1. 18. p. 916. Illud eſſe plantam aromaticum quid, maximeque odoratum ſpirantem, hanc lilium convallium. 18) de Kikaion, *Ion.* 4, 6. Eſſe ricinum, plantam lata habentem folia, & umbram facientem denſiſſimam. 19) de procreatione liberorum anno ætatis decimo, 2. *Reg.* 16, 20. & c. 18. 1. Non eſſe incredibilem, immo aliquoties contigiſſe. 20) de S. Scripturæ divinitate. 926. Quam probat inſitis argumentis, videlicet a Scripturæ maieſtate, myſteriis, quæ tradit, doctrinæ ſanctitate, eiusque veritate, propheticis prædictionibus, earumque impletione, antiquitate, & continua duratione. 21) de transportatione Chriſti in montem, templique pinnaculum, *Matth.* 4, 5. 6. 7. p. 942. Illam fuiſſe realem, non imaginariam, regnorumque oſtenſionem ſolum de apparente intelligendam. 22) de deſcenſu ad inferos qui eſt unus articulorum Symboli apoſtolici. p. 982. שאול ſignificare ſtatum mortis, & Chriſtum ad mortuorum usque ſtatum humiliatum,

eiu-

eiuſque animum in inferno fuiſſe, Act. 2, 27. ſed ibi non relictam, cum anima Davidis adhuc ſit in eo. 23) in *Rom.* 2, 14. p. 986. 24) de presbyteratu & epiſcopatu, provocatione a iudiciis eccleſiaſticis, & iure ac poteſtate Regum. 988. Aberrare a medio, cum qui presbyteralem, tum qui epiſcopalem ordinem iuris divini eſſe aſſerunt: parum referre, utrum ab epiſcopis, an a presbyteris gubernetur eccleſia, modo naviter & fideliter obeant munus ſuum, quicunque tandem ad clavum ſedeant: Apoſtolorum ætate, uti recte obſeruet *Hieronymus*, inter epiſcopos & presbyteros nihil fuiſſe diſcriminis, & communi presbyterorum conſilio eccleſias fuiſſe adminiſtratas. Provocationem ad magiſtratum politicum fieri poſſe, ſi magiſtratus eccleſiaſticus poteſtatis ſuæ limites transgreſſus ſit, aut iudicaverit de re, quæ partim eſt politica, ſive quæ pertinet ſolum ad externum eccleſiæ regimen. Tam clericos, quam laicos, & externum eccleſiæ regimen poteſtati Regum ſubeſſe, Regesque prorſus eſſe ἀνυπευθύνους, ſive legibus & examini non ſubiectos, ſed ſummæ auctoritatis, & a ſolo pendere Deo, nec eſſe fas, quidquid obtendatur, in vitam eorum vim facere. 25) de baptiſmo pro mortuis, 1. *Cor.* 15, 29. p. 1026. Eum fuiſſe baptiſmum vicarium, quo vivi pro mortuis baptizarentur: erroremque hunc iam introductum a Marcione, iuxta teſtimonium *Tertulliani* l. 5. contra Marcion. c. 10. 26) in 1. *Cor.* 14, 14. 15. p. 1034. 27) de inhabitatione plenitudinis divinitatis Chriſti, *Col.* 2, 9. & voluntate omnes homines ſervandi, 1. *Tim.* 2, 4. Illius ſenſum eſſe: totam perfectionem deitatis, immo Deum ipſum, iuxta eſſentiam ſuam, habitare in Chriſto; huius, Deum voluntate mandati, non autem decreti, omnes homines velle ſalvos, agique hic de paſtorum officio, quorum ſit, operam dare, ut omnes ſerventur, & ad cognitionem veritatis per miniſterium ſuum perveniant; poſſe etiam vocabulum *omnes* exponi de multis, vel de generibus ſingulorum, ſeu omnis generis & conditionis hominibus. 28) Examen libelli de antichriſto, 2. *Theſſ.* 2, 4. p. 1044. Eſt autem illius libelli auctor H. *Grotius*, vaticinium apoſtoli non, uti vulgo intelligunt, de Papa romano, ſed de Caio Caligula & Simone mago exponens. *Colomeſius* p. 241. Iac. *Sarravius* epiſtolam hanc vocat divinam, eoque rationum pondere & momento ſcriptam, ut nihil validius ſubti-

 lius-

liuſve poſſit in eo genere cogitari. 29) de Pliſtis, Iiar menſe, & *προσυχων* apud *Ioſeph.* Antiqq. l. 6. c. 5. p. 1050. *Pliſtos* fuiſſe hominum ſectam, & quidem ſacrorum, ſive apud Thracas, ſive apud Dacos, qui abſtinuerint ab uxoribus; *Iiar* eſſe menſem primum; & *προσυχων* idem eſſe ac *απαντησας*, & ſignificare *occurrens*, ſive *reſpondens*. 30) de erroribus G. *Hornii* in Obſervat. ad Sulpitium Severum. p. 1146. 31) de Aeneæ in Italiam adventu. 1150. Quem negat; ſed & refutatur a Theod. *Ryckio*, de quo Acta erudit. A. 1684. 489. 32) de Αμαζονων ασμασι, ſeu Amazonum cantilena, apud *Philoſtratum* in Apollonio l. 4. c. 6. Legi debere, Μαισωνων ασμα Mæſonum cantilena, i. e. fabulam vulgi fieri, & eius ſcommatibus obnoxium eſſe: *Meſon* enim megarenſis invenit perſonam, quæ coqui perſonam ſuſtineret in comoediis, & ſcommata atque dicteria erga alios evomeret: unde coqui urbani *Meſones* appellabantur, ruſtici *tettiges*. p. 1178. 33) Obſervationes & notæ in *Sant-Amantii* poëma, *Moſes Servatus* inſcriptum. 1182. 34) Notæ in *Luciani*, caphargamalenſis presbyteri, ſcriptum de inventis D. Stephani protomartyris reliquiis. 1229. Quod ſuppoſititium eſſe, multis probat argumentis. 35) Notæ in Eccleſiæ gallicanæ decreta in iudæos ſancita. 1243. Extare illa apud Laurent. *Bochellum* Decretor. eccl. gallic. lib. I. tit. 13. cap. 23. 24. huncque eorum eſſe ſenſum: Neque uvas a Iudæis ad vini expreſſionem calcatas ad cibum vel potum aſſervandas, neque femora boum, arietum, hoedorum a iudæis emenda eſſe eo, quod crederentur utriſque, odio adverſus chriſtianos, immingere. 36) Epiſtolæ variis de rebus. 1249. 37) Iuveniles luſus poëtici, p. 1255. 1. in diſceſſum *Fabricii*, V. D. præconis, 2. in nuptias Iac. *Cappelli*, 3. in Io. *Smith*, præceptorem ſuum. 38) de Ant. *Goſſelini* veterum Gallorum hiſtoria Iudicium. 1265.

In Tomo II. continetur Hierozoicon, ſive deſcriptio animalium S. Scripturæ. Hanc de animalibus materiam tractarunt etiam alii, ut *Ariſtoteles*, *Aelianus*, Vlyſſ. *Aldrovandus*, Conr. *Geſnerus*, Caſp. *Schwenckfeld*, & Wolffg. *Franzius*, cum Io. *Cypriani* continuatione. Prius opus, videlicet Geographia ſacra, a *Pocokio* & *Sarravio* vocatur eruditiſſimum; a Lud. *Molinaeo*, ſcriptum prodigioſæ eruditionis; a Tannegu. *Fabro* & *Ouzelio* admirandum; ab Adamo *Oleario* incomparabile; atque a Rich. *Simonio* Hiſt. crit. V. T. l 3. c. 17.

c. 17. p. 455. præfertur *Ariæ* Montani tractatui, quem itidem inſcripſit Phaleg & Canaan: alterum vero, quod eſt Hierozoicon, a *Colomeſio* p. 639. admirandum; a *Crenio* exercit. I. de libris ſcript. opt. p. 34. eruditius, emendatius & utilius, quam Phaleg; a Collectoribus *Actor. erud.* A. 1688. p. 265. multo accuratius & exquiſitius, quam Franzianum; atque a *Menagio* in Origin. 282. omnium, quæ noſtris temporibus prodiere, doctiſſimum, quodque pluris æſtimet, quam verſibus ſuis laudaverit; utrumque, ſi *Morhofium* audimus Polyh. T. I. lib. 5. c. 1. n. 11. criticis obſervationibus abundans. Vide *Colomeſium* p. 137. & ſeqq. ubi loca priorum auctorum ipſa reperies. Antequam vero ad alia pergamus, lubet iuvatque indicare chartas ſeu tabulas geographicas, quæ in priore huius operis volumine continentur. Suntque ſequentes: 1. Edenis ſeu paradiſi terreſtris ſitus. p. 9. Diſſertationis de paradiſo terreſtri. 2. Deſcriptio terrarum, in quas diſperſi ſunt ſtructores turris Babel. p. 1. 3) Syria, & Aegypti Delta. 74. 4. Meſopotamia cum parte Babyloniæ. 78. 5. Tabula univerſalis locorum, quæ Phœnicum navigationibus maxime frequentata ſunt, a Taprobana Thulen usque. 346. 6. Cilicia & Cyprus. 354. 7. Aegæi maris inſulæ cum parte aliqua Græciæ & Aſiæ minoris. 362. 8. Coa & Chios inſulæ. 374. 9. Italiæ pars cum vicinis hinc inde inſulis, & Africæ parte oppoſita. 461. 10. Sicilia. 506. 11. Bæticæ partis uberior deſcriptio. 598. 12. Hiſpania, & Africæ pars occidentalis. 618. 13. Taprobona inſula. 693.

Tomo I. lib. III. Phal. c. 5. p. 160. Si in כתים *Chittim mem finale* dixeris notam eſſe pluralis numeri, *nec ad radicem pertinere*, hoc tibi probandum incumbet contra Aben-Ezram.

Lib. IV. c. 19. p. 241. Aſſyria & Atyria vel Aturia ſola dialecto differunt. — Inde בתן Batan (*Batanæa*) *pro* בשן *Baſan.*

Lib. IV. c. 32. p. 290. *Caphthor eſſe Cappadociam*, & Caphthoræos Cappadoces. Et p. 291. כתים venit a כת, græcarum ex Eliſcha, Iavanis filio, propagatarum gentium nomen. *Keth* autem ſonat contuſionem, & Kitthæi a contuſione nomen ſortiti ſunt. Matth. *Hiller* Onom. S. 62.

Baſan, regio omnium palæſtinarum maxime felix & frugifera, *non confundenda cum ſterili Batanæa* Arabiæ deſertæ. *Id.* 761.

An primi homines, quorum opes pecoribus conſtabant, tantum auro inhiarint, ut eam ſolam ob ratio-

Caſſuchi & Caphthoræi e patrio (Aegypti) ſolo in *Colchidem ſeceſſerint auri, argenti, & ferri opibus*, quas illa fert regio, *illecti*.

tionem patriam relinquerent? Io. Phil. *Heinius* in Obſervat. SS. (Tomo II. Conlect. libror. rar. 29.

Lib. IV. c. 38. p. 314. Bohemiæ Rex eſt *primus Electorum*.

Nævus hic Bocharti, ex ignorantia publici, quo Germani utimur, iuris profectus eſt. I.C. *Wagenſeil* in Theſib. miſcellan. & confuſan. th. V. p. 6. Confer tamen eiusdem theſin X.

In Canaan l. 2. c. 2. p. 710. Ibidem (apud Philonem Byblium, græcum Sanchoniathonis interpretem) habetur res plane ridicula: *ευρεν αεροπετη αστερα, ον και ανελομενη, εν Τυρω τη αγια νησω αφιερωσε*, reperit ſtellam ex aëre delapſam, quam *interfectam* in Tyro ſacra inſula conſecravit. Quid fingi poteſt abſurdius, quam ut ſtella volans mactetur & conſecretur? — Itaque aliter legendum, nimirum: *Ευρεν αεροπέτη (αεροπετῆ) αστεριαν*, invenit *aſteriam* (id eſt, certi generis aquilam) ex aëre delapſam, aut *in aëre volantem*, qua *mactata* in Tyro ſacra inſula eam conſecravit.

Verba, prout ab *Euſebio* referuntur, *Ευρεν αεροπετῆ αστερα* &c. Sic ſunt vertenda: Reperit *ſtellam* ex aëre delapſam, quam *capiens*, in ſacra inſula apud Tyrum conſecravit. Paul. *Colomeſius* in Obſervat. ad Gyraldi dial. de poëtis p. 79. (*Act. erud.* A. 1696. 231.)

P. 1247. Apud *Buxtorfium* Synag. iud. *cap.* 27. legitur de coxis animalium, iudæos ab iis abſtinere.

Legitur in *cap.* 36. p. 617.

Hierozoici P. I. l. 2. c. 31. p. 303. Proinde Homerus *Iliad* X. proco-

Scribendum: *Odyſſ.* χ'. v. 472. *Cremius* Animadv. P. XIV. 102.

rum

rum pellices, quorum Δειρησιν βρεχοι ησαν οπως οικτιστα θανοιεν, collis laquei erant, ut miſerrime morerentur, cum turdis & palumbis confert, qui laqueo implicati ſunt, collo nimirum adſtricti.

Cap. 33. p. 324. Plura huius generis vide in doctiſſimo clar. *Dilherri tractatu de κακοζηλια Gentilium*, ex quo ingenue agnoſco me non pauca didiciſſe.

Ille tractatus ſeu diſputatio non eſt Dilherri, ſed Io. *Fabricii*, parentis mei, qui eam ſuo Marte conſcriptam, ſub illius moderamine Ienæ more academico habuit atque defendit. Quod & Io. Conr. *Dürrius* obſervavit in Memoria parentis mei p. 11.

Cap. 34. p. 335. 1. Cur (Aaron *Exod.* 32,4.) vitulum cælo *formaſſe* dicatur, *quem fuſione iam formatum* ſolum expolivit? 2. Cur *ordine præpoſtero* hæc referantur, Et formavit illud cælo, & fecit ex illo vitulum fuſilem? 3. *Quis Aaronem edocuerit artem* auri cælo expoliendi, vel lævigandi? 4. Cum homini haud dubie harum rerum rudi multo tempore opus fuerit ad ſtatuam hanc lævigandam, quomodo *poſtridie fuſionis* feſtum indixerit in idoli huius honorem celebrandum?

Reſpond. ad 1. Cum in typo craſſius eſſet formatus vitulus, neceſſe fuit ſcalpro vel *ſtilo metallum accuratius fingi*. Ad 2. Verba cum *Tremellio* & *Iunio* ſic ſunt reddenda: Qui acceptum e manu eorum formavit illud cælo, *quum feciſſet* ex eo vitulum fuſilem. Ad 3. *Hoc difficilius non eſt, quam typum conficere vituli, aut alia opificia*, quæ poſtea, iubente Moſe, ab Iſraelitis facta ſunt. Et ſine cauſſa adſumitur, Aaronem artis ſtatuariæ imperitum fuiſſe, ſuisque ipſum manibus ſimulacrum effinxiſſe: *potuit* enim *hoc aliis demandare*. Ad 4. Moſes nusquam dicit, poſtridie fuſionis indictum eſſe feſtum, ſed *poſtridie eius diei, quo*

Digitized by Google

Aaron vituli ſimularum Iſraëlitarum oculis expoſuerat. Io. *Clericus* in Ex. 32, 4.

Cap. 56. p. 682. Sed veteres hiſtorias replicare nihil opus eſt, cum *hodie Lutetia Pariſiorum vivat canis*, qui domini in S. Innocentii coemeterio ſepulti *tumulo iam pene triennium incubuit*, nec ullis inde blanditiis abduci potuit.

Fabula hæc eſt, ſæpius eadem in urbe recocta & repetita, qua dolendum eſt virum ſummum ſibi imponi paſſum eſſe. I. C. *Wagenſeil* in Sota p. 87.

Lib. III. c. 4. p. 753. Thimnatha opppidum fuit in Dan. Ioſ. 19, 43. *diverſum a Thimna* in tribu Iudæ, *Iud.* 14, 1. c. 15, 10. de altero enim dicitur, eo *aſcendi*, de altero, eo *deſcendi*.

Thimna eſt unica, & quidem apud Danitas. *Aſcendere* autem & *deſcendere* promiſcue ſumuntur *pro proficiſci*. Io. *Clericus* in Iud. 14, 1.

P. II. Lib. II. c. 12. p. 213. Quid? quod ex verbis hebræis Gen. 8, 7. prout hodie leguntur, *Exiit exeundo & redeundo, donec aqua exaruiſſent*, non facile ſit ſe expedire. —— Itaque non diſplicet græca lectio: (εξελθων ϗκ ανεςρεψεν, non reverſus eſt, εως τϗ ξηρανθηναι το υδωρ, donec aquæ exaruiſſent) quæ non laborat his incommodis.

Verba, *egrediendo & redeundo*, denotant, corvum ex arca emiſſum, *in eam rediiſſe*. Thom. *Crenius* Animadverſ. P. XIV. 105.

Cap. XVI. p. 244. Claudianus in *Rufinum* libro primo.

Claudianus in *Eutropium* libro I. v. 109. *Cren.* l. c. p. 102.

Ibidem: Propertius libri ſecundi elegia *ad Demophoontem*.

Elegia XXIV. 11. quæ eſt de *Cynthia* in Aemulum. *Cren.* ibid.

Lib. IV. c. 29. p. 644. Pro *μαραννα voce nihili* reſcribendum *μαραγνα*.

Vocabulum *Μαραννα non eſſe vocem nihili*, patet ex Aeſchylo, & Heſychio, quorum hic utrumque vocabulum coniunxit. *Cren.* l. c. 103.

Lib.

Lib. IV. cap. 5. p. 679. Si quæratur ratio nominis, (ברלח) reſpondebo, vel vocem eſſe peregrinam, ut pleraſque quadratas, vel Cheth haberi loco He, cum ob figuræ, tum ob ſoni affinitatem. —— . Hoc ſi dederis, aut finale Cheth eſſe paragogicum, deducetur ברלח *Bdolach a verbo* ברל *badal*, quod ſeparare, & ſegregare ſignificat.

Satis eſt, ad uſum communem conſervandum, *in numero radicalium iſtas literas relinquere*, quam ob unicum & leve aliquod officium, totum hunc turbare ordinem, in themate inveſtigando alias haud parum conducibilem. I. A. *Danz* in Literatore ebr. chald. p. 34.

Sam. *Bochartus*, rotomagenſis, Lud. *Cappelli*, Thomæ *Erpenii*, Io. *Cameronis* & Iobi *Ludolphi* diſcipulus, miniſter apud Cadomenſes, linguarum orientalium, & ipſius etiam punicæ peritiſſimus, inter nobiles doctiſſimus, & inter doctos nobiliſſimus, nihilo tamen minus adeo modeſtus, ut commiſſos in ſcriptis errores publice confiteretur, mortalem vitam depoſuit loquens in cadomenſis academiæ conſeſſu A. 1667. æt. 68. Io. Fr. *Saraſinus* eum appellat omnium litteratiſſimum, Mericus *Caſaubonus* divini virum ingenii, Iac. *Sarravius* omnigenæ doctrinæ virum, quique maius ab ampliſſimo Hier. *Bignonio* teſtimonium habeat, affirmante, Scaligerum, Druſium & Fullerum præ eo ineptire, Lud. *Molinæus* virum eruditione longe eminentiſſimum, & Nic. *Heinſius* virum ſummum. Vide iterum *Colomeſ*. 237. & ſeqq. eique adde *Magirum* 137. *Pope-Blount* 1036. *Huet.* præfat. Diſſert. de paradiſo terr. 4. *Spizel.* Infel. liter. 916. *Biblioth. Schrader.* P. I. O. 4. Ioach. *Lange* Medic. ment. 105. M. I. H. id eſt, M. Io. *Hübnerum* in præf. Brevium qq. ex Geographia S.)(4. *Schurzfleiſch* Epp. arcan. P. II. 228. *Clerici* Biblioth. choiſ. T. II. 309. *Acta erud.* A. 1693. 97. & *Bibliothecar.* n. p. adđict. P. I. 295. Rich. *Simon* autem Hiſt. crit. V. T. l. 3. c. 20. eum eruditione potius, quam iudicio valere iudicat, optans, ut duo eius opera (quod quidem in altero iam factum) in compendium redigerentur, iis tantum retentis, quæ ad librorum ſacrorum intelligentiam conferre poſſunt.

VII.

Sim. EPISCOPII Opera theologica. Editio ſecunda. Londini 1678. (prior enim prodierat Amſtelodami Anno 1675. e typographeo Io. *Blaeu*, eſtque hodie rarior, quoniam maxima pars exemplarium incendio periit) &, quod ad alterum volumen attinet, Goudæ 1665. In primo volumine (cui Steph. *Curcellaeus* præfationem præmiſit, in qua agit de vita & ſcriptis Epiſcopii, de ſummo controverſiarum theol. iudice, de quæſtionibus quibusdam non neceſſariis, de terminis & phraſibus, quæ aliter ac in ſcriptura uſurpantur, & in ſpecie de vocabulis *Perſona* & ὁμοούσιος) continentur 1) Inſtitutiones theol. In collegio quodam privato quibusdam ſtudioſis dictatæ, ſed ad finem non perductæ. Harum ſcopus eſt pax & concordia eccleſiaſtica. 2) Conciones II. de cauſis incredulitatis Iudæorum, e belgico ab auctore verſæ. 3) Reſponſio ad Qq. theol. LXIV. Etiam dictatæ privato in collegio. Tractatus de magiſtratu, an homini chriſtiano eum liceat gerere? In quo auctor affirmativam tenet. 5) Reſponſio ad II. Petri *Waddingi* ieſuitæ epiſtolas, unam de Regula fidei, alteram de cultu imaginum. Scripta Antverpiæ in exilio. 6) Labyrinthus ſiue circulus pontificius. A diſcipulo quodam Epiſcopii latine translatus. 7) Reſponſio ad dilemmata X. pontificii alicuius doctoris. Ab alio eius diſcipulo in latinam verſa linguam. 8) Examen theſium Iac. *Cappelli* de Controverſiis, quæ Fœderatum Belgium vexant. Et Satius ne fuerit, doctrinam Arminii tolerari, quam damnari? 9) Tractatus de libero arbitrio. 10) Examen ſententiæ Io. *Cameronis* de Gratia Dei & libero hominis arbitrio. 11) Reſponſio ad defenſionem Io. *Cameronis*, quam oppoſuit Examini ſententiæ ſuæ. 12) Iudicium de controverſia, quodnam ſit ordinarium converſionis medium, verbum ne externum, an vero internum. Hoc ſcriptum ipſe auctor latinitate donavit. 13) Reſponſio ad II. epiſtolas Io. *Beverovicii*, Scabini & Medici dordrechtani, de vitæ termino, fatalisne is ſit, an mobilis. Auctor poſteriorem ſententiam amplectitur, videlicet, terminum vitæ vel virtute noſtra produci, vel vitio noſtro adduci, aliave aliqua ex cauſſa accelerari aut protelari poſſe. 14) Paraphraſis & obſervationes in c. 8. 9. 10. 11. epiſtolæ ad Rom. In ſecundi voluminis Parte I. 1) Notæ breves in XXIV. priora Capita

pita *Matthæi.* Hoc opus interruptum fuit citatione ad Synodum dordracenam. 2) Oratiuncula, cum ad Synodum dordracenam evocatus diſcederet. 3) Lectiones SS. in *I. epiſtolam Iohannis*. 4) Lectiones SS. in 2. & 3. caput *Apocal.* 5) Oratio, an philoſophiæ ſtudium neceſſarium ſit theologiæ candidato? Quod affirmat, intelligens per Philoſophiam veri indagatricem & affectuum moderatricem, non vero vanam & rixoſam Scholaſticorum aliorumque ineptientium vetulam. 6) Oratio de optima regni Chriſti extructione. 7) Præfatio in explicationem *I. epiſtolæ Iohannis*. 8) Præfatio in N. Tti brevem interpretationem, de lectione Scripturæ. In parte II. 1) Oratio, habita in Synodo dordracena. In *Epp. Eccleſiaſt.* præſtant viror. p. 518. dicitur oratio hæc nervoſa, pathetica, referta ſententiis, & latiniſſima. 2) Synodi dordracenæ in Remonſtrantes crudelis iniquitas. 3) Antidotum, ſive genuina Declaratio ſententiæ Synodi dordracenæ. 4) *Bodecherus* ineptiens, ſive Defenſio Confeſſionis Remonſtrant. a *ſocinismo*. 5) Diſputatio A. *Walæi* de IV. controverſis Remonſtrantium articulis, nec non eius Examen. 6) Confeſſio ſiue Declaratio fidei Remonſtrantium. Scripta Antverpiæ in exilio. 7) Apologia per Confeſſione Remonſtrantium, contra Cenſuram IV. *Profeſſorum leydenſium*. Apologiæ illius refutationem ſuſcepit Fran. *Iunius*, Sylvæ-Ducenſis paſtor: ſed ea non plene Walæo ſatisfecit, cumulate vero Iac. *Triglandius*, uti refert. *Crenius* Animadverſ. P. XV. 117. 8) Reſponſio ad ſpecimen calumniarum ex Remonſtrantium Apologia excerptarum. 9) *Vedelius* rhapſodus, ſiue Vindiciæ doctrinæ Remonſtrantium. 10) Diſpp. theologicæ tripartitæ. 11) Optima (ſcilicet) fides Feſti *Hommii* in citatione theſium Epiſcopii. 12) Dan. *Brenii* Examen tractatus Epiſcopii de Magiſtratu, cum Reſponſione Epiſcopii. 13) Verus theologus remonſtrans Falſo theologo remonſtranti, gallice & belgice in lucem edito, oppoſitus, & e belgico in latinam linguam translatus. Aſſeritur in hoc tractatu, alios in obſcura & difficili quæſtione (qualis, iuxta Remonſtrantes, eſt illa de SS. Trinitatis myſterio) a vero diſſentientes, iudicio noſtro non eſſe opprimendos aut damnandos, ſi ceteroqui ſcripturam ac pietatem in veneratione habeant. Præfatio huic præmiſſa volumini eſt Arn. *Poelenburghii*, in eaque agit de remonſtrantiſmi initiis, optimæque religionis ſignis, & Epiſcopium atque Curcellæum defendit. Sub-

 iun-

iungitur Philippi *a Limborch* Admonitio, in qua de ſcriptis, quæ in hoc volumine continentur, diſſeritur.

Volum. I. Part. I. p. 333. Certum eſt, Perſonis tribus divinis divinitatem divinasque perfectiones tribui non collateraliter aut coordinate, ſed *ſubordinate:* ita ut Pater ſolus unam iſtam divinam & perfectiones iſtas divinas a ſe habeat, ſiue a nullo alio, Filius autem & Spiritus S. a Patre; ac proinde Pater diuinitatis omnis, quæ in Filio & Spiritu S. eſt, fons ac principium ſit.

Originis quidem *& naturalis enumerationis ordinem* inter perſonas ſemper agnovit Eccleſia: ſubordinationem vero reiicimus. Paul. *Heigel* in diſp. inaugur. Theſium theolog. §. 12.

In Apolog. Confeſſ. Remonſtrant. (volum. II. part. II.) p. 236. *Zuvinglius optimus huius caeremoniae doctor.*

Inepte, ne quid gravius dicam, ſic appellatur. Gul. *Forbeſ.* 372.

Ibid. Communio cum phyſica corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti ſubſtantia *periculoſum & abſurdum commentum eſt.*

Qui *ſic abiecte de hoc auguſtiſſimo ſacramento ſentiunt*, ut hi aliique hodierni novatores, eos non mirum nihil in eo reperire, quod mirentur. *Forbeſ.* l. c.

Sim. *Epiſcopius*, amſtelodamenſis, *Gomari*, *Trelcatii* & Iac. *Arminii* diſcipulus, Sibrando autem *Lubberto* ob acriores oppoſitiones in diſputatione quadam factas inviſus, primum eccleſiæ blysvicenſi in terra Roterodamenſium præfectus, deinde Leydæ in Fr. Gomari locum A. 1614. ſuffectus, cum Arminianis autem a Synodo dordracena & ipſe expulſus, in Brabantiam abiit, ac poſtea Lutetiam Pariſiorum. Vbi autem perſecutionum æſtus deferbuiſſet in patria, A. 1626. Roterodamum rediit, ut eccleſiæ Remonſtrantium recolligendæ operam daret, & A. 1634. Amſtelodamum migrauit, ut Remonſtrantium Seminario præeſſet, ibique A. 1643. ætatis 60. placide obdormiuit. Phil. *a Limborch* in Hiſt. vitæ eius, quæ primum belgice, deinde latine prodiit, *König* 276. *Arnold* P. II.

II. lib. XVII. c. 8. §. 10. *Benthem* de Statu eccl. & ſchol. holland. P. II. 352. Inter adverſarios Epiſcopii numerandus etiam eſt G. *Bullus*, qui contra eum edidit Iudicium eccl. cathol. de quo *Acta erud.* A. 1697. 504. Plura de Epiſcopio dabunt Rich. *Simon* Hiſt. crit. N. T. tomo III. c. 54. *Sorberiana* 81. *Conringiana* 24. *Geſſelius* de ſimplicit. fid. chriſt. 118. Galen. *Abrahami* Apolog. 78. *Hartſoeker* & *Limborch* præf. in Epp. præſt. vir. *4. *Mabillon* apud Clericum Biblioth. choiſ. T. XX. 248. & *Crenius* Animadverſ. P. II. 127. A *Boineburgio* in Epp. p. 124. vocatur Arminianorum longe doctiſſimus.

IIX.

Steph. CVRCELÆI Opera theologica. Amſtelodami 1675. Sunt autem ſequentia: 1) Religionis chriſtianæ inſtitutio. Quam morte præventus non abſoluit. 2) Tractatus de eccleſia Ieſu Chriſti. 3) Vindiciæ, quibus ſententia D. *Arminii* de iure Dei in creaturas innocentes defenditur adverſus Moſ. *Amyraldum*, aſſeriturque, illud æquitatis limen non tranſcendere. 4) Præfatio in opera Sim. *Epiſcopii*. 5) Quaternio Diſſertationum theolog. adverſus Sam. *Mareſium*, videlicit 1. de vocibus *Trinitas*, *Hypoſtaſis*, *Perſona*, ὁμοούσιος *homouſios*, & ſimilibus; cum Appendice de ſenſu, quo veteres Patrem, Filium & Spiritum S. unum eſſe Deum dixerint, & ὁμοούσιους inter ſe eſſe docuerint, ex *Petavii* Theolog. dogmat. Tom. II. lib. VI. c. 9. & epiſtola Iac. *Arminii* ad Io. Vytenbogardum, in qua diſputatur, an Ieſus Chriſtus recte dicatur αὐτόθεος, i. e. a ſe ipſo Deus. 2. de peccato originis. 3. de neceſſitate cognitionis Chriſti ad ſalutem. 4. de hominis per fidem & bona opera coram Deo iuſtificatione. 6) Diatriba de eſu ſanguinis. In qua ſtatuit, ſanguinis eſum Chriſtianis non eſſe licitum. 7) Synopſis Ethices. 8) Epiſtolæ V. Hiſce operibus præmittuntur Phil. *a Limborgh* Præfatio, & Arn. *Poelenburghii* Oratio poſt funus Curcellæi habita, in quibus agitur de vita, dotibus, & ſcriptis auctoris. In lib. VI. c. 12. p. 397. mentio fit *celebris in eccleſia doctoris*. Is eſt S. *Auguſtinus*, cuius verba allegata reperiuntur tract. 81. in Ioannem, T. IX. 96. & lib. 2. contra II. Epp. Pelagianor. c. 8. T. VII. 192.

Pag. 227. *In magis iſtis*, quos Deus per novam ſtellam invitavit, ut Ieſum in cunis adhuc iacentem adoratum venirent, *typum habemus eximium vocationis gentium* ad cognitionem Dei per euangelium.

Si non fuerunt *iudai*. Quod CL. V. Herm. *von der Hardt* ſibi demonſtrandum ſumit in Syria græca p. 74.

P. 249. Vox hebræa שאול *Schol*, *proprie ſignificat ſepulcrum*. Confer p. 824.

Nusquam. M. S. *Grabe* in Append. apol. ad Regii Form. caute loq. 189.

P. 273. Quædam tamen circumſtantiæ (textus *Deut.* 18, 15.) requirunt, ut de *Meſſia præcipue & ſingulariter* intelligatur.

Bene, ſi intelligatur *in ſenſu myſtico*. *Fagius*, *Vatablus*, *Grotius*, Corn. *a Lapide*, *Hackſpan* in h. l.

P. 494. In doctrina de ſatisfactione, Pontificiorum mens eſt, Deum ſtrictam *& rigidam compenſationem* a pœnitentibus requirere.

Illi vero *non proprie & ſtricte* vocabulum illud uſurpant, ceu videre licet ex Andr. *Fabricii* Catech. rom. p. 367.

Ibid. Falluntur ii, qui putant opus eſſe *purgatorio aliquo igne*.

Boſſuetus in Expoſ. doctr. chriſt. p. 37. ne *ignem* quidem nominat. Neque etiam de fide eſt, *qualis* ſit ignis purgatorii, verusne & proprius, eiusdemque cum elementari ſpeciei. Auctor *Compendii Veron.* 37. *Walenburchii* T. II. 8.

P. 515. Indices expurgatorii *ex Concilii trident. præſcripto* ab Inquiſitionis magiſtris ſunt confecti: *ita ut Concilio illi tribui iure poſſit*, quod iſti faciunt.

Negatur. Lud. El. *Du Pin* differt. prælim. 255.

P. 635. Verba interdicti (de plagio, & venditione hominis abrepti) Ex. 21, 16. ſunt generaliora, & omne plagii genus comprehendunt, nec reſtrin-

At confer locum *Deut.* 24, 7. *ubi reſtringitur* hoc interdictum ad fratres ſeu Iſraëlitas. *Franz.* de Interpr. Scr. 516.

gere

gere licet, *ubi nulla reſtrictione* (Scriptura) *utitur.*	
P. 668. *Eccleſiam inviſibilem* (Pontificii) *non agnoſcunt.*	*Negatur a Walenburchiis* Tom.II. 64.
P. 925. Nam quod ad prius, *nec* obſtetrices ægyptiacas, *nec* Rahabam, *nec* Ninivitas in Chriſtum crediditſe, *ulla* cum ſpecie affirmatur.	Dicere voluit: — *vel* obſtetrices æg. *vel* Rahabam, *vel* Niniv. in Chriſtum credidiſſe, *nulla* cum ſpecie affirmatur.
P. 1024. Pontificii *preces ad imagines* dirigunt.	Non ad imagines, ſed *ad eos, quos illæ repreſentant.* Sicut patet ex verbis Synodi nicænæ ſecundæ, & moguntinæ, eadem in pagina a *Curcellæo* alligatis.

Steph. *Curcellæus*, genevenſis, oriundus e Gallia, primum paſtor reformatæ eccleſiæ in Gallia, ſed ob Arminii ſententias, quas ſequebatur, bis a munere depoſitus, correctorem librorum egit Amſtelodami apud Blavium, donec ibidem a Remonſtrantibus in locum Epiſcopii aſſumeretur: quo munere præclare functus eſt, qua docendo, qua diſputando cum adverſariis, qui erant *Molinæus*, *Amyraldus*, *Mareſius*, usque ad A. 1659. quo ad plures abiit, cum annum ageret 73. *Amyraldus* de myſterio Trinit. 410. itemque *Mareſius*, & *Heideggerus* de Libert. a lege cibaria vet. p.9. & *Calovius* in dedicat. Harmoniæ)(ſocinifmi eum accuſant; ſed iuxta cum *Epiſcopio* contra accuſationem iſtam defendit *Geſſelius* de ſimplicit. fid. chriſt. 118. Videatur & ipſe hiſce in operibus p. 813. 878. 924. nec non *Strimeſ.* in Vertheidig. des theol. Vnterrichts vom Kirchenfriede p. 2. *Cren.* Animadverſ. P. II. 129. Galen. *Abrahami* in Apol. 81. Auctorem hunc de Io. *Kargio* in doctrina de Iuſtificat. falſum aſſerere, perhibet *Siricius* in corollar. III. diſſertat. de Carolſtadio. Sed ubi? Nos autem alia hic notabimus. *Fuit ipſi*, ut *Hartſoeker* & *Limborch* præfat. in Epp. præſt. viror. teſtantur, *mens erudita, & cum multiiuga eruditione certabant candor ac pietas, geſſitque pectus omni virtutum genere munitum, pacis libertatisque ſtudioſus, ſtudioſiſſimus autem piæ veritatis.*

 IX.Caſp.

Digitized by Google

IX.

Caſp. SCHWENCKFELDII Prima Pars ſcriptorum, quæ exaravit ab anno 1524. usque ad 62. Sunt autem hæc, ut & reliqua eius omnia, germanico idiomate concepta. Et iſta Pars prodiit A. 1564. Nec ſecuta eſt, quantum mihi quidem conſtat, alia. Scripta autem in prima Parte exſtantia ſunt dogmatica, numero XXIV. videlicet 1) Confeſſio & ratio præcipuorum capitum chriſtianæ fidei. p. 1. 2) Ratio vocationis ſuæ & doctrinæ. 54. 3) Epiſtola de fide & agnitione S. Trinitatis. 63. 4) Exhortatio ad veram & ſalvificam Chriſti agnitionem. 77. 5) Confeſſio & expoſitio agnitionis Chriſti & divinæ eius maieſtatis. 224. 6) de euangelio eiusque abuſu. 339. 7) de peccato & gratia, Adamo & Chriſto. 448. 8) Epiſtola de iuſtificatione hominis peccatoris. 482. 9) de divina filiatione & gloria integri filii Dei I. C. 486. 10) Teſtimonia ex N. T. de divina maieſtate Chriſti & eius carnis. 499. 11) Epiſtola de ſalvifica agnitione Chriſti, duabus in ipſo naturis, & præcipue gloria carnis Chriſti. 510. 12) Summarium de duplici ſtatu, officio & agnitione Chriſti ſecundum carnem, & ſecundum Spiritum. 523. 13) Tres epiſtolæ de agnitione Chriſti tam in cruce, quam in maieſtate. 531. 14) de æterna dei ſubſtantia, & quantum a creata ſubſtantia creaturarum differat. 551. 15) Catechiſmus de verbo crucis, & de diſcrimine verbi, Spiritus & literæ. 563. 16) Theologia germanica, de Chriſto & doctrina pietatis. 593. 17) de triplici vita hominis, (Carnali & brutali, Rationali & honeſta, Chriſtiana & pia) & quæ nam ſit vera chriſtiana vita. 650. 18) de pugna chriſtianorum. 735. 19) Summarium de chriſtiano certamine, & de conſcientia. 779. 20) de cæleſti medicina Chriſti pro miſero perditoque homine. 796. 21) de chriſtiano homine, eiusque natura & origine. 873. 22) de remiſſione peccatorum. 920. 23) de libertate fidei, chriſtianæ doctrinæ, iudicii & conſcientiæ. 960. 24) Brevis confeſſio de Chriſto filio Dei, & ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti, addita proteſtatione contra omnes errores. 968. Hiſce ſcriptis præmiſſa eſt Præfatio, continens iudicium de auctoris doctrina, & contenta librorum eius, negaturque in ea, ipſum fuiſſe hoſtem miniſterii eccleſiaſtici & humanitatis Chriſti.

X. EIVS-

X.

EIVSDEM Epiſtolæ. vol. III. Prima Pars prodiit A. 1566. continens epiſtolas ab anno 1525. usque ad annum 1555. ſcriptas. Secundæ partis Partes duæ, ſunt editæ A. 1570. Quo pertinent adhuc duæ aliæ. Conſtat quippe ſecunda pars IV. aliis partibus, quarum prima contra Pontificios, ſecunda contra Lutheranos, tertia contra Zwinglianos & Calvinianos, quarta contra Anabaptiſtas epiſtolas ab A. 1525. usque ad 61. ſcriptas continet. In hac ſecunda Parte reperiuntur etiam epiſtolæ quædam Valentini *Crautwvaldi.* Præfationi ſubiunguntur cauſſæ, cur Schwenckfeldii epiſtolæ & ſcripta iam edantur. Tum ſequitur Index, quem excipit Summarium de abſtinenti a S. cœna.

Caſp. *Schwvenckfeld* ab Oſſing, nobilis ſileſius, dogmata ſua primum in patria, deinde vero, poſtquam inde eiectus erat, in Franconia, Suevia & Alſatia ſparſit, a *Luthero*, *Melanchthone* & aliis, propter illorum, ut caſaubantur, fœtorem, dictus *Stenckfeldius*, atque a variis theologis, publicisque iudiciis refutatus, diem ſupremum obiit A. 1561. æt. 71. *Micræl* Syntagm. hiſt. eccl 798. 859. *Schluſſelburg.* Catalog. hæret. lib. V. p. 47. 50. *Hoornbeeck* Summ. controv. l. 6. p. 438. *Arnold* K. und K. H. l. XVI. c. 20. Fertur ſcripſiſſe, ait *Friſius* in Epit. Biblioth. geſner. 259. ſupra 80. libros germanica lingua, e quibus XXIV. uno volumine ſunt editi. Cum multæ ei tribuantur ſententiæ, quæ non ita facile poſſint ex ipſius ſcriptis probari, iuvabit ante oculos habere eius Doctrinam & Confeſſionem, quæ quidem hæc fuit, atque in principio huius voluminis legitur: 1. Quod Ieſus Chriſtus promiſſus ille Meſſias una ſit perſona in duabus diſtinctis naturis etiam nunc hodie, & in omnem usque perpetuitatem in cælo, verus Deus & verus homo. 2. Quod iſta perſona Ieſus Chriſtus ſecundum ambas ſuas unitas naturas verus atque unigenitus filius Dei exiſtat, conceptus de Spiritu S. natus ex Maria virgine. 3. Quod hic unigenitus ac unicus filius Dei, Deus homo, pro nobis ſit paſſus, & in cruce mortuus, arque ſic per ſuam mortem nos a pœnis inferni & æterna morte redemerit. 4. Quod idem a mortuis reſurrexerit, in cælos aſcenderit, ſe ſeque ad dextram Dei patris ſui collocarit, totus ac conſummate ſit clarificatus, & eſſentiam Dei,

Dei, atque omnem divinam potentiam, honorem & regnum acceperit: unde veniet ad iudicandum vivos ac mortuos. 5. Quod Ieſus Chriſtus iam poſt ſuam clarificationem, plenariam inunctionem, cæleſtem coronationem & acquiſitionem gloriæ, eſſentiæ ac maieſtatis Dei, ad noſtram ſalutem tantundem valeat, operetur ac faciat iuxta humanitatem, quantum iuxta divinitatem ſuam. 6. Quod in perſona Chriſti non ſolum divina natura Verbi, ſed & clarificata humana natura, caro, inquam, & ſanguis, hoc eſt, Chriſtus totus & indiviſus iuſtificationem peccatoris perficiat in Spiritu ſancto. Et ſanguis Ieſu Chriſti filii Dei emundat nos ab omni peccato. 7. Quod Chriſtus in gloria ſecundum ambas ſuas unitas naturas totus & indiviſus obtineat ſtatum ſecundæ perſonæ in divina Triade una cum Patre, unus & coæqualis Deus, ut canunt, potentia ac honore. 8. Quodque Spiritus S. ſit tertia perſona, in unica deitate, qui non ſolum a Deo Patre, ſed & ab integro eius filio Ieſu Chriſto, Deo homine, domino noſtro, procedat, Chriſtum totum glorificet, magnifice de illo teſtetur, eundem nos cognoſcere doceat, imo in omnia electa & vere fidelia corda illum transferat, ad habitandum in illis per fidem. 9. Ad ſummam: Quod Ieſus Chriſtus totus, Deus & homo, in inextincta atque inconfuſa humana natura Dominus atque Deus noſter ſit cum Deo Patre ſuo & ſancto Spiritu advocandus ac divine colendus. Hactenus, Schwenckfeldii fides & confeſſio: quæ etiam elucet ex eius Catechiſmo, apud *Arnoldum* T II. l. 16. p. 257. Negat autem paſſim hoc in opere, pernegatque, ſe inficiari humanam Chriſti naturam, veramque ex Maria virgine nativitatem, reiicere miniſterium verbi, vilipendere ſcripturam ſacram, & ſacramenta, hæcque habere pro nudis cærimoniis & ſignis, novam ſectam erigere, facereque cum *Valentino*, *Marcione*, *Manichæis*, *Apelle*, *Dimeritu*, & *Anabaptiſtis*. Hoſtes eius ac refutatores fuere *Lutherus*, *Melanchthon*, *Regius*, *Bucerus*, P. Martyr, *Vermilius*, *Vadianus*, Dan. *Toſſanus*, *Cochlaus*, pluresque alii. Nec mirum, Luthero eiusque aſſeclis, ut de aliis ſectis nihil dicam, ipſum fuiſſe inviſum atque exoſum, quoniam docuit, Lutheri reformationem ex parte quidem, non tamen per omnia, veterem eccleſiæ faciem reſtituiſſe: euangelium eorum eſſe duntaxat orale: ſcripturam non apponere fidei vocabulum *ſola*, quaſi ſola fide iuſtificaremur: mandata Dei poſſe ab hominibus fide-

fidelibus ſervari: iuſtum non peccare in omni bono opere, nec omnes homines ſemper & vere peccare: liberoque nos gaudere arbitrio ad faciendum bonum.

XI.

Bibliotheca Fratrum Polonorum, quos Vnitarios (vel Socinianos) vocant, inſtructa operibus omnibus Fauſti SOCINI, Io. CRELLII, Ionæ SLICHTINGII, & Io. Lud. WOLZOGENII. Irenopoli (id eſt, Amſtelodami) 1656. volumina VI. Socini opera conſtant II. tomis, iisque præmiſſa ſunt 1. Præfatio, (Andr. *Wiſſowatii*, ceu *Sandius* indicat in Biblioth. Antitrinitar. p. 79.) in qua de mutationibus cum aliarum rerum, tum religionis, & fatis Vnitariorum in Polonia ſermo eſt. 2. Diſſertatio (Sam. *Przipcovii*, teſte *Sandio* Biblioth. antitrin. p. 79.) ſuper Socini operibus. 3. F. Socini Vita, conſcripta ab Equite polono, id eſt, uti rurſus exponit *Sandius* p. 64. Sam. *Przipcovio*. Libri autem & tractatus in Tomo I. Socini, qui exegetica & didactica continet, ſunt 1) Explicatio concionis Chriſti, c. 5. 6. 7. *Matthæi*. p. 1. Sed non fuit ad finem perducta. 2) In initium euangelii Ioannis. A. 1562. p. 75. Vide *Sand.* 65. 22. Diſtinguenda eſt hæc Explicatio a *Lel. Socini* paraphraſi, quæ periit. 3) In VII. caput epiſt. ad *Rom.* A. 1580. p. 4. Vbi apoſtolum de ſe tanquam renato loqui negat. Explicatio hæc ſub nomine Proſperi *Dyſidæi* edita fuerat. *Placc.* de pſeudon. 245. *Sand.* 70. *Cren.* diſſert. I. de furib. libr. §. 5. 4) Defenſio diſputationis præcedentis. A. 1595. p. 115. 5) Explicatio variorum S. ſcripturæ locorum. p. 139. ut, *Rom.* 9. & 11. p. 139. *Gen.* 1, 26. 3, 22. *Eſa.* 42. p. 142. c. 53. p. 143. c. 49, 5. *Matth.* 5, 21. 27. 33. c. 9, 13. *Mar.* 16, 15. p. 144. *Luc.* 16, 19. 20, 38. 24, 47. *Io.* 1, 13. 15. c. 3, 9-17. p. 145. ✝. 13. p. 146. c. 5, 27. c. 6. c. 16, 8. 9. 10. c. 17. 5. 11. p. 147. *Rom.* 1, 3. c. 5. p. 148. c. 8, 1. 1. *Cor.* 1, 17. c. 6, 18. c. 15, 32. *Eph.* 4, 15. 16. p. 149. c. eod. 20-25. p. 150. c. 5, 11. *Col* 2, 8. & 20-23. 1. *Theſſ.* 5, 23. 1. *Tim.* 1, 5-11. p. 150. *Heb.* 7, 3. c. 13, 9. 10. 1. *Pet.* 3, 17-22. p. 151. 2. *Pet.* 1, 5. *Col.* 1, 20. p. 152. *Io.* 1, 16. c. 3, 31. 1. *Io.* 3, 9. & c. 5, 18. cum c. 2, 1. p. 153. *Iuda* ✝. 9. p. 154. 6) In primam epiſtolam S. Ioannis. A. 1603. p. 175. Sub nomine *Vrbevetani*. 7) Libellus de Scripturæ auctoritate. p. 265. Italice circa A. 1570. in gratiam magni cuiusdam viri conſcriptus, idemque ab auctore la-

recognovit. 14) Chriſtianæ religionis breviſſima inſtitutio. p. 651. Eſt catecheſis; quam tamen auctor morte præventus non perduxit ad finem. Subiungitur Fragmentum Catechiſmi prioris, qui periit in cracovienſi rerum Socini direptione. 15) De officio hominis chriſtiani, ſive quod Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lituaniæ homines ſuo ſe debeant coetui adiungere. p. 691. Hic liber polonice ſcriptus A. 1599. ac deinde latine & belgice verſus, Appendicem habet de defectu diſciplinæ eccleſiaſticæ in cœtu Euangelicorum, & in præfatione auctor oſtendere ſtudet, ſe & ſuæ religionis homines falſo *Arianos* & *Ebionitas* vocari. 16) De baptiſmo aquæ diſputatio. A. 1580. p. 709. In qua evincere conatur, baptiſmum aquæ externum non omnibus in perpetuum, qui chriſtiani eſſe volunt, a Chriſto eiusque apoſtolis præceptum eſſe. Accedunt ei 1. Reſponſiones ad priores & poſteriores notas A. *Dudithii*, in diſp. de baptiſmo. 2. Reſponſio ad Mart. *Czechovicii* notas in Appendice libri ipſius de pædobaptiſmo. Prædicta diſputatio exiit etiam belgice A. 1632. in 8. & 4. 17) De cœna Domini. p. 753. Tractatur videlicet de fine & uſu S. cœnæ recte percipiendo, additurque Defenſio huius Introductionis adverſus ſcriptum Io. *Niemoievii*. 18) Themata de officio Chriſti. p. 775. Hoc ait eſſe duplex, alterum, quo functus eſt in terris, alterum, quod obit in cælo: illud fuiſſe propheticum, hoc, regium & ſacerdotale. 19) Diſcurſus brevis de ratione ſalutis noſtræ. p. 778. Ex Socini Sermonibus exceptus & concinnatus. Idem ſuam de eadem materia ſententiam A. 1574. exaravit, ſcriptamque tradidit Hieron. *Marliano*, ceu *Sandius* teſtatur p. 67. & ipſe *Socinus* narrat in Præfat. diſputat. cum Coveto, T. II. 118. 20) Fragmenta duorum F. *Socini* ſcriptorum, in quorum priore ſententiam illorum, qui Ieſum Chriſtum Dei filium, unum & altiſſimum Deum eſſe, vel ſaltem, antequam ex Maria naſceretur, re ipſa extitiſſe affirmant, allatis argumentis refellere; in poſteriore autem ad rationes adverſariorum, quibus tres in unica Dei eſſentia perſonas adſtruere ſolent, reſpondere inſtituit. p. 781. 21) Animadverſiones N. N. (i. e. ut *Sandius* p. 80. addit, F. C. quid autem hominis hic F. C.? an forſan Florianus *Cruſius*?) in loca quædam F. Socini, in quibus adverſariorum ſuorum argumenta ſatis ſolide refutaſſe, vel verum quorundam S. Scripturæ locorum ſenſum non ſatis recte aſſecu-

tus eſſe videtur. p. 801. 22) Explicatio capitis LIII. Eſaiæ, in eundem, ut modo dictum eſt, finem ſcripta. p. 805. 23) Tractatus de Deo, Chriſto & Spiritu S. p. 811. Quo potiſſimum omnium, aut certe uſitatiſſimum examinatur, videlicet hoc: *Deus eſt tantum unus. Sed Pater in SS. literis dicitur Deus, Filius item & Spiritus S. Ergo P. F. & Sp. S. ſunt unus Deus; & conſequenter Deus unus quidem eſt eſſentia, ſed trinus perſonis*; traditurque, vocabulum *Dei* in SS. literis dupliciter ſumi, 1. pro eo, qui in cælo & terra aliis dominatur, rerumque cauſa & origo eſt, ut neminem ſuperiorem habeat, nec ab ullo pendeat. 2. pro eo, qui ſummum aliquod imperium ac vim, aut poteſtatem ab ipſo uno Deo habet, vel aliqua alia ratione divinitatis illius unius Dei eſt particeps. Priore modo Deum dici Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, poſteriore Ieſum Chriſtum, ſecundum *Io.* 10, 35. Subiunguntur (*Collegii poſnanienſis*) Theſes de Chriſto, probare ſuſtinentes, Chriſtum a vera divinitate excludendum eſſe, niſi creator ſit cæli & terræ: cum Reſponſionibus Socini. Sed notandum, Tractatum illum, cum Theſibus & Reſponſionibus, per errorem huc translatum, pertinere ad Tomi II. p. 423.

In Tomo II. qui eſt II. volumen, & ſcripta polemica exhibet, 1) Reſponſio contra Iac. *Palæologum* de Magiſtratu. A. 1581. p. 1. Præfixa eſt auctoris ad ipſum Palæologum Præfatio, in qua conqueritur, Palæologum, Gregorii *Pauli* ſcriptum de non gerendo Chriſtianis bello impugnaturum, alium titulum, videlicet de Magiſtratu, quaſi eius hoſtes eſſent Vnitarii, in ipſorum periculum & perniciem formaſſe, ſuoque libro præfixiſſe. Ceterum in ea notat, in literariis diſceptationibus, ac præcipue iis, quæ ad religionem pertinent, præſtare, ut nomina diſceptantium utrique parti ignota ſint. In ipſa autem Reſponſione hoc agit, ut probet, Chriſtianos non decere bella. 2) De Chriſto Servatore, contra Iac. *Covetum*. p. 121. Cœpta eſt hæc diſputatio, & maximam partem perſcripta A. 1577. recognita autem & ad edendum parata A. 1594. In qua de eo potiſſimum agitur, cur & qua ratione Chriſtus ſit noſter ſervator. Duplex præmittitur Præfatio, altera Eliæ *Arciſſevii*, qui Socinum ad recognoſcendum hoc ſcriptum ſuum hortatus eſt, idque legi vult præcipue a doctoribus; altera ipſius *Socini*, qua hiſtoriam ſcriptionis ſuæ eiusque editionis exponit.

An-

Antea particula quædam huius diſputationis prodiit, in qua agitur de fide in Chriſtum, qua iuſtificamur; eaque ab amico, Socino inſcio, A. 1592. edita eſt ſub nomine Proſperi *Dyſidæi*. Vide *Sand.* 68. 3) Iuſtificationis noſtræ per Chriſtum Synopſis. p. 247. Vbi potiſſimum de ipſius mortis Chriſti vi & effectis agitur. Item Diſputatio de fide & operibus, quod attinet ad iuſtificationem noſtram. p. 248. Vtraque iam ſupra occurrit, videlicet in Tomi I. pag. 601. & 622. 4) De ſtatu Adami ante lapſum, contra *Puccium*. p. 257. In qua diſputatione primo habetur Reſponſio ad X. argumenta Puccii, ſcripta Baſileæ A. 1577. Hanc ſequitur Defenſionis horum argumentorum copioſa Refutatio, ſcripta Tiguri A. 1578. Contendit autem *Socinus*, hominem a Deo non immortalem, ſed mortalem fuiſſe creatum. Argumenta *Puccii*, eorumque Defenſio, pariter hic exhibentur, & præmittitur Hieron. *Moſcorovii* ad *Mauritium* Landgravium Haſſiæ dedicatio, qua ex vulgari dicto, *Principia rerum ſunt quidem mole exigua, at virtute maxima*, probare laborat, Romanam & Proteſtantium eccleſias multis & magnis erroribus obnoxias eſſe, & ſub finem in laudes Principis excurrit. 5) De natura Chriſti, contra Andr. *Volanum*. p. 373. Eſt duplex reſponſio, altera *ad Volani* Paræneſin ad omnes, ſic enim ille titulum libri fecerat, in regno Poloniæ, Magnoque Ducatu Lituaniæ ſamoſatenianæ vel ebioniticæ doctrinæ profeſſores, Fratrum non tantum Polonorum, ſed omnium etiam aliorum, qui Vnitariorum religionem profitentur, nomine formata A. 1579. at recognita & emendata A. 1583. altera eodem anno ad Reſponſionem *Volani*, cuius particulæ, quæ refutantur, ipſis eius verbis exhibentur: quamvis Volanus non tam Socini illud prius, quam aliud quoddam ſcriptum refutaſſet. In utraque tractatur de I. Chriſti eſſentia, & peccatorum per ipſum expiatione, aitque in præfatione Socinus, iniuſte ſe traduci, tanquam eum, qui Chriſti ſanguinem & mortem a noſtrorum expiatione peccatorum excludat. 6) Aſſertiones theologicæ de trino & uno Deo. p. 423. Ex prælectionibus *Collegii poſnanienſis* A. 1583. excerptæ, cum ſubiunctis F. *Socini* Animadverſionibus. Prima editio eſt anni prædicti, ſecunda A. 1611. & tertia A. 1618. Annexi ſunt breves de diverſis materiis ad religionem chriſtianam pertinentibus tractatus, nimirum 1. Locorum ad Spiritus ſancti perſonam probandam a nobiliſſimo

 quo

quodam viro allatorum explanationes. p. 438. 2. Animadverſiones quædam extemporales in Io. *Niemoievii* ſcriptum adverſus partem quandam diſputationis de Ieſu Chriſto Servatore. p. 444. 3. Notæ in ſcriptum quoddam polonicum de Chriſti regno in terra. p. 446. 4. Notæ in Eberhardi *Spangenbergii* ſcriptum de 2. beſtiis *Apoc.* 17, 8. 11. p. 448. 5. Obiectiones ſeu articuli Io. *Cuteni*, cum earum ſolutionibus. p. 453. Obiectiones iſtæ ſunt contra univerſa Vnitariorum dogmata, in quibus tamen quædam illis tribuuntur aliena ab ipſorum mente. 6. Brevis diſcurſus de cauſſa, ob quam creditur aut non creditur euangelio Ieſu Chriſti; & de eo, quod, qui credit, præmio, qui non credit, pœna a Deo afficiatur. p. 455. Ex italico per Val. *Smalcium* in latinum translatus. 7. Contra Chiliaſtas, de regno Chriſti terreno per annos mille. p. 457. Tractatus hic, in quo ſententiam Chiliaſtarum convellere & evertere Chriſti regnum cœleſte aſſerit, ſcriptus fuit Cracoviæ anno 1589. 8. Diſputatio breviſſima de Chriſti carne, adverſus *Mennonitas*. p. 461. Credere enim, Ieſu Chriſti filii Dei carnem nullo modo ex Mariæ virginis ſubſtantia, in eius utero, formatam fuiſſe, ſed tantummodo per illam, ſive de cœlo delapſam, ſive inibi alia ratione formatam, pertranſiiſſe; atque ad hanc ſententiam moveri (1) verbis *Ioannis* c. 1, 14. Verbum caro factum eſt, per ſe ſcilicet, ut illi interpretentur, nulla extrinſecus re aſſumta. (2) hoc argumento: Si Ieſu Chriſti caro ex Mariæ virginis ſubſtantia formata fuiſſet, utique ipſe Chriſtus, tanquam ex Adamo prognatus, non ſecus ad ceteri omnes homines, peccato, damnationi, & morti obnoxius fuiſſet, divinæque legi ſervandæ obſtrictus. (3) quia homo, ut aiant, naſcendo nihil ex matre ſumit, ſed ex patre tantum: & huc trahere 1. *Cor.* 11, 12. 9) Ad *Cuteni* obiectiones Reſponſio. p. 463. Etiam hæ petunt dogmata Vnitariorum in univerſum. 10. Io. *Niemoievii* epiſtolæ duæ de Sacrificio & Invocatione Chriſti, cum Reſponſionibus Socini. A. 1587. p. 465. 7) Contra *Eraſmum Ioannis*. A. 1584. p. 493. Eſt diſputatio inter *Eraſmum Ioannis*, argumentantem & affirmantem, Chriſtum fuiſſe unigenitum Dei filium etiam ante, quam ex virgine naſceretur, & Fauſtum Socinum, ſententiam iſtam refellentem, adeoque reſpondentem, a Socino quidem ſcripta, ſed ita, ut quæ Eraſmum dicere facit, ſint illa ipſa, quæ ille ſibi quodam in

ſcripto

ſcripto tribuit. Præmiſſa eſt Præfatio ad Hier. *Moſcorovium*, ubi oſtendere conatur, contrariam ſententiam eſſe obſtaculum ponendæ veræ in Chriſto fiduciæ, & inſtituendæ puræ & ſanctæ vitæ. Subiuncta quæſtio *Eraſmi Ioannis*, quomodo hæc duo iuxta ſe ſtare poſſint, Spiritum S. a Chriſto accepturum, quodcunque annunciaret apoſtolis, & Chriſtum Spiritus S. donis eſſe ditatum? cum reſponſione Socini. 8) Reſponſio ad libellum Iac. *Wuieki*, (prius dicebatur *Antivvuiekus*) editum, de divinitate Filii Dei, & Spiritus ſancti. A. 1592. p. 531. Qua non tantum Wuieko, cuius verbis argumenta proferuntur, ſed etiam *Bellarmino*, quem ille ſequitur, reſpondet, & quidem latine, exiſtimans, ſe non tam cum Wuieko congredi, quam cum Bellarmino. Immo Wuiekus videtur res accepiſſe a Bellarmino, acceptasque transtuliſſe in linguam polonicam: hinc ſub Wuieki umbra Bellarminus videtur latitare. *Placc.* de Anon. p. 76. & de Pſeudon. 618. Notandum etiam, Antiwuiekum polonicum, qui interpretem habet P. *Statorium* iuniorem, Polonis, poſt impetratum nobilitatis axioma, *Stoinski* dictum, prius in lucem veniſſe, quam latinum: nam polonicus prodiit A. 1592. latinus autem A. 1595. *Placc.* de Anon. 76. In Præfatione ait, ſe nomen ſuum non prodidiſſe, quia ad veritatem inquirendam aut defendendam nihil adiumenti adferat ſcire, quis ille ſit; qui tecum diſputat, immo potius impedimento eſſe poſſe. Fini Reſponſionis annectitur allocutio ad lectorem, qua dicitur, Mart. *Smiglecium* polonice edidiſſe librum de æterna filii Dei divinitate, oppoſitum priori Refutationi, ſed calumniis & ſophiſmatis refertum, ad quem alio tempore reſpondendum. 9) Contra Gabr. *Eutropium*. p. 627. Eſt defenſio Animadverſionum in Aſſertiones theologicas Collegii poſnanienſis de trino & uno Deo, ſcripta circa A. 1584. ſed non abſoluta; editaque, cum præfat. Hieron. *Moſcorvii*, Racoviæ A. 1618. Eutropio autem hoc ſcriptum eſt oppoſitum, quoniam is Aſſertionum Collegii poſnan. patrocinium in ſe ſuſceperat. *Moſcorovius* in prædicta præfat. ſummopere laudat hoc ſcriptum, tanquam *opus, in quo* Socinus *ingenium, iudicium, eruditionem & ſingularem in diſputando dexteritatem, atque ſummum in modo cum adverſariis agendi candorem ſpectare & intueri poſſis.* Deinde pergit, ſcribens: *Etſi autem viri huius is ſcriptorum genius ſit, ut in ſingulis ſpectare hac poſſis, tamen in hoc opere ſe ipſum quodammodo ſuperas-*

ſuperaſſe videri queat. Et ipſe Socinus, facta aliquando huius defenſionis mentione, *nullum* faſſus eſt *eſſe in operibus ſuis, quod minus ſibi diſpliceat.* 10) Contra *Franciſcum Davidis.* p. 713. Eſt diſputatio Socinum inter & Franciſcum Davidis, non ore, ſed ſcriptis habita A. 1578. & 1579. de Chriſti invocatione, ubi hic duas theſes propoſuit: videlicet, non legi in Scriptura, Chriſto invocationem ſeu petitionem bonorum corporalium & ſpiritualium tribui, adeoque Chriſtum invocari nec debere, nec poſſe; ad quas Socinus reſpondet. Quoniam vero Franciſcus Davidis theſes ſuas defendit, ideo Socinus denuo reſpondere coactus fuit. Subiicitur igitur illius Defenſio, non integra & toto in contextu, ſed una particula poſt alteram, cum reſponſione Socini. A. 1579. Præfatio eſt Socini, qua ſuam in toto Franciſci Davidis negotio innocentiam exponit, variasque calumnias & mendacia ab illo contra ſe ſpargi quiritatur. Et G. *Blandrata* monet quid de ſtatu controverſiæ, ſtatuendum videlicet, Chriſtum non tantum poſſe, ſed etiam debere invocari. 11) Contra Chriſtianum *Franken.* p. 767. Eſt diſputatio inter Socinum & modo nominatum Franken de honore Chriſti, utrum Chriſtum, cum ipſe perfectiſſima ratione Deus non ſit, religioſa tamen adoratione colendus ſit, nec ne? habita A. 1584. in aula Chriſtoph. *Paulicovii;* ſed quæ ab ipſo Franken deſcripta fuit, prout illi viſum eſt, non autem, ut vere fuit habita. Cui additæ ſunt notæ non paucæ, & reſponſiones ad ea, quæ *Franken* dicit; nec non correctiones quædam eorum, quæ idem *Socinum* facit dicere. Iſtis ſubiunguntur ſequentia: 1. Fragmenta Reſponſionis fuſioris, quam F. *Socinus* parabat ad Fr. Davidis de Chriſto non invocando ſcriptum. Reſtant huius fragmenti capita VI, reliqua perierunt. p. 777. 2. Fragmentum quoddam Animadverſionum in ſcriptum cuiusdam de differentia V. & N. fœderis. 3. Quæſtiones non nullæ Franciſci *Davidis*, cum Socini Reſponſione. 4. Antitheſes ex diſputatione inter F. Socinum & Fr. *Davidis* habita, ab ipſo Socino collectæ. 5. Theſes, quibus Fr. *Davidis* ſententia de Chriſti munere explicatur, una cum Antitheſibus eccleſiæ a F. *Socino* conſcriptis, & illuſtriſſimo Tranſilvaniæ Principi, Chriſtoph. *Batboreo* oblatis. 6. Quædam in diſputatione de Invocatione Chriſti præcipue obſervanda. 7. De libro *Apocalypſeos*, & teſtimoniis, quæ exinde adverſus eos, qui

Ieſu

Ieſu Chriſti invocationem prorſus negant, petuntur. 8. Adverſus Semiiudaizantes, qui videlicet, cum non ſint hebræi, Ieſum tamen nazarenum negant eſſe Meſſiam, ſive Regem, qui per prophetas a Deo promiſſus fuerit. 9. Martini *Seidelii* Epiſtolæ tres ad coetum Vnitariorum, cuius nomine *Socinus* reſpondet. Erat autem Seidelius unus ex Semiiudaizantibus, negans, Ieſum noſtrum eſſe Meſſiam, ſeu illum a Deo promiſſum Regem.

Secundo & tertio volumine comprehenduntur ſcripta Io. CRELLII, IV. Tomis; & in I. quidem Tomo, qui iuxta cum duobus ſequentibus exhibet opera exegetica, cuique præmittitur 1. Epiſtola ſeu Præfatio Io. *Stoinski* de interpretis biblici requiſitis, (præditum autem eum vult Spiritu Dei, ſingulari pietate & integritate vitæ, ingenio perſpicaciſſimo, iudicio ſubactiſſimo, memoria tenaciſſima, & linguarum præcipuarum peritia) & laudibus Io. Crellii, 2. Vita Crellii a I. P. M. D. i. e. Ioach. *Paſtorio*, Medic. Doctore conſcripta. *Placc.* de Anon. 308. 1) Commentarius in IV. prima capita, & partem V. capitis *Matthai*, a Crellio ante annum 1636. dictatus. p. 1. Notandum vero, quidquid ab eo dictatum, id dictatum fuiſſe memoriter & ſine omni ſchediorum ſubſidio, interſperſis ſæpe excipientium, qui non tantum tirones, ſed etiam eruditi erant, obiectionibus, nec fere ab ipſo relectum, aut recognitum. 2) Comment. in epiſtolam ad *Romanos.* pag. 65. Ex prælectionibus Ioannis Crellii conſcriptus a *Slichtingio*, non tamen reviſus a Crellio, præterquam initium eius. 3) Paraphraſis epiſtolæ *ad Romanos.* p. 203. A Crellio dictata. 4) Comment. in X. priora capita I. ad *Corinth.* epiſtolæ. p. 247. A Crellio conſcriptus. 5) In XVtum eiusdem epiſtolæ caput. p. 310. Hic commentarius dictatus fuit a Crellio, & paucis ante obitum diebus cœptus ad limam revocari, atque a mendis, quæ inter extemporalem dictandi feſtinationem fortaſſe irrepſerant, repurgari; ſed, cum iam maxime ferveret opus, inopinato eum vita deſtituit. 6) In epiſt. *ad Galatas.* p. 373. Ex prælectionibus Crellii a *Slichtingio*, qui iis etiam interfuit, conſcriptus, & poſtea Crellio ad revidendum & recognoſcendum exhibitus. Cum præfatione I. S. id eſt, Ionæ *Slichtingii*, in qua de theologia, interpretatione S. Scripturæ, & ſcopo huius commentarii loquitur, profitens, Theologiam eſſe in primis ſancte vivendi artem; interpre-

tationem Scripturæ utiliſſimam; controverſias non alia ratione melius, quam germano Scripturæ ſenſu prolato, decidi & componi poſſe; omnique ſtudio allaboraſſe ſe, ut & verbis & ſcopo apoſtoli quam maxime congruum & convenientem ſenſum hoc in commentario ſequeretur. *Grotius* in Centuria I. Epp. Ruari p. 194. ait, etiam Reformatos agnoſcere & eruditionem & utilitatem huius commentarii. In epiſtola autem ad Crellium (huius Opp. T. IV. 233.) ſic ſcribit: *Quantum iudicare poſſum, & ſcripti* (apoſtolici) *occaſionem, & propoſitum, & totam ſeriem dictionis, ut magna cum cura indagaſti, ita feliciter admodum es aſſecutus.* 7) Paraphraſis in eandem epiſtolam. p. 451. 8) Comment. in epiſt. *ad Epheſ.* p. 473. 9) In eandem Paraphraſis. p. 493. 10) Comment. in epiſt. *ad Philipp.* p. 501. 11) In eandem paraphraſis. p. 517. 12) Comment. in epiſt. *ad Coloſſ.* p. 525. 13) In eandem paraphraſis. p. 539. 14) Commentarius in utramque *ad Theſſalon.* A. 1636. p. 549. Cum præfatione Petri *Morscovii*, qui & eum e prælectionibus Crellii elucubravit, & Crellio dedit recognoſcendum, cuius etiam ſtilus eſt in doctrina de excommunicatione. Ceterum Morscovius in præfat. iſta eleganter deſcribit fidelem animarum paſtorem, & verum chriſtianum. Omnia inde a numero VI. dictata a Crellio. 15) Declaratio ſententiæ de Cauſis mortis Chriſti. A. 1637. p. 611. Cum præfatione Io. *Stoinski*, qua docet, inter innumera Dei & Chriſti eius in genus humanum beneficia nullum eſſe illuſtrius, quam paſſionem & mortem Chriſti, nec inter diviniſſima religionis chriſtianæ arcana ullum aut profundius abditum, aut denſioribus opinionum nubibus involutum, quam illam ipſam: & hoc ſcriptum pro diſputationis cum Hug. *Grotio* habitæ compendio haberi poſſe. In *Sorberianis* p. 54, vocatur piece ineſtimable, eorumque auctor addit, ſe illud in gallicum converttiſſe, pro ſuis amicis.

In Tomo II. 1) Commentarius in 1. *ad Timoth.* p. 1. 2) In epiſt. ad *Titum.* p. 41. 3) In epiſt. ad *Philem.* p. 55. Conſcripti ex prælectionibus Crellii a Pet. *Morscovio.* 4) In epiſt. ad *Hebraeos.* p. 61 Cum præfatione Ionæ *Slichtingii*, in qua de præſtantia illius epiſtolæ paulinæ, ſacerdotium Chriſti & alia myſteria graviter deſcribentis, verba facit, pariterque fatetur, Commentarii huius, quamvis a ſe confecti & elucubrati, primas partes

Crel-

Crellio deberi, quippe qui viam ad eruendos ſenſus monſtraverit, ſcriptumque correxerit. A. 1634. De quo *Grotius* in Centur. I. Epp. Ruari p. 194. ſic ſcribit: *Inſpexi Crelliana ad Hebraeos, plena eruditionis, nec ſine magna utilitate.* Et *Sandius* in Biblioth. antitrinitar. p. 116. ab aliis ait ſibi relatum eſſe, Commentarium hunc in Anglia impreſſum eſſe, cum publica commendatione, *quod ſit bonus & utilis lectu liber.* 5) Paraphraſis in epiſtolam ad *Hebraeos.* p. 231. Dictata a Crellio. 6) Commentarius in I. epiſtolæ *Petri* duo capita priora. p. 269. Scriptus quidem ab ipſo Crellio, ſed propter mortis interventum non abſolutus. 7) Explicatio difficiliorum N. Tti locorum. A. 1622. p. 285. Loca autem ſunt ſequentia: *Col.* 2, 15. *Iuda* v. 22. 23. *Iac.* 4, 5. 6. I. *Pet.* 4, I. 2. & 6. *Matth.* 20, 16. 22, 14. I. *Tim.* 4, 14. *Matth.* 16, 24. 19, 21. 6, 25. 28. 31. 34. *Luc.* 12, 25. 26. *Eph.* 5, 11-15. *Luc.* 7, 47. *Apocal.* 20, 4. 5. *Hebr.* 6. *Marc.* 9, 49. 50. 2. *Cor.* 5, 1-10. *Io.* 5, 21. *Hebr.* 2, 14. 3, 3. 4. Poſt explicationes haſce ſequuntur *Quaeſtiones* aliquot ab eodem enodatæ, I. Cur Deus religionem chriſtianam non curarit certa methodo totam explicari, & in ſyſtema aliquod redigi? 2. Cur Dominus Ieſus interdixerit *Matth.* 16, 20. de ſe dici, quod ſit Chriſtus? 3. de Filio hominis, quod ſit dominus ſabbati. *Matth.* 12, 8. 4. de ſigno Ionæ, *Matth.* 12, 39. 5. quæ ſit differentia parabolæ ſecundæ a ſeptima, *Matth.* 13. 6. de erroribus in credendis. 7. de ingreſſu ſatanæ in cælum, *Iob.* 1, 6. & an veneficio, vir pius & bonus, valetudine, & vita etiam privari poſſit?

In Tomo III. qui ad illud usque tempus inedita continet,) Commentarius in varia loca euangeliorum *Matthaei*, *Marci* & *Lucae.* p. 1. 2) In magnam partem euangelii *Ioannis.* p. 59. 3) n magnam partem *Actorum* apoſtol. p. 123. 4) In plurima capia & loca *epiſtolarum Pauli* apoſtoli. p. 167. 5) In poſteriorem ad *Timoth.* p. 265. & I. ad *Timoth.* 2, 4-7. 6) In multa loca *epiſtolarum catholicarum.* p. 285. Quibus inſerta eſt reſponſio ad *Corneli Marci* argumenta, quibus Chriſtum eſſe Deum illum unum, & Spiritum S eſſe perſonam probare laborat: item ad quæſtionem, cur publice fiant copulæ matrimoniales? 7) In maximam partem *Apocalypſ.* Ioannis. p. 351. 8) Synopſes aliquot *concionum.* p. 386. videlicet in *Matth.* 16, 24. *Rom.* 4, 25. I. *Cor.* 10, 31. 14, 20. . *Cor.* 4, 17. *Col.* 3, 1. *Phil.* 3, 7. 4, 13. *Hebr.* 3, 3. I. *Pet.* 5, 5. *Iac.* 4, 5.

1. *Io.* 5, 4. Præmittitur etiam huic Tomo Catalogus particularis librorum, capitum, & locorum S. Scripturæ, in eo explicatorum & reſolutorum.

In Tomo IV. opera præbente didactica & polemica, 1) Reſponſio ad librum Hug. *Grotii* de Satisfactione Chriſti, contra F. Socinum. A. 1623. p. 1. Cum auctoris, videlicet Crellii, præfatione, qua cauſſam ſcripti huius indicat, crimen hæreſios a ſe ſuisque ſociis amoliri ſtudet, fidem ac confeſſionem ſui cœtus edit, & unice SS. literis, non autem Patrum, ſæpe graviter errantium, auctoritate ſtandum eſſe docet, negans, ſe inficiari omnem Chriſti ſatisfactionem, ſed eam tantum, quæ Deo ſit indigna, & a ſcripturæ ſententia vehementer abhorreat. In prooemio ſententiam eccleſiæ ſuæ de vi mortis Chriſti in ſalutis negotio aperit his verbis: *Chriſtum ſervatorem, qui novi fœderis mediator, & ſponſor eſt, ideo mortuum eſſe, ut novum iſtud fœdus, promiſſaque divina in eo comprehenſa, quorum potisſimum eſt remisſio peccatorum & vita æterna, confirmaret ac ſanciret, & ſic ius quoddam ad ea obtinenda nobis daret: deinde ut omnes homines ad conditiones huic fœderi inſertas amplectendas & exſequendas adduceret: denique ut hoc pacto miſericors Pontifex effectus, ſupremamque in omnia poteſtatem adeptus, peccata noſtra expiaret, ac promiſſa fœderis, conditiones eius ſervantibus, re ipſa præſtaret. Quibus rebus totam ſalutis noſtræ rationem abſolui.* Reſponſioni ſubiunguntur 1. duæ *Grotii* epiſtolæ ad Crellium, quarum altera gratias agit pro Reſponſione, eamque laudat, quod multa ſe docuerit, partim iucunda ſcitu, partim utilia, ſeque ipſius exemplo excitarit ad penitius expendendum ſenſus ſacrorum librorum; altera ſenſum evolvit dicti 1. *Tim.* 2, 2. 2. *Grotii* Defenſio fidei catholicæ de ſatisfactione Chriſti. De quo *Stoinski* in Tomo II. Opp. Crellii p. 610. & *Ruarus* Cent. I. p. 59. teſtantur, neminem eo acutius aut doctius Vnitarios oppugnaſſe. Crellio autem noluit operoſe reſpondere, quia non opus ipſi videbatur, bene & ſatis liberaliter dicta repetere, neque iniuſtum ſit, ut volens aliquis pro altero poenas ferat. Vide *Grotium* in Epp. præſtant. viror. p. 797. 2) Libri duo de uno Deo patre. A. 1631. In quibus multa etiam de Filii Dei & Spiritus Sancti natura disſeruntur. Scopus huius operis eſt oſtendere, Deum ſummum nullum eſſe alium, præter Patrem domini ac ſervatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ei ſe opoſuerunt Io. *Botſaccus* in Anticrellio; Ioann. Henr.

Digitized by Google

Henr. *Biſterfeld* de uno Deo, Patre, Filio, & Spiritu ſancto: Ioſ. *Placaus* in Parte III. Diſpp. pro divina Chriſti eſſentia: Dionyſ. *Petavius* in Dogmatib. theolog. & Abrah. *Calovius* in Exam. libri crelliani de uno Deo Patre, nec non in Theol. natur. & revelata. Vide *Ruar.* in Cent. I. Epp. p. 242. *Zvvicker.* in Revelat. cathol. veri p. 38. & Confirmat. Iren. irenicor. 22. ac *Crenium* Animadverſ. P. VII. 146. 3) Liber de Deo eiusque attributis. A. 1630. Præfigitur V. libris Io. *Volkelii* de Vera religione, ſcriptusque eſt ſuaſu & auctoritate eccleſiæ Vnitariorum, tanquam ſupplementum operis Volkeliani eo, quod ille brevius de attributis divinis diſſeruerat. 4) Prima ethices elementa, cum Petri *Morſcovii* præfatione, A. 1635. ſcripta: ubi ea quidem laudat, quod philoſophiam moralem tradant non theoretice in nudis definitionibus & diviſionibus conſiſtentem, ſed practice, ſanitatis ac morborum animi fontes commonſtrando, at tamen fatetur, auctorem ea ante multos annos effudiſſe verius, quam enixum eſſe, ideoque vix pro ſuis agnoviſſe, in primis propterea, quod nimis anxio pede Ariſtotelis orbitam preſſerit, qui unius cuiusque virtutis naturam in mediocritate poſitam cenſuit: quod tamen, uti ſacræ literæ docent, non ſemper obtineat. Interim H. *Grotius* hoc de compendio non dubitat ſcribere in I. Cent. Epp. Ruari p. 201. multa in eo eſſe docta, multa ad vitam utilia. 5) Ethica ariſtotelica, ad SS. literarum normam emendata: & Ethica chriſtiana, conſcripta A. 1622. & poſt auctoris obitum edita ſub nomine *Cirelli*, magnique æſtimata inter ipſos Proteſtantes, usque dum innotuit, auctorem eſſe Crellium, ſocinianum. Bina hæc ſcripta ſunt deproperata, atque olim diſcipulis dictata, quæ auctor nunquam relegit aut recognovit. 6) Orationes tres, 1. de honeſtatis natura & fonte. 2. Cur nec Moſes nec philoſophi perfectam virtutem præſcribere, & conſtanter urgere potuerint: & cur quædam ad virtutis perfectionem ſpectantia non ita præſcripſerit Deus per Chriſtum, ut ea non aſſequi cum certa pernicie ſit coniunctum. 3. de amore ſui. 7) Tractatus de Spiritu S. qui fidelibus datur. Prodiit A. 1650. in eoque explicatur 1. eſſentia, 2. diviſio, 3. attributa ſeu adiuncta, 4. effecta, 5. ſubiecta Spiritus Sancti, & 6. modus, quo Spiritus S. obtineatur, vel amittatur. Prolegomena autem de nomine *Spiritus S.* agunt. 8) Vindiciæ pro religionis libertate. Prod-

ierunt ſub nomine Iunii *Bruti*, poloni. Vide *Placc.* de Pſeudon. 143. Earumque ſcopus eſt, oſtendere, cum Vnitariis, ſi vel maxime hæretici eſſent, pacem civilem colendam eſſe. *Sorberius*, ut Sorberiana teſtantur p. 2. eas in gallicum transtulit idioma, & vocat libellum auro contra non carum. 9) Excerpta ex Epiſtolis Crellii. Inter quæ eſt epiſtola Mich. *Gittichii* de Chriſto, an habeat idem numero corpus, quod habuerat in terris? A. 1613. 10) Tractatulus de pietate. Caret initio; docetur autem in eo, omnibus pietatem eſſe colendam. 11) Diſcurſus de Felicitate, ſeu vita æterna. Quem auctor non abſolvit.

V. volumine comprehenduntur Commentarii Ionæ SLICHTINGII, idque duobus conſtat Tomis, quorum priore continentur 1) Commentarius in euangelium S. *Ioannis*, coeptus A. 1656. & abſolutus 1660. 2) Paraphraſis in initium eiusdem euangelii. 3) Commentarius in epiſt. ad *Rom.* A. 1656. 1657. & recognitus A. 1660. Poſteriore 1) Comment. in utramque ad *Corinthios*. 2) In epiſt. ad *Epheſ.* 3) In epiſt. ad *Coloſſ.* 4) In epiſt. ad *Philipp.* 5) In utramque ad *Theſſalon.* 6) In utramque ad *Timoth.* 7) In epiſt. ad *Titum*. 8) In epiſt. ad *Philem.* Omnes A. 1660. 9) In duas *Petri*. 10) In tres *Ioannis*. 1656. 11) In ep. *Iudæ*. Hos commentarios, utroque Tomo comprehenſos, ſcripſit auctor partim inter V. obſidionum mala, partim in mediis bellorum fluctibus, partim in captivitate; iique inter rapacium militum manus, voracis ignis ſævitiam, & contagionis virulentiam miris modis ſervati ſunt. Eosdem auctor tribus *filiis*, Stanisl. *Lubienicio*, & Io. *Preuſſio* commendavit, ut eorum impreſſionem curarent. Sed idem initio declarat, ſe illos ſcripſiſſe non publico, ſed ſuo privato nomine; adeoque eccleſiam nullo ipſius dicto, nulla ſententia onerandam; a privato dictum eſſe, quidquid dictum, ſeque illos cenſuræ eccleſiæ, ſi licuiſſet, lubentem ſubmiſſurum fuiſſe. Præmiſſa eſt epiſtola ſeu præfatio *Lubienicii*, de hiſtoriola Commentariorum iſtorum, deque vita & morte Slichtingii, referens, eum ſæpe *Grotii* ſententias ſecutum eſſe, viri ab ipſo maximi æſtimati.

Volumine VI. Opera Io. Lud. WOLZOGENII, cum quibusdam Andr. WISSOWATII continentur. Nimirum Tomo I. cui præmiſſa ſunt Prolegomena in N. T. (in quibus agitur de ſignifica-

ficatione vocum *Teſtamenti* & *διαθήκης*, diſcrimine V. & N. Ti, auctoritate, argumento & partitione librorum novi fœderis, de ſignificatione *euangelii* & *euangeliſta*, ſcopo euangeliſtarum, & unius cum aliis comparatione, *Matthæi* vocatione, vita & obitu, qua lingua Matthæus ſcripſerit, de inſcriptione IV. evangeliſtarum, deque argumento & partitione euangelii Matthæi) Commentarius in IV. euangelia. Cui inſertæ ſunt 2. Diſſertationes, altera de feſto azymorum p. 499. altera de anno paſſionis ac mortis Chriſti. p. 685. Notabis etiam, capitum 6. 7. 8. 9. & 10. explicationem non eſſe *Wolzogenii*, ſed Ioach. *Stegmanni* iunioris: nam in illius codice fuit reperta. Tomo II. 1) A. W. id eſt, Andreæ *Wiſſovvatii* (*Sand.* Biblioth. antitrinit. 139) Commentarius in Acta apoſtolorum. 2) Procemium in epiſtolam Pauli ad Romanos. p. 177. auctore Io. Lud. *Wolzogenio*. Eſtque particula germanici Commentarii in epiſtolas paulinas, flammis aboliti. *Sand.* 138. 139. Agitur in eo de vita & ſcriptis Pauli. 3) A. W. (rurſus *Wiſſovvatii*) Comment. in epiſt. *Iacobi*. 179. 4) Eiusdem in epiſt. *Iudæ*. Poſt hæc denuo *Wolzogenii* opera ſequuntur, videlicet 5) Præparatio ad utilem SS. literarum lectionem. p. 239. In cuius parte prima de natura & qualitate regni Chriſti, & religionis chriſtianæ diſſeritur, atque ita *Brenii* liber de qualitate regni Chriſti quaſi amplificatur, eiusque argumenta latius deducuntur, explicantur, & confirmantur, & pauca in fine deſiderantur: in altera vero doctrina de tribus in una Deitate perſonis excutitur. 6) Compendium religionis chriſtianæ. 7) Declaratio duarum contrariarum ſententiarum de uno Deo patre, & de uno Deo in eſſentia, & tribus perſonis. In qua agitur de diſtinctione inter eſſentiam & perſonas divinas, trina Dei exiſtentia ſeu triplici modo ſubſiſtendi, mutua immanentia perſonarum Trinitatis, diſtinctione inter Deum eſſentialem & perſonalem, diſtinctione inter eſſentialem & perſonalem Patrem, Filium & Sp. ſanctum, æterna generatione Filii Dei, operationibus ad intra & extra, incarnatione filii Dei, duabus naturis in Chriſto, hypoſtatica unione duarum naturarum, diſtinctione inter Chriſti perſonam & divinam naturam, inſeparabilitate duarum in Chriſto naturarum, communicatione naturarum & naturalium idiomatum ac operationum, ubiquitate & omnipræſentia corporis Chriſti, Dei altiſſimi exinanitione, reſurrectione, aſcenſione,

ſione, & adventu ad ultimum iudicium, deque tertia perſona Trinitatis, nempe Spiritu ſancto. In præfatione ait, ſcriptum hoc res haud exigui momenti proponere; probanda eſſe omnia abiectis præiudiciis; utra vero ex his ſententiis tibi arriſerit, eam tibi ſervandam in pace & caritate, absque odio, absque acerbitate, absque contemtu & averſatione eorum, qui alteram amplecti maluerint. 8) Tres conciones in *Io.* 17, 3. Quarum ultima non eſt ad finem perducta. 9) Annotationes ad Ionæ *Slichtingii* Quæſtiones de magiſtratu, bello & privata defenſione. Vbi hæc inter Chriſtianos Slichtingius probat, Wolzogenius improbat. 10) Annotationes in Renati *des Cartes* Meditationes metaphyſicas. In quibus diſſeritur de natura mentis humanæ, & quod ipſa notior ſit corpore, de Dei exiſtentia, de vero & falſo, deque rerum materialium exiſtentia, & reali mentis a corpore diſtinctione. 11) Reſponſio ad *Slichtingii* Annotationes in Annotationes de bello, magiſtratu & privata defenſione. Sunt autem tres *Wolzogenii* de hac materia tractatus: primus ſecunda parte Inſtructionis ad utilem SS. literarum lectionem abſolvitur; ſecundus continet Annotationes in Slichtingii Quæſtiones de magiſtratu, bello, & privata defenſione; tertius eſt præſens. Et ſic omnia Bibliothecæ Fratrum Polonorum opera recenſuimus: quam quidem Andr. *Carolus* Memorabil. T. II. 150. opus vocat orco dignum, non prelo. In eam quoque Animadverſiones ſcripſit A. V. qui eſt Andr. *Volanus*, in quibus potiſſimum Spiritus ſancti perſonalitatem, & Chriſti præexiſtentiam, iuxta Arianorum placita adſtruere nititur. Amſtelodami 1681. in fol. De lectione ſcriptorum Socinianorum monent * Theologi noſtri, ad eam non eſſe accedendum, niſi prius exacte calleas doctrinam eccleſiæ noſtræ: cum quibus conſentit Rich. *Simon*. Hiſt. crit. V. T. l. 3. c. 16. Alioqui P. I. de la Biblioth. choiſ. p. 263. teſtimonio *Cyrilli* alexandrini & *Hieronymi* probat, hæreticorum lectionem auctorum poſſe Catholicis eſſe utilem. Idem l. c. Hiſt. crit. V. T. & in Hiſt. crit. de Commentator. N. T. c. 56. 57. diſſerit de ſociniana methodo interpretandi Scripturam ſacram. Vide etiam *Ruarum* Epp. Centur. I. 181. Gottfr. *Arnoldum* in Hiſt. eccl. & hær. P. II. lib. 17. c. 13. & *Cren*. Animadv. P. I. 45. Iam quædam promemus ab aliis notata in hoc opere.

Soci-

* *Stegmannus* in Photin. p. 11. Io. *Fabricius* Syſtem. theol. 103.

…cinus Tomo I. 538. in Prælect. theol. c. 2. Non ſinguli tantum aliqui homines, ſed *integri populi hodie inveniuntur*, qui nullum penitus ſenſum, aut ſuſpicionem divinitatis alicuius habent. Hi ſunt in novo occidentali orbe, *in Braſilia* provincia, ut hiſtorici tradunt.

At de Braſilienſibus ex ipſo *Lerio* & *Teveto* oſtendi poteſt, *eos non eſſe proprie atheos*, cum & ſacerdotes ac prophetas habeant, & animarum immortalitatem, vitamque poſt hanc beatam credant, & dæmones vereantur, & ſuperiorem poteſtatem agnoſcant. I. Lud. *Fabricius* in Apol. pro genere hum. contr. calumn. atheiſmi §. 13. 14. (Opp. p. 137. ſeqq.) qui tandem ſic finit demonſtrationem ſuam: Quid reſtat igitur, quam ut concludamus, *Nullam gentem adeo eſſe efferatam, quin Numen aliquod habeat?*

…m T. II. in Animadv. ad Aſſert. poſnan. Trinitarii inter Filium & Spiritum S. *ſpecificam* conſtituunt *differentiam*. Et ipſi *ſenſui communi* patet, unam numero eſſentiam tres perſonas eſſe non poſſe.

Credo, *Socinum, & quid differentia ſpecifica ſit, & quid ſenſus communis, ignoraſſe.* Quid Dei ſubſtantiam ex ſenſu æſtimat, quo nulla omnium alias, & ne viliſſimæ quidem creaturæ ſubſtantia percipitur? Non enim ipſam, ſed accidentia rerum in ſenſus incurrere, communis eſt philoſophorum ſententia. Theodor. *Hackſpan* in Sylloge diſpp. 282.

…ilzogen Comment. in *Io.* 16, 16. …n græco eſt θεωρεῖτε, *videtis*, …ro, videbitis.

Immo eſt futurum ſecundum, atque ita etiam in græco *videbitis*. Er. *Schmid.* in h. l.

Fauſtus *Socinus*, patricius ſenenſis, Lælii Socini patruelis, plu…is Italiæ Principibus & Magnatibus ſanguine iunctus, opibus poſſeſſionibus ſuis ſponte relictis, in voluntarium, religionis …iſſa, diſceſſit exilium, ac poſt multas perſecutiones vitam finiit

Luclaviciis, in pago provinciæ cracovienſis, A. 1604. æt. 64. Simon *Epiſcopius* Opp. P. II. b. 53. laudat eum, quod *punctim diſputet; largiatur adverſario, quicquid poteſt ſine veritatis & cauſſa praiudicio; ubi premendus eſt, ibi pedem figat, & conſcientiam urgeat; ſcripturis potius, quam hypotheſibus pugnet, & rationibus, non praiudiciis*: Val. *Smalcius* vocat virum incomparabilem: *Moſcorovius* in Socini Opp. T. II. 625. de eccleſiis Vnitariorum optime meritum, item, virum pietate & eruditione percelebrem: *Przipcovius* in eius Vita, quæ Tomo I. Opp. præfixa eſt, viri ingenium & iudicium, memoriam, modeſtiam, manſuetudinem, patientiam, miſericordiam erga egenos, prudentiam, pluresque alias dotes, quibus reſponderit egregia forma, celebrat; ſed G. *Calixto* in Diſſert. de Autorit. eccleſiæ §. 29. dicitur magnus hæreticus & novator. Adverſarios Socinus habuit Andr. *Volanum*, Io. *Palaeologum*, Io. *Niemoiovium*, Iac. *Covetum*, Io. *Cutenum*, Fran. *Puccium*, Eraſm. *Ioannis*, Iac. *Wiekum*, Mart. *Seidelium*, Othonem *Caſmannum*, & præter alios plures anonymum, auctorem *Antiſocini*, qui eſt Innocent. *Gentiletus*. Ad eruditionem non mature, ſed ſerius pervenit. Hinc eſt, quod ſcribit in Epp. p. 669. *Quid exquiſiti iudicii in philoſophicis ac theologicis, iisque difficillimis diſputationibus exſpectari a me poteſt, homine, qui nec* philoſophiam *unquam didicit, nec* ſcholaſticam, *quam vocant*, theologiam *unquam attigit, & ipſius* logicæ artis *nihil niſi rudimenta quadam, idque valde ſero, deguſtavit? Nolo enim te ignorare, pleraſque diſputationes meas ſcriptas a me fuiſſe, cum nondum dialecticæ arti ullam operam dediſſem. — Vt poſthac non mireris, ſi in meis ſcriptis multa deprehenderis minus recte tradita & concluſa.* Plura de Socino tradent *Przipcovius* in eius Vita, *Moſcorovius* in Socini Opp. p. II. 625. *Sand.* Biblioth. antitrinit. 64. & 223. *König* 762. *Relat. innoc.* A. 1701. 178. *Latermann.* diſp. quam G. Calixtus moderabatur, de ſanctiſſ. Trinit. myſter. §. 46. *Arnold* Hiſt. eccl. & hær. P. II. lib. 16. c. 33. §. 16.

Io. *Crellius*, Helmezheimio-francus, ab Ern. Sonero, Med. D. ac profeſſore altorfino, in ſententiis ſocinianis informatus, ad eorum tranſiit coetum, Racoviæque ſcholam eorum rexit, ac poſtea, Valent. *Smalcio* e vivis ſublato, eorundem eccleſiæ præfuit, mortuus A. 1633. æt. fere 43. *Sand.* 115. Scripta eius prædicat *Ruarus* Epp. Cent. I. 163. ipſumque laudat ab ingenii ſolertia, & iudicii maturitate. Cent. II. 187. Adde *König*. 221. & *Arnold*. P. II. 562.

Ionas

Ionas *Slichtingius* a Bucowiets, Eques polonus, paſtor primum Racoviæ, poſtea Luclaviciis, ob editam Fidei chriſtianæ confeſſionem patria proſcriptus, bella literaria geſſit cum Nic. *Cickovio* & Balth. *Meiſnero* ſeniore, obiitque Zelichoviæ in Marchia brandenbrugica A. 1661. æt. 69. Stanisl. *Lubieniecius* in Vita eius, quæ operibus præfixa eſt, *Sand.* 126. *König* 734. *Arnold* P. II. 562. & Matth. *Radecius* apud Crenium P. IV. Animadv. 233. *Fratres Poloni* in ep. ad Senat. claudiopolit. (Part. II. Epp. Ruari p. 316.) vocant eum virum nobiliſſimum, cuius prudentiam atque dexteritatem in adminiſtrandis eccleſiæ negotiis non modo ipſi compertam habeant, ſed & Claudiopolitani comperti ſint.

Io. Lud. *Wolzogen*, auſtriacus, Liber Baro a Tarenfeld, S. Vlrico &c. primum reformatæ religioni, ob quam e patria eiectus fuit, deinde Vnitariorum eccleſiæ addictus, ſcripſit Commentarios ſuos, aliosque libros germanice, quos in latinum tranſtulit Ioach. *Stegmannus* iunior, &, ne lucro operum Fratrum Polonorum officerent, eorum editor illos igne abſumſit, deceſſitque in Sileſia prope Vratislaviam circa A. 1658. ultra 62. annos natus. *Sand.* 37. 162. *Arnold* T. II. lib. 17. c. 13. §. 18.

Elias *Arciſſevius*, pater, Eques polonus, Dominus Smiglæ, eccleſiæque, quæ ibi colligebatur, paſtor, floruit A. 1594. *Socinus* in præf. diſp. de Ieſu Chriſto Servatore (T. II. opp. 120.) appellat virum pium, & in vinea Domini egregium operarium, eundemque ſummum amicum ſuum.

Fran. *Puccius*, nobilis florentinus, aliquando Fauſtum Socinum ſecutus, deinde vero in Angliam, & inde, ob perſecutionem, in Bataviam profectus, Goudæ ſocietatem cum Anabaptiſtis coluit, ibique librum edidit A. 1592. ſub titulo Aſſertionis (Catholiſche Bewährung) de Chriſti efficacia in omnibus hominibus, quatenus ſunt homines. Statuit enim, divinam lucem, quæ Chriſtus eſt, illuſtrare omnem hominem, in mundum venientem, & illuſtrare quidem ſalutariter; adeoque neminem vicinum eſſe periculo damnationis, niſi eum, qui contumaciter operibus tenebrarum eſt deditus, neque luci huic locum dat, ſed eam contemnit. Contra eum, præter *Socinum*, ſcripſit Luc. *Oſiander*. Vide G. *Arnold.* P. II. 318. *König* 668. & *Ittig.* præfat. in Reineccii Böſianiſmum §. 2.

Hieron. *Moſcorovius* a Moſcorow, Eques polonus, antiqua illuſtri proſapia Ducum ſileſiorum de Svidna, Comitum de Dobryce, oriundus, Andr. Dudithii gener, eccleſiæ czarcovianæ fundator & patronus, ad Comitia regni ex equeſtri Ordine ſæpius delegatus, adverſarios habuit Io. *Petricium*, Pet. *Scargam*, Iac. *Garſcium*, Mart. *Smiglecium*, Catecheſin racovienſem in latinum traduxit, & orationem apologeticam pro ſe & reliquis Vnitariis ad Regem & Senatores polonicos ſcripſit, vita hac defunctus A. 1625. *Sand.* 105. F. *Socinus* ſuam cum Eraſmo Ioannis de Vnigeniti Filii Dei exiſtentia habitam diſputationem ei dedicavit, laudans illum non ſolum ab eruditione atque ingenii & iudicii acumine, ſed etiam a candore & ſinceritate, vitæque puritate & ſanctitate.

Andr. *Volanus* floruit circa finem ſeculi XVI. & ſcripſit Orationem ſive Conſilium de bello contra Turcas movendo: Defenſionem ſententiæ de vera Chriſti præſentia in S. cœna, contra Pet. *Scargam*, & Fran. *Turrianum*: & Epiſtolam ad Nic. *Paccium*, epiſcopum Kiiovienſem, de S. Trinitate. *Friſius* Epit. Biblioth. Geſner. 50.

Io. *Catenus* fuit miniſter euangelicus, & claruit ſub finem ſeculi XVI.

Io. *Niemoiovius*, Eques polonus, Iudex terræ inowladislavienſis, quod tamen munus depoſuit, cum ad ſacra Vnitariorum accederet, diſputavit inter præcipuos, contra Trinitarios, in colloquio petricovienſi A. 1565. (an vero 1562? *Hiſtor.* reform. polon. 152.) & Lublini cum Ieſuitis *Warszycio* & *Iodoco*, nec non cum *Severino* dominicano A. 1581. edid itque Demonſtrationem de Eccleſia pontificia, quod non ſit apoſtolica, neque ſancta, neque una, neque catholica: Orationem ad Regem Polon. SIGISMVNDVM III. in qua expoſtulat & queritur de eccleſiæ cracovienſis everſione, quæ contigit A. 1591. & tandem obiit Lublini A. 1598. *Sand.* 49.

Iac. *Wiekus*, ſeu *Wuiekus*, natus in oppido Maioris Poloniæ vagrovecenſi, hauſtis in acad. cracovienſi philoſophiæ ſtudiis & theologiæ rudimentis, ad excolendum magis ingenium abiit in Germaniam & Italiam, rediitque ſacerdos, & Societatis Ieſu ordini adſcriptus. Fuit homileta celebris & diſputator acerrimus, trium peritus linguarum, eiusque exſtant concionum Tomi II. & Apologia, itemque Biblia in polonicum ſormonem tranſlata,

cum

cum notis, & alia: ac tandem obiit Cracoviæ A. 1597. *Starovolſcius* de ſcriptoribus polon. 89. *König* 868. Eius liber de Divinitate Chriſti & Sp. ſancti, Bellarmino tribuitur a *Placcio* in pſeudon. 618.

Eraſmus *Ioannis*, hebraicæ linguæ peritiſſimus, primum ſcholæ Rector antverpianæ, deinde, cum ob dogmata a receptis diverſa ſolum vertere cogeretur, Claudiopoli in Tranſilvania apud Vnitarios paſtor eccleſiæ, hac tamen receptus conditione, ne pro ſuggeſtu doceret Filium Dei ante matrem re vera extitiſſe, ſcripſit Antitheſin doctrinæ Chriſti & antichriſti de uno vero Deo, tractatum de cauſis vitæ æternæ, librum de IV. monarchiis, & commentarium in Apocalypſin, vixitque adhuc A. 1586. *Sand.* 87.

Mart. *Smiglecius*, leopolitanus, Societatis Ieſu, theol. D. huiusque & philoſ. in acad. vilnenſi profeſſor, Collegiis pultovienſi, poſnanienſi, caliſſienſi, & Domui profeſſæ cracovienſi præfectus, eccleſiaſtes & diſputator aſſiduus, (res enim ipſi fuit cum *Socino*, *Smalcio*, & *Moſcorovio*) edidit Nodum gordium de vocatione miniſtrorum, & Nova monſtra arianiſmi; ſcripſit etiam de Baptiſmo, de Vſura, & aliis, obiitque A. 1618. æt. 56. *Starovolſcius* 90. *Konig* 760. *Witte* Diar. biograph. O 4.

C. *Franken*, gardelebienſis, Romæ Ieſuita, deinde ſcholæ chmielnic. in Polonia rector, tandem lector Claudiopoli in Tranſilvania uſque ad annum 1590, negavit, Chriſtum divino eſſe cultu honorandum, ſcripſitque Reſponſionem ad *Warkavvicii* ieſuitæ Orationes tres, quibus regem STEPHANVM & Senatores ad Proteſtantes perſequendos excitare laboraverat, & libros contra Trinitatem, quibus ſibi perſecutionem, typographo autem typographiæ amiſſionem procreavit. *Sand.* 86. *Friſius* Epit. biblioth. geſner. 142.

Mart. *Seidelius*, olavienſis ſileſius, nec chriſtianus, nec iudæus, nec mahumetanus, ſcripſit Fundamenta religionis chriſtianæ, in quibus examinat dicta V. Tti in novo allegata, atque oſtendere conatur, ea non agere in ſenſu literali de illis rebus, ad quos ſcriptores novi fœderis tranſtulerint: aliaque in libro iſto extant, religioni chriſtianæ adverſa. Ceterum theologiæ naturali tantum erat deditus, credens, ſufficere, ſi viveret ad normam præceptorum decalogi, non quatenus a Deo erant data Iudæis, ſed quia conveniant cum lumine naturæ conſcientiæ ſuæ indito: negabat etiam, Chriſtum ſeu Meſſiam fuiſſe iam exhibitum, propterea

Digitized by Google

quod non niſi conditionate promiſſus fuerit Iudæis, ſi videlicet futuri eſſent Deo obedientes, quod tamen non præſtiterint: quidquid igitur dicimus credimusque de Ieſu nazareno, id nefarius ille habebat pro fabulis. *Arnold* T. II. 495. *Gundlingiana* T. I. 41. & ipſe *Seidelius* in Socini Opp. T. II. 806.

Iac. *Covetus*, pariſinus, eccleſiæ gallicanæ miniſter baſileenſis, obiit A. 1608. *König* 218. *Socinus* in præfat. T. II Opp. 118.

Fran. *Davidis*, hungarus, antequam ſacris ſe deſtinaret, os linguis neceſſariis, pectusque artium bonarum & philoſophiæ ſanioris præceptis inſtruxit, euangelicæ primum eccleſiæ præfuit, deinde in calviniſmum propendit, denique ſuperintendens ſeu epiſcopus Vnitariorum, contra Trinitarios, uti prius contra Stancarum, acriter diſputavit, poſtea vero in Semiiudaizantium dogmata delapſus, dum doctrinam de Chriſto non adorando ſpargit, a CHRISTOPHORO Batoreo Tranſilvaniæ principe, ut novator condemnatur, Devæque in carcerem coniicitur, ubi A. 1579. animam efflauit. Scripſit etiam Epiſtolam ad eccleſias polonicas de regno Chriſti millenario his in terris, & antagoniſtas habuit G. *Blandratam* ac F. *Socinum*. *Sand.* 55. *König* 237. E. S. *Cyprianus* in pent. Diſſert. acad. 97. *Arnold* P. II. 410. *Czuittinger* Specim. Hungar. liter. 113. *Socinus* T. II. Opp. 710. 711. ubi ſe defendit contra calumniam, qua culpa calamitatis Franciſci Davidis in ipſum transferebatur.

Petr. *Statorius*, alias *Stoinius*, vel *Stoinski*, (quod nomen cum iure nobilitatis adeptus eſt) Eques polonus, primum luclavicienſis, deinde racovienſis Vnitariorum paſtor, adverſarios habuit *Radziminium*, *Farnovium*, *Wiſnovium*, Gregor. *Zarnovecium*, & *Smiglecium*, & obiit A. 1650. vix quadragenarius. *Sand.* 92.

Ioach. *Stegmannus*, iunior, paſtor eccleſiæ Vnitariorum Claudiopoli in Tranſilvania, variis caſibus iactatus, ſcripſit non tantum contra Io. Andream *Schubertum*, eiusque præſidem Io. Paul. *Felvvingerum*, ſed & ſuæ religionis homines, videlicet *Slichtingium* de lotione pedum, & *Przipcovium* atque *Zvvickerum* de Magiſtratu politico, vitæque caducæ finem vidit A. 1678. ætatis circiter 60. *Sand* 161.

Pet. *Morſcovius* a Morſcow, Eques polonus, inter Vnitarios fuit paſtor eccleſiæ lachovecenſis, tum crelovienſis, & tandem czarcovi-

covienſis, claruitque adhuc A. 1536. & ſcripſit, latente vero ſuo nomine ſub hoc anagrammate, *Veri promus cuſtos*, Politiam eccleſiaſt. (Agendam vulgo vocant) ſive formam regiminis exterioris eccleſiarum Vnitariorum. *Sand.* 141.

Stanisl. *Lubieniecius* de Lubienietz, Chriſtophori filius, natus Racoviæ, Eques polonus, paſtor eccleſiæ lublinenſis in Siedliski, poſt czarcovienſis, fecit hymnum in Symbolum apoſtolicum, ſub nomine *Bruti* Morientis Poloniæ conſervandæ rationem certiſſimam, Theatri cometici tomos II. eiusque Exitum, & ſcripta contra Dan. *Lagum*, Io. *Latermannum*, & Hier. *Mulmannum*, ac plura alia, tandemque deceſſit in exilio, non ſine veneni ſuſpicione, Hamburgi A. 1675. æt. 52. *Auctor eius vitæ* 1. *Sand* 165. *Moller* P. II. Iſag. in Hiſtor. cimbr. 105. *Arnold* P. II. 56 . E. S. *Cyprianus* Pentad. Diſſert. 113. & Auctor *continuat. Hiſtoriæ* reformat. polon. 278.

Andr. *Wiſſovvatius*, a Szumki, Eques polonus, natus in Lituania, F. Socini ex filia nepos, paſtor eccleſiæ Vnitariorum diverſis in locis, obiit Amſtelodami in exilio A. 1678. æt. 70. Vitam eius deſcripſit *anonymus* quidam in epiſtola, quæ extat in Biblioth. antitrinit. Sandii p. 219. Ipſe autem Wiſſowatius ex ingenii ſui penu depromſit Stimulos virtutum, fræna peccatorum: Diſſertatiunculam de vera hominis beatitate conſectanda: Diſcurſum de vita æterna: Colloquium charitativum de religione cum Romano-catholicis habitum in arce Roznow, multaque reliquit MSSta, inter quæ ſunt Exercitationes theol. de Controverſiiis generalibus, contractis per *Walenburgios*. *Sand.* 145. *Benthem* de ſtatu eccleſ. & ſcholar. batav. 896.

Mich. *Gittichius*, venetus, paſtor Nouogrodeci in Lituania apud Vnitarios, ſed a Rege Poloniæ inde expulſus, obiit A. 1645. & ſcripſit contra *Lucium* de ſatisfactione, nec non contra *Grauerum*. *Sand.* 108.

Georg. *Blandrata*, ſalucienſis italus, Ticino elapſus ivit Genevam, & inde in Poloniam; ubi Senior factus eccleſiarum diſtrictus racovienſis, Calvini perſecutione venit in Tranſilvaniam, triumque Principum archiater & conſiliarius intimus conſtitutus, vitam mortalem depoſuit A. circiter 1586. & quidem, ſi relationibus credendum, a fratruele, quem heredem conſtituerat, ſtrangulatus in lecto. *Sand*, 28. *König* 113. E. S. *Cyprianus* Pent. diſſert. acad. 96.

96. Pugnavit ſcriptis cum Fran. *Davidis*, *Calvino*, *Socino*, & Pet. *Melio.*

Ioach. *Paſtorius* ab Hirtenfeld, Eques polonus, & Hiſtoriographus regius, multis ſcriptis, ut Floro polonico, Peplo ſarmatico, Tacito germano-belgico, Bello ſcythico-coſaccico, orationibus II. de præcipuis Hiſtoriæ auctoribus, celebris, floruit medio ſeculo XVII. & ultra, tandemque in magna perſecutione a Polonis contra Vnitarios exercita, ab hiſce tranſiit ad Romano-catholicos, fortaſſe quod illius vim perferre ac ſuſtinere nequiret. *Sand.* 149. *Arnold* P. II. 564.

Andr. *Dudithius*, ab Horehouitza, Dominus in Smigla, Budæ in Pannonia natus, *Sbardellatus* dictus a gente materna, trium Imperatorum, FERDINANDI I. MAXIMILIANI II. & RVDOLPHI II. conſiliarius & orator, Epiſcopus primo tinnienſis, dein chonadienſis ſeu genadienſis, & tandem quinqueeccleſienſis, qui & tridentino concilio, Cleri regni hungarici nomine, interfuit, cultor ſtudiorum mathematicorum ſingularis, tantusque tullianæ eloquentiæ admirator, ut totum Ciceronem ter manu propria deſcripſerit, vir ingenio, iudicio, prudentia, facundia, multoque rerum uſu & corporis forma præſtans, Straſſiæque virgini, ſuæ poſtea uxori, in ſomnio plane eo, quem gerebat, vultu, quum adhuc epiſcopus eſſet, exhibitus, a Romano-catholicis ad Reformatos tranſiit, poſtea vero propter eorum acerbitatem ab hiſce ad Vnitarios, horumque ſententiam ad obitum usque, qui contigit A. 1589. ætatis ipſius 56, profeſſus eſt. Præter Epiſtolas, quales etiam extant in Laur. *Scholzii* Epiſtolarum philoſoph. medicinalium ac chymicarum volumine, ſcripſit Poëmata, Commentariolum de cometarum ſignificatione, & Diſſert. novas de cometis, Monita politica, Vitam cardinalis *Poli*, Orationes 2. nomine epiſcoporum Hungariæ in concilio tridentino habitas. *Sand.* 62. Stan. *Lubieniecius* in Hiſtor. reformat. polon. 221. 226. *Magirus* 296. *Thuanus* lib. 69. p. 314. & l. 104. p. 499. *Ruarus* Epp. P. I. 443. *Relat. innoc.* A. 1711. 128. & *Czwittinger* Specim. Hungar. liter. 125.

XII.

Sam. PRZIPCOVII Cogitationes ſacræ, cum Tractatibus varii argumenti. Eleutheropoli 1692. Hoc opere, quod quædam quaſi

quaſi continuatio eſt Bibliothecæ Fratrum Polonorum, certe ad illam referri poteſt, continentur 1) Cogitationes ſacræ ad initium *Matthaei*, (videlicet a capite I. usque ad capitis VI. verſum 24.) & Epiſtolas apoſtolicas, excepta ea, quæ eſt ad Ebræos, cum Reſponſione ad Notas amicas, id eſt Andr. *Wiſſovvatii*, Cogitationibus in epiſt. ad Coloſſ. oppoſitas. p. 1. 196. Cogitationes in primam Servatoris concionem, ſcripſit auctor in exilio A. 1663. ſcriptoque huic titulum *Cogitationum* dedit ideo, ne quis lectorum putaret, ipſum in iis plenam, & cui nihil addi poſſet, ſacrorum librorum explicationem polliceri. 2) Diſſertatio de pace & concordia eccleſiæ, antehac edita ſub nomine *Irenai Philaletbi*. A. 1628. p. 375. De quo *Placcius* in pſeudon. 497. Hæc fuit primum ingenii auctoris, quum XIIX. annos natus Lugduni Batavorum ſtudiis operam navaret, tirocinium, cuius ſcopus eſt, evincere, Vnitarios, ſi cum iis ſentire non libet, ſaltem tolerandos eſſe; adeoque diſſerit de ſorte veritatis & innocentiæ: de neceſſariis ſcitu de Deo & Chriſto, fideique partibus: amorem erga Deum & Chriſtum ſincerum ad ſalutem ſufficere, eumque in errantibus eſſe poſſe: quamvis fides & Spiritus S. ſint Dei dona, ea tamen etiam errantes habere poſſe: ſolam inobedientiam & incredulitatem excludere hominem a ſalute æterna, non nudos mentis errores: ad ſalutem ſcitu neceſſaria eſſe pauca & ſimpliciſſima; tale vero non eſſe vulgatum dogma de Trinitate: in hac vita non dari perfectam Dei myſteriorumque divinorum cognitionem, ſufficereque ad ſalutem fidem, ſpem, caritatem: Socinianos non ambitionis, avaritiæ, voluptatum, aut ſuperſtitionis gratia ita ſentire, nec ulla malitia peccare, ſed nuda ſalutis ſuæ cura: Scripturæ auctoritatem auctoritati Eccleſiæ præferandam: *Calvini* fatalem prædeſtinationem peiorem eſſe negatione Trinitatis: hæreticos, ſeu diſſentientes citra impietatem & inobedientiam, tolerandos, verosque hæreticos eſſe, qui Spiritui S. per ſcripturam loquenti reſiſtunt. Auctor præfationis agit de reformatione Eccleſiæ, & via ad ſalutarem Dei & Chriſti cognitionem, dicens, illam non humano ingenio, vel quantacunque etiam, eruditione ſcholaſtica, ſed ſola Dei voluntate gratioſa niti; hanc vero in eo conſiſtere, ut agnitis mentis tuæ tenebris, humiliter & devote legas ac mediteris ſacras literas, petens cum cœco illo *Mar.* 10, 47. a Chriſto illuminationem

 his

his aut ſimilibus verbis: *Da Domine, ut videam.* 3) Apologeticon adverſus Satyram Dan. *Heinſii*, cui titulus: Cras credo, hodie nihil. A. 1644. p. 387. Prodiit eodem fere tempore, quo prius ſcriptum. *Auctor præfationis* in hæc Przipcovii opera, *Satyram* iſtam vocat *mordacem, & ſcurriliter facetam, ubi* (Heinſius) *proterve deſpuerit, & omnem* animi virulentiam evomuerit in integerrimos viros, Hollandiæ Ordines, A. 1618. a clavo Reip. reiectos, & *Vtenbogardum, Epiſcopium*, aliosque, quos eadem procella proſtraverat. Addit, *Przipcovium* iuvenili, ſed modeſto impetu ita ſenis purulentam compreſſiſſe maledicentiam, ut tela in bonorum innocentiam contorta, repercuſſa leviter, in auctorem ſuum reſilierint. 4) Apologia pro IANVSSIO RADZEVILIO. p. 403. Scripta in patria poſt obitum illius, S. R. Imp. Principis, Ducis Birſarum & Dubincorum &c. Palatini quondam vilnenſis, & Exercituum magni Ducatus Lituaniæ Supremi Generalis, a quo culpam calamitatum publicarum, quæ Lituaniam oppreſſere, & clandeſtini cum hoſtibus conſilii & conſpirationis amolitur. 5) Panegyricus VLADISLAO SIGISMVNDO, Regi Poloniæ & Sueciæ dicatus. A. 1633. p. 405. Vbi clementiam eius in diſſentientes, & quæ inde commoda in Remp redundent, magnis præconiis extollit. 6) Vita F. Socini. A. 1636. p. 417. 7) Diſſertatio F. Socini operibus præmittenda. A. 1636. p. 427. Quæ & præmiſſa eſt. 8) Iudicium de libello, Ordinibus regni Poloniæ a P. Nic. *Cichovio* oblato. p. 437. Cuius titulus erat: Adhortatio ad Ordines regni, ut Conſtitutionem adverſus Arianos urgeant & exſequantur. Sicut igitur in hoc libello *Cichovius* claſſicum cecinit contra Vnitarios, atque eorum proſcriptionem promovit, ita auctor noſter, iam in exilium eiectus, ſub larva papicolæ cuiusdam (vocat enim ſe *ſincerum & antiquum Catholicum*) cauſſam illorum tuetur, quamque indignis modis, contra patrias leges, cum ſuis expulſus ſit, oſtendere ſatagit. 9) Apologia afflictæ innocentiæ ad FRIDERICVM WILHELMVM, Electorem brandenburgicum. A. 1666. p. 451. 10) Hyperaſpiſtes, ſeu Defenſio præcedentis Apologiæ. A. eod. p. 451. In qua opiniones & errores iudaiſmum redolentes, aut ſaltem ei propiores, atro calculo notantur, adeoque oſtenditur, Dominum noſtrum I. Chriſtum non per metaphoram, ſed proprie dictum *filium Dei* cenſeri debere:

eun-

Digitized by Google

eundem, proprie loquendo, eſſe & vocari filium Dei *unigenitum*: eumque *genitum ex eſſentia Patris*: *duas in Chriſto* eſſe *naturas*, humanam & divinam: filium Dei, nunc in cælis regnantem, non humanam, ſed cæleſtem ac divinam naturam habere, ideoque *divinam ſubſtantiam*, & *natura Deum* vere ac proprie dici poſſe, ac debere: denique regnum Chriſti, Deo patri ſubordinatum & ab eo dependens, æternum ac perpetuum eſſe; temporarium autem eſſe abſolutum illud in Eccleſiam. 11) Animadverſiones apologeticæ in aculeatum Io. Amoſi *Comenii* adverſus eccleſias recens in Polonia afflictas libellum, cui titulus, Admonitio de Irenico Irenicorum. p. 475. 12) Reſponſio ad ſcriptum Georg. *Nemiricii*, ſuccamerarii kiovienſis, cunctos in Polonia ad amplectendam græcanicæ eccleſiæ religionem, ad quam ipſe tranſierat, adhortantis. p. 533. Vbi de notis eccleſiæ agit, deque neceſſitate privato iudicio utendi, item de impedimento reformationis, quod eſt conſcientiarum inter ipſos Reformatos oppreſſio. 13) Demonſtratio, quod neque Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti per metaphoram pater, neque Filius eius unigenitus per metaphoram filius dici queat, aut debeat. p. 597. 14) Religio vindicata a calumniis atheiſmi, contra epiſtolam F. M. p. 600. Qui fortaſſe extremus eius labor fuit. 15) Animadverſiones in libellum (Dan. *Brenii*) cui titulus, de qualitate regni Domini noſtri Ieſu Chriſti. p. 619. In quibus aſſerit, etiam chriſtiano terrenas dominationes convenire. 16) De iure chriſtiani Magiſtratus, & privatorum, in belli pacisque negotiis. p. 683. Vbi ſententiam, etiam chriſtiano licitum eſſe ad clavum reip. ſedere, ſupplicia capitalia irrogare, bellum gerere, & ſub militia merere, defendit. 17) Apologia amplior tractatus de Iure chriſtiani magiſtratus. p. 737. Contra Ioach. *Stegmannum* iuniorem, qui, ut auctor præfat. in hæc opera loquitur, cerebroſo & ſtomachoſo ipſum ſcripto oppugnaverat. 18) Vindiciæ tractatus de Magiſtratu contra obiectiones Dan. *Zuvickeri*. p. 853. De quibus poſterioribus ſcriptis, inde usque ab Hyperaſpiſte, prædictus auctor præfationis ſic iudicat, ea non triviali, ieiuna ac ſterili, ſed maſcula & frugifera eruditione refertiſſima eſſe, illuſtri documento, quantum differat mens rebus agendis longoque uſu exercita, ab animis domi ſuæ ſitu ac pituita ſua ſemper marcentibus, quibus iudicii acies hebeſcat.

Sam. *Przipcovius* de Przypcowice, Eques polonus, Principis *Radzivilii*, Regisque Poloniæ, ac poſtea etiam Electoris brandenburgici conſiliarius, per exilium ad extremam redactus egeſtatem, (de quo vide ipſius Epiſtolam, præfationi Operum inſertam) verbis magiſtri minime addictus, verum libere a ſociis eius, quam profitebatur, religionis diſſentiens, ſed & illis propterea inviſus, denique condemnandus iudicatus, ab ipſo etiam Electore, quamvis invito, expulſus, obiit in Pruſſia, anno, ut videtur, 1670. ætatis 78. Auctor præfationis ſcriptis eius tribuit admirandam rerum maieſtatem, veræ ſapientiæ medullam, entheos animi ſenſus, & profundam eruditionem. Eiusdem meminit *Ruarus* Epp. P. I. 166. 168. laudatque Diſſertationem de pace & concordia eccleſiæ, nec non Panegyricum. His adde *Acta erudit.* A. 1692. 414. *Sand.* 123. *Lubieniecium* Hiſt. reformat. polon. 278. *Auctor præfat.* reprehendit vulgarem hanc opinionem, nemini, niſi theologo, fas eſſe tractare theologiam, deinde in laudes it Przipcovii, & quo ordine ſcripta ſua lucubraverit, quidque in iis contineatur, & quis ille fuerit, recenſet.

Dan. BRENII Opera theologica. Amſtelædami 1664. Comprehenduntur autem iis 1) Annotationes in V. & N. T. excepto Salomonis Cantico canticorum, non quod de divina eius auctoritate dubitaret, ſed quoniam nulla inde loca in N. Tto allegantur, quæ ipſi clavem interpretandi ſubminiſtrarent. Præmittitur Introductio brevis ad intellectum ſacrarum literarum. 2) Tractatus de regno eccleſiæ glorioſo per Chriſtum in terris erigendo. Intelligit autem regnum ſpirituale, & plane alterius naturæ, quam ſunt regna huius mundi; neque illud ab hominibus, aut ulla ope humana, verum ab ipſo Chriſto immediate originis ſuæ principium habiturum. A. 1657. 3) Tractatus de qualitate regni Chriſti, contra Sim. *Epiſcopii* librum, cui titulus, An homini chriſtiano conveniat, officium magiſtratus gerere? A. 1657. Docet autem *Brenius* in hoc ſuo tractatu, Chriſtianorum felicitatem atque eminentiam in hoc mundo non in mundanis divitiis, honore, dominio, bellis, victoriis &c. conſiſtere, ſed omnia iſta ſpirituali modo in veris & ad perfectionem adſpirantibus Chriſtianis locum habere debere. 4) Reſponſio ad docti cuiusdam viri in libellum modo dictum Animadverſiones; quæ quamvis non integræ com-

pa-

Digitized by Google

pareant, examen tamen earum ita eſt inſtitutum, ut obiectionum vis & controverſiæ ſtatus ex ipſa reſponſione cuivis poſſit innoteſcere. 5) Amica diſputatio contra Iudæos. In qua non virulentis calumniarum aut conviciorum telis, ſed rationibus ex libris propheticis depromtis pugnatur. Quodſi autem nonnullas verborum propheticorum explicationes ibi offendes, quæ cum ſenſu ſcriptoris noſtri in Annotationibus expreſſo non conveniunt, ſcito, hunc illis præferendum, adeoque auctoris ſententiam genuinam ex Annotationibus æſtimandam eſſe. 6) Dialogus de veritate religionis chriſtianæ. 7) Incerti auctoris Brevis eiusdem veritatis demonſtratio. Et hæc tamen Dialogo illo eſt verboſior, auctoremque agnoſcit Ioach. *Stegmannum* iuniorem, indicante *Sandio* p. 136. Editor horum operum eſt Fran. *Cuperus*, cui etiam debetur Præfatio, & Introductio ad intellectum ſacrarum litterarum.

Dan. *Brenius*, harlemenſis, Epiſcopii diſcipulus, in Annotationibus multa petiit e Wolfg. *Muſculo*, & *Sandius* p. 148. refert, Andr. *Wiſſovvatium* ex illis formaſſe Scrupulos, nondum editos. Ceterum de Brenio eiusque ſcriptis vide Rich. *Simon.* Hiſt. crit. V. T. l. 3. c. 16. & de præcip. commendat. in N. T. c. 57. p. 862. *Sandium* 135. & Gottfr. *Arnold.* P. II. 564. Nec Brenius tamen, nec Cuperus, ſocinismum palam ſunt profeſſi. Scripſit etiam Speculum chriſtianarum virtutum, Compendium theologiæ eraſmicæ, & 2. Epiſtolas ſuper quæſtione de Magiſtratu, quibus ſententiam ſuam exponit de officio Magiſtratus in homine chriſtiano, docens, ſe non ſtatuere, quod nullus paganus, aut nemo chriſtianorum, magiſtratum aut imperium coactivum gerere poſſit debeatve, ſed ſe tantum de illis loqui chriſtianis, qui ad perfectionem chriſtianam pervenerint, aut tendant, obiitque A. 1664. æt. 70.

Fran. *Cuperus*, batavus, Brenii ſorore genitus, bibliopola, ut videtur, amſtelodamenſis, edidit contra Spinoſæ Tractatum theologico-politicum Arcana atheiſmi revelata A. 1676. 4.

XIII.

THOMÆ aquinatis Summa theologiæ, in qua (ut titulus habet) quidquid in univerſis Bibliis habetur obſcuri, quidquid in

in veterum Patrum (ab ipſo naſcentis eccleſiæ initio) monumentis eſt doctrinæ notabilis, quidquid denique vel olim vocatum eſt, vel hodie vocatur ab hæreticis in controverſiam, id totum explicatur. Coloniæ 1622. Prodiit cum alias, tum vero etiam Venetiis 1490. Antverpiæ 1585. Coloniæ 1604. Duaci 1614. Pariſiis 1631. Lugduni 1702. & Patavii in typographia Seminarii in 12. tom. XII. quæ ultima editio habetur pro optima, politiſſima, & accuratiſſima, deque ea legi poteſt *Giornale* de' letter. d' Italia T. XV. 456. Translata quoque eſt in græcam, arabicam, & chinenſem linguam, eaque horum populorum eruditi non ſine emolumento utuntur. Omnia autem Aquinatis opera lucem viderunt Romæ A. 1570. tomis XVII. (quæ editio, ut emendatiſſima, laudatur a Phil. *Labbeo* de Scriptor. eccleſ. T. II. 420.) Venetiis 1594. tom. XIIX. totidemque per Coſmum *Morellus* Antverpiæ 1512. *Struve* Biblioth. philoſ. 17. Ioannes *Launoius* aliquando dubitare cœpit, an hæc Summa eſſet Thomæ aquinatis; ſed Natal. *Alexander*, omnino illius eſſe, contendit, nititurque teſtimoniis *Aegidii* romani, & Nic. *Trivetti*. Vide *Veielii* Diſſert. iſagog. 104. Idem cum Alexandro agit *Du Pin* T. X. 76. Summa iſta tres habet partes, & Secunda duas, quarum prior *Prima Secunda*, poſterior *Secunda Secunda* appellatur. In Prima parte agitur de doctrina ſacra, Deo, creatione rerum, ac ſpeciatim de angelis & hominibus, Deique gubernatione: in Prima Secundæ de ultimo fine humanæ vitæ, deque virtutibus & vitiis in genere: in Secunda Secundæ, quæ vel *Launoio* teſte in Epp. p. 552. a re vera Thomæ eſt, de virtutibus & vitiis in ſpecie: in Tertia de Chriſti incarnatione, & iis, quæ ipſe egit atque paſſus eſt, de ſacramentis & reſurrectione, iisque, quæ eam conſequuntur. Cum vero Thomas hanc partem, utpote morte abreptus, perficere non potuerit, ſed in doctrina de Pœnitentia ſubſtiterit, hinc *Supplementum* huius tertiæ partis, adornatum a *Petro alvernienſi*, ex eiusdem auctoris ſcripto, in quartum librum Sententiarum, excerptum hic ſubiicitur. Supplementum excipit *Emendatio eorum erratorum*, quæ librariorum aut typographorum incuria in Summa Theologiæ S. Thomæ hactenus admiſſa reperiebantur, facta a Franciſco *Garcia*. Præterea ad calcem totius operis acceſſerunt 1. *Indices V.* quorum primus indicat loca Scripturæ in hoc opere explicata; ſecundus locos communes, qui hic tractantur; tertius res ac doctrinas notabiles; quartus

tus dogmata controverſa; quintus eſt homileticus, oſtendens, quomodo Thomæ doctrina ab oratoribus ſacris ad explicationem textuum dominicalium & feſtalium adhiberi poſſit. 2. Auguſt. *Hunnai de Sacramentis eccleſiæ* axiomata, eiusdemque *Catechiſmus catholicus*, antehac unico ſchemate comprehenſus, nunc autem recognitus, & in libelli formam redactus, cum Remiſſionibus ad Summam Thomæ. Equidem Franc. *Garcia* putat, Thomam Moralia ſua, quæ in Prima Secundæ partim, partim in Secunda Secundæ habet, ex *Vincentii* bellovacenſis Speculo morali petiviſſe; ſed *Thomaſius* de Plagio lit. n. 561. contrarium ſtatuit eo, quod Thomas XV. integros annos ante obitum Vincentii primariam cathedram rexerit Pariſiis. *Du Pin* non audet ſententiam hac de re ſuam dicere, & cuivis iudicandi libertatem permittit. p. 71. Et I. G. alius Doctor ſorbonicus dans la Critique abreg. des ouvrages des aut. eccleſiaſt. negat Speculum morale auctorem habere Vincentium bellovacenſem, ſed iuniorem alium. (*Act. erud.* A. 1717. 257.) Interim Thomam maximum plagiarium fuiſſe, Io. *Launoius*, teſte Ancillonio dans le Melange crit. P. II. 329. oſtendere niſus eſt: eumque mala fide citaſſe Patres, annotat idem *Launoius* in Epp. p. 1. & ſeqq. itemque *Du Pin* T. IV. Bibl. nov. des auteurs eccleſ. p. 45. & in Hiſt. diſc. eccleſ. 372. *Antonius* autem *Senenſis*, qui citationes locorum cum S. ſcripturæ, tum aliorum auctorum, in Thomæ Summa confuſe occurrentes, ſæpe etiam ab aliis factas, emendavit, (*Placc.* de *Pſeudon.* 589.) eas vero, quæ nunc in Tertia parte apparent, ipſe ſolus collegit & adiecit, in præfatione, quæ primæ Parti præmittitur, inter X. notabilia hoc affert, 1. Thomam ſæpe referre auctorum ſententias, non verba. 2. Plurimos antiquorum auctorum libros nunc aliter, quam olim, eſſe diſtinctos. 3. Aliquorum librorum titulos a poſteris fuiſſe immutatos. 4. Sæpe teſtimoniis aliorum, vel maioris declarationis, vel memoriæ lapſu, aliquid de ſuo addidiſſe. 5. Ex diverſis partibus ſub unius duntaxat libri nomine nonnunquam teſtimonia citaſſe diverſa. 6. Sæpe ab aliis citata ſimiliter retuliſſe, nec omnia in proprio inſpexiſſe fonte. 7. Multa amanuenſium & typographorum vitio depravata eſſe. De laudibus, quas *Drexelius* & alii Summæ Thomæ tribuunt, videatur *Pope-Blount* p. 414. *Sixtus* Sen. l. 4. B. 5. p. 384. ait, eum quatuor in ſe implacabiliter pugnantia indiſſolubili pacis vinculo coniunxiſſe,

Digitized by Google

xiſſe, videlicet *copiam, brevitatem, facilitatem* & *ſecuritatem*, per ſecuritatem intelligens illam, qua in eius lectione lector omni ſuſpicione erroris liber, citra ullam offenſam tutus & ſecurus expedito gradu exſpatiari poſſit, veluti per viam regiam, communi ecclesiaſticorum Patrum inceſſu tritam, longe a deviis illis particularium ſectarum ſemitis ac diverticulis, quæ ſæpe incautos abducant in ambages inextricabiles, & errores irremeabiles. Sed tantam, credo, excellentiam ne quidem ipſe ſibi tribuit bonus Thomas, neque alii facile eidem tribuerunt. Immo *in eo maxime culpandus eſt*, (verba ſunt *Quenſtedii* de patriis viror. illuſtr. 389.) *quod non tantum philoſophica principia, ſed philoſophorum verba & placita ad concluſiones theologicas audacter adplicat; quod vel ipſi pariſienſes Magiſtri in eo improbant.* Nunc depromenda ſunt, quæ viri eruditi hac in Summa obſervarunt, notaruntque.

P. I. quæſt. IIX. art. III. p. 14. Sed contra eſt, quod *Gregorius* dicit ſuper *Cant. canticor.* quod Deus communi modo eſt in omnibus rebus præſentia, potentia, & ſubſtantia.

Hic locus *non reperitur* in Gregorio magno. *Ancillon* Mel. crit. P. II. 333. At quid ſi in *Gregorio nyſſeno*, qui illum in librum commentatus eſt? Immo in noſtræ editionis margine citatur *Gregorii M.* homilia 8. in Ezechielem, parum ante medium.

P. ead. quæſt. XIII. art. XI. p. 27. Hoc nomen, *Qui eſt*, triplici ratione eſt maxime proprium nomen Dei: 1. propter ſui ſignificationem. 2. propter eius univerſalitatem. 3. propter eius ſignificationem.

Iſta ſubtilius excogitata videntur; ſaltem parum ſolida ſunt: præſertim cum non ſit re vevera ſcriptum, Sum qui ſum, ſed, *Ero, qui ero:* quidquid tandem his verbis indicare Deus voluerit, h. e. ſive curioſam Moſis interrogationem ſimpliciter reiicere, ſive præſentiam ſuam ipſi promittere, ſive ex operibus ſuis, qualis ſit, apparriturum eſſe docere. C. *Vorſt.* in Notis ad diſp. II. de Deo p. 168.

Vnus

P. ead. quæſt. LXXIV. art. III. p. 133. Dicitur *unus dies* in prima diei inſtitutione (Gen. 1, 5.) ad deſignandum, *quod 24. horarum ſpatia pertinent ad unum diem.*	Vnus dicitur, pro *primus*, Sixt. *Amama* Antibarb. bibl. 175.
Subinde allegavit quædam *e Cyrillo alexandrino* ad probandam poteſtatem pontificiam.	Ea vero loca apud ſanctum illum ſcriptorem non reperiri, fuſe oſtendit Io. *Launoius* ep. I. p. 1. & ſeqq. Sed & memoria recolendum, quod paulo ante diximus de citationibus marginalibus

Thomas, ex illuſtri Comitum de Aquino ſeu aquinatium ſtirpe, natus A. 1224. tardioris in ſchola, ut videbatur, ingenii, & paucorum verborum, ideoque *bos mutus* per contumeliam a condiſcipulis dictus, primum Caſini monachus, deinde invita matre ordinem Prædicatorum ſeu Dominicanorum ingreſſus, Alexandri *de Hales* & *Alberti* M. diſcipulus, & Pariſiis cum Bonaventura creatus theologiæ doctor, magna celebritate docuit philoſophiam & theologiam Lutetiæ, Bononiæ, Romæ, Fundis, Fogiis, Piſis & Neapoli, inde *communis doctor*, item *doctor euangelicus*, vel *ſeraphicus*, & *expoſitor lucidus* dictus, vir certe magno ingenio & iudicio, oblatumque archiepiſcopatum neapolitanum ex modeſtia recuſavit, & a GREGORIO X. papa ad concilium lugdunenſe II. evocatus, deceſſit in itinere, non procul a Tarracina, in cœnobio Foſſæ novæ, ubi & exuviæ eius conditæ ſunt, A. 1574. æt. 50. & a IOANNE XXII. P. R. in numerum ſanctorum relatus eſt. *Lexic.* univ. hiſtor. T. IV. p. 546. Quamquam *Hunnæus* in epiſt. dedicat. Summæ Thomæ, annum ætatis ipſius ponat 53. In Magiſtri Sententias commentari cœpit A. 1248. æt 25. Atque hinc factum, ut iuvenis in variis laberetur: quæ tamen progreſſu temporis agnovit & correxit. Quoniam vero Summam ſuam non abſolvit, eam tamen ſubinde emendabat & retractabat, ideo illa pro ultimo & perfectiſſimo eius ſcripto agnoſcitur. *Launoius* ep. 1. p. 1. *Thomas aquinas*, ſcribit *Eraſmus* Roterod. in Rom. 1, 4. *vir non ſuo tantum ſeculo magnus. Nam meo quidem animo nullus recentium theologorum,*

rum, cui par ſit diligentia, cui ſanius ingenium, cui ſolidior eruditio, planeque dignus erat, cui linguarum quoque peritia, reliquaque bonarum literarum ſupellex contingeret, qui iis, qua per eam tempeſtatem dabantur, tam dextre ſit usque. Notat tamen Lud. *Vives* in Comment. ad Auguſtini lib. 2. de C. D. c. 34. eum nimis fuiſſe ariſtotelicum, & res omnem naturæ vim captumque excedentes coëgiſſe naturalibus parere legibus. In argumentorum ſolutionibus aliisque locis multa affert non ſua, ſed aliunde ſumta, ſuppreſſis auctorum nominibus, non malevole tamen, nec ambitioſe, ſed pro ſæculi more. Non nunquam etiam deſtituit eum eruditio & critice ad diſcernendos genuinos libros & ſuppoſititios, nimiusque ſæpe fuit in referendis & ſolvendis dubiis, ut bene obſervat iudicioſus candidusque *Muratorius* nelle Rifleſſioni ſopra il buon guſto P. II. 184. Imagini eius adpingitur columba, Spiritus ſancti ſymbolum, propterea quod ipſum VRBANVS IV. Pont. rom. qui A. 1264. inſtituit feſtum Corporis Chriſti, ob compoſitum illius officium, columba argentea, (ut refert *Gerhardus* L. de S. cœna §. 199. p. 168. a. quæ tamen aurea dicitur in Indice eiusdem tomi gerhardini, v. *Thomas*) donavit. Aliter autem figuram iſtam explicat *Ancillonius* dans le Melange crit. T. II. 330. Plura de Thoma dabunt *König* 804. *Baillet* des Enfans celebr. 421. *Magirus* 777. *Pope-Blount* 413. *Labbe* de ſcriptor. eccleſ. T. II. 418. *Olearius* P. II. 203. *Cave* 503. *Quenſtedt* de Patr. illuſtr. viror. 388. *Raſevvizius* in Vorſtellung n. 43. *Bibliothecar.* nulli parti addict. T. I. 961. Ceterum quamvis magni æſtimetur auctor noſter in ſcholis pontificiis, non tamen eam habet auctoritatem, ut ab eo diſſentire non liceat, ſicut id contra Bzovium probat Fr. Dermicius *Thaddaus* in Nitela Franciſc. relig. 35. Præter Summam theologiæ ſcripſit etiam Commentarios in IV. libros magiſtri ſententiarum: Summam cathol. fidei contra gentiles, de cuius ſcopo legendus eſt Card. *Pallavicinus* della perfettion chriſtiana p. 73: Expoſitionem in librum Iobi: item in primam quinquagenam pſalmorum: nec non in Canticum canticorum. Exſtant quoque eius Sermones de tempore, ac de Sanctis: item Commentarius in Ieſaiam. *Place.* de pſeudon. 590. Quamquam hic aliis non videatur genuinus. Sed ſpuria ſcripta ſunt, Expoſitio in euangelium Matthæi, quæ Petri *Scaligeri:* libri IV. de regimine principum, qui *Aegidii* romani: Opus de venerabili

ſacra-

Digitized by Google

ſacramento altaris, quod *Alberti* magni: Compendium theologiæ, quod *Vlrici* de Argentina: Commentarii in Geneſin, Ieremiam & Threnos, in libros Maccabæorum, epiſtolas canonicas, & paulinas, in Apocalypſin, Danielem, atque in Boëthii libros de conſolat. philoſ. qui *Thomæ gualenſis, ſeu anglici*, ſæculo XIV. viventis, eſſe creduntur. Videatur *Gerhard.* Patrol. 604. *Olearius* 204. *Cave* 504. *Cocus* 436. *Du Pin* T. X. 76. Io. *Moller* de homon. 629. & *Placcius* de pſeudon. 589. Io. Georg. *Dorſcheus* edidit Thomam aquinatem Confeſſorem veritatis euangelicæ, & Ioannes *de Ripalda* librum de uſu doctrinæ D. Thomæ pro academiis xaverianis.

Petrus alvernienſis, ſive arvernienſis, de Alvernia, dominicanus, gallus, S. Thomæ diſcipulus, multa eruditione ornatus, auctor & Supplementi Summæ thomanæ, & Commentar. in Ariſtotelem, claruit A. 1280. *Olearius* P. II. 73. *Du Pin* 76. *Lexic.* univ. hiſt. T. IV. 171.

Fran. *Garcia*, vel *Garzia* de Valle, dominicanus, doctor theologus, ac in univerſitate tarraconenſi cathedraticus, A. 1622. publicavit Concionatorem euangelicum, & molitus eſt Catenam omnium in Scripturam commentariorum. *Kænig* 331. & I. Frid. *Mayer* Biblioth. bibl. 83.

Auguſtinus *Hunnæus*, mechlinienſis, doctor lovanienſis, ſcripſit etiam de dialecticis vocum affectionibus & proprietatibus, mundoque vale dixit A. 1578. æt. 57. *Friſius* in Epit. biblioth. geſner. 92. *König* 418.

Antonius *de Conceptione*, ob ſpecialem devotionis affectum, quem erga S. Catharinam ſenenſem habebat, *Antonius Senenſis* dictus, Vimanara-luſitanus, dominicanus, Superiorum licentia per XI. circiter annos hærens Lovanii, ibidemque ad omnes theologiæ gradus promotus, poſtea vero Studii barcinonenſis Regens primarius conſtitutus, compoſuit Bibliothecam Fratrum ord. Prædicat. quæ Lutetiæ Pariſ. prodiit A. 1585. *König* 747. *Placc.* de pſeudon. 589.

XIV.

Gregorii DE VALENTIA Commentaria in Summam D. Thomæ aquinatis. Lutetiæ Pariſiorum 1609. Hoc opus, una cum altero de Rebus fidei ſuo tempore controverſis, a Iuſto &

Ioanne *Overbeciis* donatum fuit G. Calixto, ſicut ſua ipſe manu in fronte Tomi primi teſtatum reliquit. Prius impreſſum fuerat Venetiis A. 1600. Sunt Tomi IV. volumina III. In *primo* tomo tractatur de Deo, angelis & homine: in *ſecundo* de ultimo fine hominis, actionibus humanis, virtutibus ac vitiis in genere, de legibus, & gratia divina: in *tertio* de virtutibus & vitiis in ſpecie: in *quarto* de myſterio incarnationis, & perſona Chriſti, denique de ſacramentis. Subiunguntur tres Indices, unus pro philoſophis, iuxta ordinem curſus philoſophici, qui in ſcholis prælegitur; alter pro concionatoribus, qui præter commotionem affectus auditorum, intellectum erudire volunt ac debent; & tertius controverſiarum fidei. In Præfatione exponit auctor rationem inſtituti ſui, dicens, ſe inſiſtere veſtigiis *Caietani*, atque id operam dare, ut D. Thomæ mentem atque ſententiam exponat, eiusque doctrinam defendat contra eos theologos, qui illam oppugnaverunt; interdum ab eius, ut ut inter ſcholaſticos theologos excellentis, immo & aliorum Thomæ interpretum, ſententia diſcedere; eam vero, quam amplectendam iudicet, ita proponere, ut eam confirmet teſtimoniis Scripturæ & SS. Patrum, & argumenta e ratione depromta ſubiungat; aliorum autem ſententias, ſive ſint ſocii fidei, ſive non, fideliter commemorare.

EIVSDEM de Rebus fidei hoc (videlicet Gregorii) tempore controverſis liber. Lutetiæ Pariſiorum 1610. Qui prodierat Lugduni 1591. Non id ſibi tribuit auctor, ut credat, poſt tot controverſiarum opera a ſe rectius ſcriptum eſſe, quam a quoquam alio: ſed quia utile eſt, extare in eccleſia plures libros diverſo modo conſcriptos, ideo etiam ſuum ait in publicum proferre voluiſſe, præſertim ad mandatum Superiorum, in eoque quæſtiones fidei controverſas, monſtratis fundamentis, preſſe, breviter, & accommodate in primis ad ſcholaſticam diſputandi rationem explicare ſtuduiſſe. Contenta autem huius voluminis ſunt 1) Analyſis fidei catholicæ. p. 1. Vbi ſimul agitur de Eccleſia, rom. Pontifice, Scriptura, traditionibus, & conciliis. Qui liber editus eſt A. 1585. 2) de S. Trinitate libri V. p. 122. editi A. 1586. In quorum poſtremo liber alicuius antitrinitarii, in Tranſilvania excuſus, confutatur. p. 270. 3) de vera Chriſti maieſtate & præſentia, contra Lutheranos ubiquiſtas, libri IV. p. 298. Cum epi-

ſtola

ſtola Fr. *Turriani* eodem de argumento ad auctorem ſcripta. p.301. Edita hæc ſunt A. 1582. 1583. 1584. 4) de rebus controverſis ad materiam ſacramentorum pertinentibus libri XIII. videlicet 1. de numero ſacramentorum novæ legis. p. 439. 2. de efficacia ſacramentorum novæ legis. p. 453. 3. de baptiſmo parvulorum. p. 469. 4. de reali præſentia in ſacramento euchariſtiæ, & de converſione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti libri III. contra Calviniſtas, p. 479. editi A. 1587. Liber III. eſt contra Fortun. *Crellium*, eique ſubiungitur Appendix de Colloquio mompelgartenſi inter Theod. *Bezam* & Iac. *Schmidelinum*. p. 560. 5. de eodem argumento libri alii III. in quibus continetur examen & refutatio præcipui myſterii doctrinæ Calviniſtarum, cum reſponſione ad obiectiones Ant. *Sadeelis* & Fort. *Crellii*. p. 569. editi A. 1589. 6. de legitimo uſu euchariſtiæ in altera tantum ſpecie. p. 633. 7. de S. miſſæ ſacrificio libri II. contra *Lutheri*, *Kemnitii*, *Heerbrandi*, & aliorum ſectariorum doctrinam. p. 660. Quorum primus A. 1580. alter A. 1581. editus fuit. 8. de contritione ex pœnarum timore concepta. p. 840. 9. de neceſſitate confeſſionis. p. 843. 10. de ſatisfactione. p. 862. 11. de ordinis ſacerdotalis & epiſcopalis diſcrimine. p. 879. 12. de indiſſolubili vinculo matrimonii. p. 884. 13. de idololatria libri V. Part. II. p. 1. In quibus cultus S. euchariſtiæ & Sanctorum, ſacrarum item imaginum, ac reliquiarum adverſus ſectariorum, & præcipue Iac. *Heerbrandi* contumelias (ut vocat) defenditur. Editi ſunt A. 1580. 1581. 5) de diverſis aliis materiis libri XI. videlicet 1. de peccato originali. p. 123. 2. de officio proprio Chriſti redemtoris ac mediatoris. p. 151. Editus A. 1585. 3. de vera & falſa differentia veteris & novæ legis, contra fundamentum *Lutheranorum* & *Calvinianorum* doctrinæ. p. 169. 4. de gratia, iuſtificatione, & meritis. p. 183. A. 1576. 5. de prædeſtinatione & reprobatione. p. 205. A. 1574. 6. de ſtatu & votis religioſorum hominum. p. 215. 7. de cælibatu. p. 223. 8. de poteſtate legis humanæ, præſertim eccleſiaſticæ. p. 239. 9. de efficacia excommunicationis eccleſiaſticæ. p. 245. 10. de indulgentiis. p. 250. A. 1587. 11. de purgatorio. p. 272.

Gregorius *de Valentia*, natus Medinæ Campi in Veteri Caſtilia, Soc. Ieſu, multa eruditionis fama florens, miſſus fuit Ingolſtadium, ut theologiam ibi doceret, inde a Pontifice CLEMENTE

IIX. vocatus Romam, doctorque doctorum declaratus. Sed cum aër romanus ſibi non videretur conveniens, veniam petiit atque impetravit abeundi Neapolin, ubi in prædio quodam vitæ finem fecit A. 1603. æt. 54. & quidem, ut *Perroniana* p. 380. narrant, ex mœrore propter diſputationem de gratia. *Förſterus* in Conſil. de ſtud. theol. 429. eum accuſat confuſionis theologiæ cum philoſophia, huiusque cum illa. Vide etiam *König.* 826. *Crenium* in Schultzii Diſſert. epiſt. I. de clar. Marchicis p. 42. & *Lexic. univ. hiſtor.* T. IV. 597. Adverſarios habuit Iac. *Andrea* & Iac. *Heerbrandum.*

XV.

Mart. BECANI Opera omnia. Moguntinæ 1649. Antea prodierant Pariſiis 1635. ſicut eius Opuſcula theologica cum aliquot tractatibus poſt obitum editis ibidem A. 1633. f. Comprehenduntur autem hiſce operibus I. Theologia ſcholaſtica, in qua agitur de Deo & attributis divinis, S. Trinitate, angelis, operibus VI. dierum, homine in ſtatu innocentiæ, beatitudine & actibus humanis, peccatis, legibus, gratia, fide ſpe & caritate, iure & iuſtitia, (ſed hic tractatus non eſt Becani, verum alius magni auctoris quaſi quoddam compendium, lectum tamen & adprobatum, ut p. 398. dicitur, a tribus theol. Doctoribus: tractatus enim a Becano ea de re elaboratus, dum Vienna Moguntiam mittitur, in via intercidit) incarnatione, & ſacramentis. II. Opuſcula, & quidem 1) de deſperata *Calviniſtarum* prædeſtinatione. p. 829. 2) de orthodoxa *Catholicorum* prædeſtinatione. 843. 3) de auctore peccati 849. 4) de auxiliis gratiæ Chriſti ſecundum *Calviniſtas.* 865. 5) de auxiliis gratiæ Chriſti ſecundum *Catholicos.* 869. 6) de circulo calviniſtico, contra Dav. *Pareum.* 873. Nam ſi quærat: Vnde conſtat, Scripturam prophetarum & apoſtolorum eſſe divinam? reſpondere Paræum, quia privatus ſpiritus mihi hoc dicit. Si iterum quærat: unde conſtat, privatum tuum ſpiritum eſſe infallibilem & divinum? eundem reſpondere, quia Scriptura hoc dicit. 7) Quæſtiones calviniſticæ, contra *Pareum.* 879. Scriptum hoc eſt oppoſitum Theſibus *Parei* de peccato, in quibus ille negat Calvinum docuiſſe, Deum eſſe auctorem peccati. 8) Aphoriſmi doctrinæ Calviniſtarum, ex eorum libris, dictis & factis collecti, cum reſponſione ad Aphoriſmos falſo Ieſuitis impoſitos. 885. Prodierat enim

enim libellus cum hac inſcriptione: *Aphoriſmi doctrinæ Ieſuitarum & aliorum aliquot pontificiorum Doctorum*, isque Wittebergam miſſus, a Leonh. *Huttero* adprobatus, ac denuo editus fuit. 9) de officiis angelorum. 8971. Ait, theologos etiam romano-catholicos hac in materia inter ſe diſſentire, in iis videlicet, quæ in opinione ſunt poſita, ſed in reliquis, quæ aut fide, aut certa cognitione tenentur, mire inter ſe convenire. 10) Refutatio XII. propoſitionum Phil. *Mornai*. 917. videlicet in eius opere IV. librorum de Euchariſtia correcto & emendato relictarum: nam poſtquam primum ediderat illos libros, Epiſcopus ebroicenſis plusquam quadringentas falſas citationes obſervaſſe ſibi viſus eſt. 11) de fide hæreticis ſervanda. 923. Negatur in hoc tractatu, Catholico-romanorum doctrinam eſſe, hæreticis non eſſe ſervandam fidem, modo promiſſa, pacta & conventa ſint alias licita & honeſta. Cum Appendice, in qua reſpondetur ad propoſitiones auctoris libelli calviniſtici, cui titulus, *Fœderatorum inferioris Germaniæ Defenſio tertia contra calumniam pacis perturbatæ & penitus rejectæ*. 12) Quæſt. miſcellaneæ de fide hæreticis ſervanda. p. 932. Contra *batavum calviniſtam*, qui diſſuaſit pacem inire Fœderatos Ordines & Regem catholicum, eo quod Pontificii doceant, hæreticis non eſſe ſervandam fidem. Sed hoc negat *Becanus* in eccl. rom. doceri, aut fieri, & combuſtionem Huſſi ex hoc capite nititur defendere, quod promiſſio ſecuritatis non aliter ab Imperatore data ſit, aut dari potuerit de iure communi, quam ſub conditione ſalvæ iuſtitiæ & executionis iuris: Huſſum autem fuiſſe exuſtum propter tentatam fugam, relapſum in hæreſin, & pertinaciam in hæreſi monſtratam. *Vbi tamen*, uti *Curcellæus* videtur Inſtitut. lib. VII. c. 43 p. 625. *ita diſputat, ut videatur potius id facere ad amoliendam tam deteſtandi facinoris invidiam, quam quod vere & ex animo ita ſentiat: adeo multa* (ſic ille pergit) *ipſi excidunt, quibus mentem ſuam prodit.* 13) de antichriſto reformato. p. 945. Contra libellum alicuius calviniſtæ haſſiaci, qui in eo oſtendere conatur, Pontificem romanum eſſe antichriſtum, quia omnes habeat notas antichriſti, 1. enim Deficere a vera fide in multis articulis. 2. Sedere Romæ in eccleſia Dei. 3. Oſtendere ſe, tanquam deum, i. e. tanquam viſibile eccleſiæ catholicæ caput. 4. Extollere ſe ſupra omnem deum, i. e. ſupra omnem ordinem politicum & eccleſiaſticum. 5. Negare Chriſtum, quia doctrinam eius

cor-

corrumpat. 6. Idola colere, quia panem miſſaticum & imagines adoret. 6. Facere falſa miracula Laureti apud ſtatuam Mariæ virginis, & alibi. 8. Imprimere ſubditis characterem, ungendo illos chriſmate. 9. Blaſphemum eſſe in Deum & ſervos eius, qui eccleſiam reformant. 10) Sanctosque Dei perſequi, ut *Huſſum*, *Lutherum*, *Calvinum*, & ſimiles. In omnibus hiſce propoſitionibus refutandis operam ſtudiumque ſuum collocat Becanus. 14) de eccleſia romana. p. 957. Eam in fide non defeciſſe. 15) de triplici cœna, calviniſtica, lutherana, catholica. 962. 16) de communione ſub utraque ſpecie. 978. Hanc negat eſſe præcepti divini. 17) de eadem materia Epiſtola ad Frid. *Balduinum*. 993. 18) de primatu Regis Angliæ. 999. Oppoſitum eſt hoc opuſculum Apologiæ IACOBI Regis Angliæ, in quo negat Becanus, ſive Regi Angliæ ſive alii Regi aut Principi competere primatum eccleſiæ. 19) Refutatio Torturæ Torti, 1019. ſeu contra Sacellanum Regis Angliæ, (qui eſt Lancel. *Andrevvs*, epiſcopus poſtea ciceſtrienſis, deinde elienſis, ac tandem wintonienſis) in qua diſſerit 1. de conviciis, ut vocat, Sacellani, 2. de eius paradoxis, 3. de primatu Regis per eum everſo. Matthæus *Tortus* autem erat Rob. *Bellarminus*. 20) de purgatorio Calviniſtarum. 1027. Vbi 4. tractat quæſtiones, 1. an Calviniſtæ habeant aliquod purgatorium poſt hanc vitam? Quod quidem inde vult deducere, quod *Calvinus* doceat, animas iuſtorum nec in V. T. ſtatim poſt vitam hanc migraſſe in cælos, nec eo migrare in N. T. ſed procul in atrio quodam reſidere usque ad conſummationem ſæculi. 2. Vbi locorum illud ſit? 3. Quomodo differat a Catholicorum purgatorio? 4. Quid agant ibi Calviniſtæ? Fatetur tamen in fine præfationis, hæc a ſe potius inchoata, quam perfecta eſſe, atque ita alium, cum per obitum licebit, ex ſua penu aliquid poſſe adiicere. Vid. etiam *Nihuſii* Suſcitabulum (Wecker) p. 89. 21) de triplici ſacrificio. 1031. Naturæ videlicet, legis, & gratiæ. 22) Examen Plagæ regiæ, ſeu Commentarii (Conr. *Graſeri*) in Apocalypſin. 1053. In quo ille perſequitur VII. epiſtolas, quæ ſcriptæ ſunt totidem eccleſiis; VII. ſigilla, quæ a nemine niſi ab Agno aperiri poterant; VII. tubas, quæ a totidem angelis inflatæ ſunt; & VII. phialas, quæ a VII. angelis effuſæ. His omnibus contineri ait varia plagarum genera, quæ eccleſia nunc patiatur ab antichriſto, & iam ante ab illius præ-

Digitized by Google

præcurſoribus paſſa eſt: & in hunc ſcopum omnia dirigit, ut oſtendat, Papam eſſe antichriſtum. 23) De fide ſervanda. 1059. Contra monachos, qui profugiunt ad Lutheranos & Calviniſtas, ibique uxores ducunt. 24) Privilegia Calviniſtarum. 1064. Eorum numerat XIII. 1. Omnes Calviniſtas ex utero materno naſci ſanctos & heredes vitæ æternæ. 2. Eſſe ſacerdotes. 3. Certos ac ſecuros de ſua iuſtitia, ſanctitate, perſeverantia, prædeſtinatione & vita æterna. 4. Per internam Spiritus ſancti ſuggeſtionem poſſe diſcernere inter ſcripturas canonicas & non canonicas. 5. Errare non poſſe. 6. Habere propriam ac peculiarem doctrinam e cælo miſſam. 7. In ea defendenda poſſe contrarias ac pugrantes ſententias ſequi, cum lubet. 8. Habere proprium ac peculiare purgatorium. 9. Etiamſi quotidie enormiter peccent & flagitioſe vivant, tamen ipſis peccata non imputari. 10. Poſſe igitur impune mentiri & calumniari 11. Poſſe non modo adverſarios, ſed etiam ſeſe mutuo conviciis & maledictis inſectari, ſine ullo ſanctitatis vel ſalutis diſendio. 12. Poſſe Reges ac Principes ſæculares deponere, expellere, occidere, cum ipſis viſum eſt. 13. Nulla lege, vel divina vel humana, obligatos eſſe, ſed ab omni iugo & ſubiectione liberos atque immunes. 25) Quæſt. batavicæ. p. 1076. In Batavum calviniſtam, qui emiſerat librum cum hac inſcriptione: *Apologia pro chriſtiano batavo, non calviniſta.* Negat autem Becanus, Calviniſtas cum Batavo & Lutheranos eſſe euangelicos, Pontificem eſſe antichriſtum, Ieſuitas regicidas, proditores, perduelles, ingratos in Regem Galliæ, Regem Gall. vere fuiſſe catholicum, Catholicos doctrina & factis profiteri, hæreticis non eſſe ſervandam fidem. Et quod ad ultimum hoc caput attinet, VI. quæſtiones eo ſpectantes iisdem verbis repetit ex Qq. ſuis miſcellaneis ſupra memoratis. 26) De primatu Regis Angliæ. 1102. Contra Guil. *Tookerum*, quem ait triplici armorum genere inſtructum eſſe, faſtu, conviciis, eloquentia. 27) de Pontifice V. Tti. 1125. Vbi comparationem inſtituit inter Pontificem & Regem V. Tti, probare laborans, illum huic multis titulis antecelluiſſe, videlicet titulo originis & antiquitatis, familiæ, inaugurationis, unctionis, ornatus, officii, exemtionis, auctoritatis. 28) Tituli Calviniſtarum. p. 1141. Ipſos enim ſe vocare *Euangelicos*, *Reformatos*, *θεοδίδακτους*, *Orthodoxos*: in Helvetia appellari *Zvvinglianos* & *Sacra-*

mentarios; in Germania *Calviniſtas*; in Belgio *Geuſios*; in Gallia *Hugenottos*; in Anglia *Puritanos*; in Bohemia *Picarditas*. 29) Examen Concordiæ anglicanæ. p. 1181. Huius Concordiæ, Becani Diſſidio anglicano oppoſitæ, auctor eſt Rich. *Harris*, ad eamque iam reſpondet Becanus, dicens, ſe in ea deprehendiſſe tria potiſſimum vitiorum genera, 1. calumnias & mendacia, 2. falſas & depravatas citationes, 3. lites & diſſidia inteſtina. 30) De Inſtitutione & uſu SS. euchariſtiæ. 12:3. Eſt reſponſio ad Io. *Sartorii*, miniſtri lutherani, Epiſtolam tertiam. 31) De comparatione eccleſiæ & ſynagogæ. 1209. Vbi rurſus docere ſatagit, eccleſiam non poſſe deficere. Scripta eſt hæc epiſtola A. 1615. 32.) Epiſtola de oratione pro defunctis. p. 1214. Scripta A. 1614. 33) de Invocatione ſanctorum. 1218. Vbi probare contendit, ſanctos in cælo exiſtentes, ſine Dei Chriſtive mediatoris iniuria, pie & cum fructu poſſe invocari, *Gregoriumque*, *Chriſtophorum*, *Hippolytum*, & *Catharinam*, qui a Catholicis habentur pro ſanctis & invocantur, omnino extitiſſe aliquando in rerum natura. 34) Aſſertiones de Vocatione miniſtrorum eccleſiæ V. & N. T. 1230. In quibus agit de ordinaria & extraordinaria vocatione miniſtrorum tam V. quam N. Ti; nec dubitat aſſerere, Miniſtros lutheranos & calvinianos nec ordinaria, nec extraordinaria vocatione legitime vocatos, ac proinde, qui eos audiunt, decipi. 35) De iudice controverſiarum. p. 1235. videlicet in negotio fidei & religionis. Conatur autem VI. argumentis probare, non Scripturam, ſed Eccleſiam eſſe iudicem controverſiarum fidei ac religionis. 36) Apologia pro iudice controverſiarum, contra Helvicum *Garthium*. 1252. Cuius magnum volumen refellendum ſibi ſumit, oſtendere ſuſtinens, multa vitia toto volumine a Garthio commiſſa eſſe, argumenta a ſe propoſita adhuc firma ſtare, Garthii autem obiectiones nullius eſſe ponderis ac momenti. 37) Epiſtola ad Dav. *Pareum* de Actis colloquiorum ſwalbacenſium, & de fide hæreticis ſervanda. 1294. Scripta A. 1610. In qua expoſtulat cum Pareo, quod colloquia ante XI. annos ſecum & cum *Serario* ac *Molhuſino* Ieſuitis habita, iam demum poſt horum obitum, nec ſatis bona fide publicare auſus ſit; alteramque Epiſtolæ partem eidem opponit *Pareo*, in eaque reſpondet ad eius orationem aditialem de fide hæreticis ſervanda, miratus, poſt integrum decennium, quo tacuit Batavus calviniſta, Pare-

Pareum iſtam recoquere controverſiam. 38) de eccleſia Chriſti, itemque de eccleſia romana, quæ eſt Catholicorum, & de reformata, quæ eſt Lutheranorum & Calviniſtarum. p. 1303. Opera auctoris in hoc verſatur, ut oſtendat, eccleſiam Chriſti & romanam viſibilem non poſſe deficere vel errare in fide; reformatam autem eſſe unam, ſanctam, catholicam, apoſtolicam, ſponſam Chriſti, domum Dei, columnam & fundamentum veritatis, habere ſanam & conſtantem doctrinam, habere miniſtros bonæ famæ, legitimeque vocatos, dura fronte negat, immo eam malis artibus propagatam eſſe, impudenter profitetur. 39) de Rep. eccleſiaſtica. 1328. Contra priores IV. M. Ant. *de Dominis* libros de Rep. eccleſ. Agit autem 1. de Chriſto, ſupremo eccleſiæ capite ac monarcha. 2. de primatu Petri, vicarii Chriſti. 3. de primatu Pontificis, ſucceſſoris Petri. 4. de epiſcopis, presbyteris, monachis, & apoſtatis. 40) Manuale controverſiarum ſui temporis. 1386. Proponit autem controverſias V. generum: 1. communes Lutheranorum & Calviniſtarum, 2. Lutheranorum tantum, 3. Calviniſtarum, 4. Anabaptiſtarum, & 5. Politicorum: per Politicos intelligens partim eos, qui politiam pluris æſtimant, quam fidem & religionem, partim, qui quæſtiones movent aliquo ad politiam modo pertinentes. Manuale hoc oppugnarunt Io. Matth. *Mayfart*, El. *Ebinger*, Ægid. *Hunnius*, & Io. *Crocius* Antibecanis ſuis, de quibus *Baillet* tomo I. d' Anti p. 73. Io. *Hülſemann* in Method. ſtud. theol. p 300. prorſus improbat ac reiicit hoc Manuale, ſcribens, plane nullam id fidem mereri: nam controverſiarum ſtatum non recte formari, & perpetuis ubique ſcatere æquivocationibus, eorum etiam negatione, quæ alias vulgo in papatu docentur. Denique 41) tanquam peculiaris tractatus additur Analogia V. ac N. Tti: in qua primum ſtatus veteris, deinde conſenſus, proportio, & conſpiratio illius cum novo explicatur.

Theol. Scholaſt. de Attrib. Dei c. 2. p. 5. Conr. *Vorſtius negat, Deum in ſe eſſe ſimplicem.*	*Nunquam hac generalis negatio* a me traditur. *Immo contraria affirmatio* paſſim in libro meo (de Deo, ſive de natura & attributis Dei) deprehenditur. C. *Vorſtius* in Append. ad Apologet. exeg. p. 197.

Ibid. In Deo præter ſubſtantiam divinam *nulla ſunt accidentia realia*, quæ illi ſubſtantiæ inhæreant, ac proinde nulla realis compoſitio ex ſubiecto & accidente. Ita Auguſtinus, Thomas, & alii paſſim, *excepto Vorſtio.*	Sæpe dixi, *de voce accidentium litigare me nolle. Id.* 196,
Cap. VI. p. 7. Vorſtius docet, *Deum ſecundum ſubſtantiam ſuam non eſſe alibi, quam in cælo.*	*Contrarium aperte in libro meo docetur*, videlicet, Deum ubique locorum revera præſentem eſſe. Tametſi eundem peculiari quodam, h. e. excellenti & glorioſo modo in cælo tantum habitare, iuxta Scripturam ibidem recte aſſeritur. Porro, *quonam ſpeciali modo* Deus in his terris ubique adſit, non temere decidendum puto. *Id.* 194.
Ibid. Vorſtius docet, *ſubſtantiam Dei diviſibilem eſſe*, ac proinde *non eſſe totam in qualibet re minima.*	Prior articuli pars *nuſquam in libro meo* traditur, ſed eius contrarium aperte paſſim aſſero, videlicet, eſſentiam Dei *vere ſpiritualem* atque ἀμεριστον ſeu *indiviſibilem* eſſe. Alter autem articulus non eſt vere meus: tantum enim *in perſona opponentis, ſive inquirentis*, aliquid tale alicubi dicitur. Ex meo autem ipſius ſenſu *ſpecialem inexiſtentia modum* haud temere definiendum eſſe exiſtimo. *Id.* p. 194. 195.
Cap. VII. p. 9. Vorſtius dicit, *Deum in ſe eſſe mutabilem.*	*Contrarium diſerte tradidi*, etiam iis in locis, quæ adverſarius citavit. Immo *abſolutam immuta-*

Digitized by Google

	mutabilitatem inter eſſentiales Dei proprietates ipſe retuli. *Id.* 195.
Cap. VIII. p. 9. Vorſtius *negat*, *æternitatem eſſe indiviſibilem, & totam ſimul.*	*Ambiguitas captioſa* hic latet, quam in Exegeſi c. 12. plenius declarare ſtuduimus. Quodam vero *commodo ſenſu* in æternitate dari ſucceſſionem præteriti, præſentis, & futuri, non levibus argumentis ibidem oſtendiſſe videmur: quæ *Becanus* nondum diſſolvit. *Id.* 196.
Cap. IX. Qu. VI. p. 16. Conimbricenſes lib. 2. de Anima *qu.* 3 art. 2. *ad* 2.	Sic debebat citare: Lib. 2. de Anima *cap. VI.* quæſt. 3. art. 2. *Ad primum contra tertiam partem & deinceps.* Thom. *Cren.* Animadverſ. P. IX. 212.
Cap. XI. p. 35. Vorſtius aſſerit, *decretum Dei liberum eſſe verum accidens*, diſtinctum a ſubſtantia & eſſentia Dei.	Sæpe dixi, *de voce* accidentium *litigare me hic nolle*, dum modo diſtinctio vera inter ipſum Deum, eiusque libera decreta, concedatur. Hanc vero non ſolum *Iuſtinus* martyr, & alii *doctores* complures ante me diſerte tradiderunt, ſed & rationes invictæ confirmant. *Id*, ibid.
Ibid. Solus Vorſtius *negat*, *libera Dei decreta eſſe æterna.*	*Ambiguitas eſt in voce æterni.* Vere enim æterna ſunt Dei decreta, *quatenus ante tempora ſecularia*, ſive ante mundi fundationem facta ſunt. Neque aliter S. Scriptura de horum æternitate loqui ſolet, Eph. 1, 4. & 1. Pet. 1, 20. *Nec tamen ſimpliciter & omni modo Deo coæterna ſunt*, quippe quæ contin-

In Prælud. Manualis cap. I. qu. I. p. 1391. Canon librorum V. & N. T. (quem ſequuntur Romano-Catholici) habetur in Concilio tridentino ſeſſ. IV. Et Patres illius acceperunt per traditionem ab EVGENIO Papa, Eugenius a GELASIO Papa, Gelaſius ab *Auguſtino*, Auguſtinus a *Patribus concilii carthag.* III. atque hi Patres ab INNOCENTIO I. qui vixit A. C. 402. Igitur *ab illo tempore primitiva eccleſia* ad nos usque, *per continuam traditionem*, perſeverat idem ille Scripturæ canon, quem nos Catholici nunc tenemus & amplectimur.

tingentia ſeu libera Dei effecta ſunt, quibus cauſa voluntaria neceſſario prior eſt. *Id.* ibid.

Iuxta Becanum videlicet incipit *primitiva eccleſia a ſeculo poſt natum Servatorem quinto*, & quatuor priorum nulla habetur ratio. Sique Auguſtinus accepit ab Innocentio, *a quonam accepit Innocentius?* num ſine teſtimonio, imo contra teſtimonium, traditionem & conſenſum quatuor præcedentium ſeculorum ipſe pronunciat, an vero ſecundum illud? G. *Calixtus* diſp. de Auctorit. S. Script. & numero libror. V. T. §. 63. p. 129.

Ibid. *Ex canone N. T. Lutherani expunxerunt* epiſtolam ad Hebr. epiſtolam Iacobi, epiſt. Iudæ & Apocalypſin Ioannis.

Veterum quidam de hisce ſcriptis aliquando dubitarunt, dubitavit etiam de uno & altero non nunquam *Lutherus*, non, utrum ex afflatu Spiritus ſancti conſcripti, ſed, an ab apoſtolis, quibus inſcribuntur, in lucem proditi ſint: ſed *Lutherani eos omnes agnoſcunt pro canonicis*. Mart. *Chemnitius* Exam. concil. trid. P. I. p. 50. Io. *Gerhard.* Exeg. de Script. S. §. 24. 1.

In Analogia V. & N. T. cap. I. de Script. & tradit. V. T. qu.

Diſtinctio illa nullo nititur fundamento. Neque caret abſurditate

1. p. 6. *Canon ſeu catalogus librorum V. T. duplex* eſt: unus *iudaicus*, qui tempore Eſdræ, ſeu ab ipſo Eſdra, vel a concilio ſacerdotum, cui ipſe interfuit, confectus eſt, alter *chriſtianus*, qui auctoritate INNOCENTII I. confectus eſt.

tate, canonem librorum V. T. aliquot poſt ſæculis, ex quo antiquatum ipſum fuit, confici. Et INNOCENTIVS, ab *Exuperio* toloſano, tanquam ſenior a iuniore, rei peritior ab imperitiore conſultus, *pro captu intelligentiæ ſuæ*, non autem quaſi ex oraculo reſpondit. G. *Calixt.* diſp. cit. §. 63: 64.

Mart. *Becanus*, Hilvarenbeca-brabantus, Soc. Ieſu, philoſ. & theol. Herbipoli, Moguntiæ & Viennæ profeſſor, FERDINANDIQVE II. Imp. a confeſſionibus, obiit A. 1624. æt. 63. *König* 94. *Witte* Diar. biograph. T 4. *Baillet* d' Anti P. I. 81. *Calixto* in diſp. cit. p. 128. audit acuto vir ingenio, & ſatis etiam verſutus, & p. ſeq. eruditus & ingenioſus: *Crenio* Animadverſ. P. IX. 212. non tantum verſutus, ſed etiam ſubdolus, & callidus, unoque verbo, ieſuita, ſed parum diligens & candidus: *Hottingero* Bibliothecar. p. 419. facilitatis laudem, quam merebatur, ſcepticis loquendi & argumentandi formulis obſcurans; at *Voetio* Biblioth. ſtud. theol. c. 6. p. 595. unus in theologia ſcholaſtica omnibus epitomis & introductionibus præferendus. Certe omnino laudanda videtur modeſtia, qua Becanus in diſputationibus ſuis utitur, quamque etiam in adverſariis ſuis requirit, dicens, a vero & chriſtiano diſputatore abeſſe debere convicia & iniurias; ſed eum hoc poſtulatum non ipſum obſervare in libro de Deo & attributis divinis, quin potius rem ſuam conviciis & calumniis, mendaciis & ſophiſmatis agere, valde conqueritur Conr. *Vorſtius* in Appendice Apologeticæ exegeſeos, p. 191. & ſeqq. Vide iterum *Cren.* de Singular. ſcriptor. p. 45. Diſſert. II. de furib. librar. 15. & apud. Georg. Pet. *Schultzium* in Diſſert. epiſt. I. de claris Marchicis p. 41.

XVI.

Guil. ESTII in IV. libros Sententiarum Commentaria. Pariſiis 1638. Quibus S. *Thomæ* aquinatis Summæ theologicæ partes omnes illuſtrantur, præmittiturque in IV. libros Sententiarum præ-

Præfatio, breviter oſtendens, quæ ſit hæc ſcientia, quod eius obiectum, quæ ex obiecto dignitas, quæ certitudo & utilitas, denique quis auctor. Nimirum Theologiam eſſe ſcientiam, qua ea, quæ de Deo ac rebus divinis divinitus revelata ſunt, cognoſcuntur, immo Theologiam non aliud eſſe, quam Metaphyſicam & Ethicam quondam ſacram & perfectam; obiectum iſtius ſcientiæ eſſe Deum opt. max. quatenus eſt Deus; præſtantiam & dignitatem eius ex obiecto, videlicet Deo rebusque divinis, quibus nihil maius ſit, neque præſtabilius, iudicandam; certitudinem eius tantam eſſe, quanta veritati divinæ, cui hæc ſcientia nititur, tribui debet, id eſt, ſummam; vitandam autem in doctrina theologica nobis eſſe ſubtilem obſcuritatem, ſive obſcuram ſubtilitatem; ceterum utilitatem eius ex fine & uſu patere, nam per eam hominem Deum cognoſcere, & cognitum diligere, atque in eo, tanquam bono ſuo, tandem acquieſcere; denique auctorem eius eſſe Deum & Chriſtum, Dei filium. Tum ſequitur Partitio theologiæ in Primam & Secundam: *Primam* vocat eam, qua Deum resque divinas homo conſiderat ſecundum primam rerum inſtitutionem; quo pertinet doctrina de Deo & creatione; *Secundam* eam, cuius neceſſitas occaſione peccati libera creaturæ rationalis voluntate commiſſi, ſubintravit; quo refertur doctrina de lapſu angelorum & hominum primorum, indeque conſecutis pœnis, deque hominis lapſi reparatione per Chriſti beneficium; unde rurſus complura emergant conſiderationis capita, videlicet de prædeſtinatione, myſterio incarnationis, paſſionis, mortis, reſurrectionis & aſcenſionis Chriſti, de gratia Chriſti & hominis iuſtificatione, de ſtatu ac differentia legis & euangelii, de præceptis & conſiliis euangelicis, de vocatione gentium & catholica Chriſti eccleſia, de S. ſcriptura, & ſacramentis. Auctor hic inter eos, qui in libros Sententiarum commentati ſunt, facile primas tenet ob ſingularem eruditionem ac iudicii vim, cum pari moderatione coniunctam. *Hulſemann.* in Meth. ſtudii theol. 302. Vide P. I. *Hiſt.* huius *bibliothecar.* p. 271.

XVII.

Rob. BELLARMINI Diſputationum de controverſiis chriſtianæ fidei Tomi IV. Coloniæ Agrippinæ 1615. volumina II. Edi-

Editio ab ipſomet auctore ultimum locupletata. Et certe nitida ſatis eſt, atque emendata. Ibidem recuſi A. 1628. ſicut antea Ingolſtadii 1586. Pariſiis 1608. & alibi prodiere. Omnia eius opera VII. tomis expreſſa ſunt Ingolſtadii 1601. & Coloniæ 1617. Præmittitur huic noſtro operi 1. Dedicatio ad SIXTVM V. Pont. rom. in qua differit de ſumma hæreticorum impietate, de odio ſeu zelo huius pontificis adverſus hæreticos, deque occaſione huius tractationis: videlicet cum XV. annos proponendis partim Lovanii, partim Romæ controverſiis impendiſſet, Superiorum iuſſu illos iam edi in publicum; cumque a diſſentientibus nihil magis oppugnetur, quam papatus, eam ob cauſam a ſe nullam diſputationem diligentius copioſiusque eſſe tractatam, quam eam, qua ſummi pontificatus inſtitutio & auctoritas aſſeratur, atque defendatur. 2. Præfatio ad lectorem, in qua cauſſas editionis huius operis exponit, quæ ſunt omnio tres: α) quia prodeſt eccleſiaſticæ cauſæ, ſi plurimi hoc (Bellarmini) tempore ſcribant. β) quia expediebat, ut controverſiæ omnes in unum quaſi corpus redigerentur. γ) quia metuendum, ne iſtæ controverſiæ, inſcio auctore, quantumvis laceræ, ab aliis edantur. 3. Præfatio in diſputationes ipſas, habita in gymnaſio rom. anno 1576. qua extollit utilitatem iſtarum diſputationum, ac deinde exponit, quæ ſint, & quot ſui temporis controverſiæ. Vbi pariter fatetur, arduum eſſe opus, & certe, ſua quidem ſententia, eiusmodi, ut, ſi non leviter & perfunctorie, ſed accurate, ac ut rei dignitas, & difficultas exigit, tractandum ſit, ſcientiam prope infinitam, non modo variarum diſciplinarum & linguarum, ſed etiam totius antiquitatis, omnium hiſtoriarum, & temporum requirat: quæ omnia quam in ſe ſint exigua, ſe ſe videre, onus tamen impoſitum ſuſtinere ac perferre, ut, ſi cetera doctrinæ præſidia ſibi deſunt, ſtudium tamen & diligentia minime deſiderari queat. 4) Excerpta ex epiſtola Iac. *Gretſeri* de ſectariis, qui primam, ut loquitur, de Verbo Dei controverſiam adlatrarint. Quod autem ad ipſum Bellarmini præſens opus attinet, tractatur in primo tomo 1) de Verbo Dei ſcripto & non ſcripto. 2) de Chriſto capite totius eccleſiæ. 3) de ſummo Pontifice, capite militantis eccleſiæ. In ſecundo, poſt præfationem de Conciliorum auctoritate, & Lutheranorum a concilio trident. voluntaria, ac, ut ipſe interpretatur, per-

pertinaci abſentia, 1) de Eccleſia militante, tum in conciliis congregata, tum ſparſa toto orbe terrarum. 2) de membris eccleſiæ militantis, clericis, monachis, laicis. 3) de eccleſia, quæ eſt in purgatorio. 4) de eccleſia, quæ triumphat in cælis. Atque huic tomo annexa ſunt ſequentia opuſcula: 1. Appendix ad libros de ſummo pontifice. 2. de translatione rom. Imperii libri tres. 3. Appendix ad diſputationem de cultu imaginum. 4. de indulgentiis libri duo. 5. Iudicium de concordia Lutheranorum. Cui Matth. *Hoe* oppoſuit Apologeticum. 6. Apologia pro eodem libro. 7. Recognitio auctoris omnium librorum ſuorum. In tertio, in cuius præfat. de nomine, natura, & efficacitate ſacramenti diſputat contra *Lutherum*, *Zvvinglium*, *Calvinum*, *Schvvenckfeldium*, item contra ubiquitatem corporis Chriſti, 1) de ſacramentis in genere. 2) de baptiſmo & confirmatione. 3) de euchariſtia & ſacrificio miſſæ. 4) de pœnitentia. 5) de ſacramentis ceteris. Denique in quarto, cuius Præfatio cauſam exponit dilatæ hucusque editionis huius tomi, & inſigni Henricum CAIETANUM, Cardinalem & Legatum ad Reg. Galliarum, laude exornat, 1) de gratia primi hominis, & ſtatu innocentiæ. 2) de gratiæ amiſſione, & ſtatu peccati. 3) de gratiæ reparatione, & ſtatu iuſtificatorum per Chriſtum. Præfationi ſubincta eſt oratio in ſcholis habita, in qua auctor verba S. Ioannis Apol. 9, 1. 2. 3. detorquet ad *Lutherum*, *doctrinam lutheranam*, & *Lutherano*., illum dicens indicari per ſtellam de cælo cadentem; iſtam per fumum e tartaro aſcendentem; & hoſce per innumerabilium atque horribilium locuſtarum exercitum. Quamvis autem Bellarminus hisce libris cauſſam ageret eccleſiæ, curiæque in primis romanæ, parum tamen abfuit, quin eos aboleret cenſura pontificia, uti quidem teſtantur *Carpzovius* in Iſag. in libb. ſymbol. 739. & *Heiddegger* in Hiſt. papat. 311.

Tomo I.

Lib. I. de Verbo Dei c. 5. p. 7. *Nullum ex X. nominibus Dei in Cantico Salomonis* locum habet.	Hoc *refutatur* a *Kortholto* de Can. ſcript. c. 5. §. 20.
Ib. c. 8. p. 11. De libro *Baruch* controverſia eſt, tum quia non invenitur in hebr. codicibus,	Neque Conciliorum, neque Pontificum, neque Patrum eſt, canonem ſeu regulam librorum ſacro-

tum etiam *quia nec concilia antiqua, neque Pontifices, neque Patres, qui catalogum librorum ſacr. texunt,* huius prophetæ diſertis verbis meminerunt.

ſacrorum conſtituere, ſed *canon auctoritatem ſuam habet a patefactione divina.* M. *Chemnitius* in Exam. C. T. P. I. 45.

Lib. II. c. 2. p. 29. *Calvinus* Inſtit. c. VI. §. 11. contendit eſſe legendum Ieſa. 9. & *vocabitur* admirabilis. At hebræus textus modo non habet Iikkare vocabitur, ſed Iikra *vocabit.*

Memento regulæ, quam in tua ipſe poſuiſti Grammatica ebr. l. 4. c. 4. Obſervandum, apud Hebræos non raro uſurpari *tertiam perſonam verbi activi in paſſiva ſignificatione*, ut Gen. 16, 14. Vocavit, pro vocatus eſt. *Dilherr.* Elect. l. 2. c. 3.

Ibid. Ieſaiæ 53, 4. In hebræo legi poteſt, *percuſſum Deum* & humiliatum.

Qui hoc dicit, impingit in Grammaticam: nam 1. ex Zere ſub כ in מַכֵּה perſpicuum eſt, vocem in regimine eſſe poſitam, & dici *percuſſum Dei*, pro, a Deo, ſicut *Matth.* 25, 34. dicitur, venite *benedicti patris mei*, id eſt, a Patre. 2. Subſtantivum in conſtructione ſemper præcedit adiectivum; at hic ſequitur ſubſtantivum, & præcedit adiectivum. *Hackſpan* in h. l.

Ib. c. 3. p. 31. Pentateuchum tranſtuliſſe fertur R. *Aquila*, qui chaldaice *Onkelos* dicitur.

Perperam plane, & contra hiſtoriæ veritatem עקילס *Aquila confunditur cum* אונקלוס *Onkeloſo.* I. Henr. *Hottinger* Theſ. philol. 244. *Cartwright* præfat. in Annot. in Gen. IV.

Ibid. c. 4. p. 32. In *titulis* ac *ſectionibus capitum* (Verſionis ſyr. N. Ti) mentio fit ieiuniorum, venerationis crucis, precum pro defunctis &c.

Sed illos titulos ac ſectiones *aliquot poſt ſaculis ab alexandrinis Patriarchis additos fuiſſe*, fatetur Guido *Fabritius.* Vide G. E. *Voigtii* diſp. de Verſ. ſyr. C 3.

O 2 Quem

Ib. c. 12. p. 41. Etiamſi multi codices hebraici habeant הוא ipſe; tamen legi *unum*, in quo erat ſcriptum הִיא *ipſa*.

Quem vero? *Somnium* hoc eſt. *Amama* Antibarb. bibl, 204.

Ib. c. 15. p. 46. *A temporibus Eſdra deſiit in populo Dei lingua hebraa eſſe vulgaris.*

Lingua ebræa *neque in captivitate babylonica, neque poſt eam Judais deſiit eſſe vernacula*, quamvis non eſſet ſine contagio linguæ chaldaicæ. Barthol. *Majer* Philol. S. part. II. p. 95.

Ib. c. 16. p. 52. Probabilius eſt, Chriſtum ſententiam, Deus meus, ut quid dereliquiſti me? *totam hebraice pronunciaſſe.* — nam Syriace ſic dixiſſet, *Hil*, *Hil*, lemana ſebactani. Quod autem in græco & latino habemus *ſebactani*, non *hhazaptani*, ut eſſe debuit, factum eſt, ut facilius pronunciaretur.

Confundit dialectum ſyriacam, cum ieruſalemitana: Non illa, ſed hac uſus eſt Chriſtus. Eccur איל *Il* ſcribit Hil? Neque etiam *ſchebactani* eſt ebræum, ſed *ſyro-chaldaeum*. B. *Majer* l. c. p. 82.

Præfat. in controverſ. de Chriſto p. 85. Michael *Servetus* ſupplicium Genevæ patiens, longiſſimo acerbiſſimoque dolore conſumptus eſt *anno* 1555.

Erat *annus* 1553. *Sandius* Biblioth. antitrinit. 8. *Thuanus* ad iſtum annum p. 241.

Ib. p. 87. Lutherus contra Latomum ſcribens: *Anima mea*, inquit, odit hoc verbum *ὁμουσιον*.

Lutherus non abſolute, ſed conditionate ſcribit: *Quodſi* odit mea anima vocem Homouſios, & nolim ea uti, non ero hæreticus. G. *Calixtus* diſp. de S. Trinit. myſter. §. 37. & Io. *Fabricius* Syſtem. theol. 112.

Ibidem: Etiam *nomen Trinitatis Luthero diſplicuit*, & ex Germanorum precibus illam *precandi formulam ſubmovit, Sancta Trinitas, unus Deus, miſerere nobis.*

Non ideo ex publica Litania illa verba ſubmovit, quod Trinitatem ſublatam vellet, *ſed quod vocabulum germanicum* (Dreyfaltigkeit) *triplicitatem potius*

potius, quam trinitatem importare videretur. *Calixtus* l.c.

Lib. I. de Chriſto c. 6. p. 98. Verba Thomæ coram Chriſto prolata *Io.* 20,28. *Dominus meus, & Deus meus*, non poſſunt referri ad Patrem per exclamationem, quia in græco non eſt ὦ, ſignum exclamantis, ſed *articulus* ὁ.

Malim dicere, ex helleniſtica conſuetudine *nominativum pro vocativo poni*, ut fit *Pſ.* 22, 2, 59, 2. 60, 3. 63, 2. *Hackſpan* in *Io.* 20, 28.

Ib. l. 3. c. 8. p. 153. *Brentius* & *Smidelinus* volunt, *Vnire hypoſtatice divinam & humanam naturam in Chriſto, nihil eſſe aliud, quam communicari attributa*, ſeu proprietates omnes divinitatis humanitati Chriſti.

Illi & nos communicationem idiomatum, proprie & accurate loquendo, non formale *unionis hypoſtaticæ*, ſed *conſequens & effectum* eſſe ſtatuimus. Io. *Gerhard.* Exeg. L. de Chriſto §. 137.

Lib. I. de rom. Pontif. c. 2. p. 193. *Monarchia ſimplex ſimplici Ariſtocratia & Democratia præſtat.*

Hoc tantum verum eſt, *circumſtantiis ſeclusis*; nempe ſi unus homo poſſet omnibus locis adeſſe, nec neceſſario cogeretur per alios negotia Reip. procurare: item ſi unus ille homo nequam eſſe non poſſet. G. *Calixt.* in Diſpp. XV. de præcip. chriſt. relig. capp. p. 312.

Ibid. c. 4. p. 196, In eccleſia N. Tti (romana) eſt ſummi Pontificis Monarchia, atque Epiſcoporum (qui veri principes & paſtores, non vicarii Pontificis maximi ſunt) *Ariſtocratia*, ac demum ſuum quendam in ea locum habet *Democratia.*

At *puram & ſimplicem Monarchiam regni pontificii*, quis tam cœcus eſt, qui non videat? Vnus habet poteſtatem definiendi & determinandi, reliquis incommunicabilem &c. G. *Calixt.* l. c. p. 314.

Ibid. c. 9. p. 202. Secunda ratio, (quod regimen eccleſiaſt. præcipue monarchicum eſſe debeat) ab ea *ſimilitudine* ducitur, quam *habet eccleſia mortalium hominum cum eccleſia immortalium angelorum.*

Quæ neceſſitas, ut *in omnibus conveniant?* G. *Calixt.* l. c. 315.

Ibid. Nec minus certum, inter angelos præter ſummum regem omnium Deum, *eſſe unum, qui aliis omnibus præſit.*

Hoc maxime incertum eſt. G. *Calixt.* l. c. 316.

Ibid. *Tempore V. Ti ſemper fuit unus, qui omnibus præerat*, in iis, quæ ad legem & religionem pertinebant.

Non eſt eadem utriusque teſtamenti ratio. Eccleſia V. T. adligata fuit populo iudaico; Catholica N. T. in toto terrarum orbe colligitur. Facile quoque erat Iudæis adire Hieroſolymam. G. *Calixt.* l. c.

Ib. p. 203. Omnes *ſimilitudines*, quibus in Scriptura deſcribitur eccleſia, (e. g. Exercitus ordinati, Corporis humani ſeu Mulieris ſpecioſæ, Regni, Ovilis, Domus, Navis) *oſtendunt, debere eſſe in eccleſia unum caput.*

At abſurdum eſt & blaſphemum, *præter Chriſtum alium* ſtatuere *Imperatorem*, quo duce cum ſatana confligamus; *aliud caput* præter eum, qui ſervator eſt ſui corpotis. Neque vero, quia in Cantico *ſponſa Chriſti* vocatur, ideo proprium caput habet ſecluſo Chriſto: *nam ſimilitudines non ſunt latius extendendæ*, aut ſecus adplicandæ, quam ſit in Scripturis. G. *Calixt.* l. c.

Ib. 204. Quinta ratio ducitur a primordiis gubernationis eccleſiæ, ubi *Chriſtus eccleſiam viſibiliter adminiſtrabat.*

Nulla ratio conſequentiæ. Nam Chriſti viſibilis in eccleſia præſentia fuit extraordinaria, quantum ad ipſam eccleſiæ gubernationem, G. *Calixt.* l. c.

Non

Digitized by Google

Ibid. In *ſingulis eccleſiis ſinguli conſtituuntur epiſcopi.* Igitur æquum eſt, ut ſit etiam unus aliquis, qui toti eccleſiæ præſit.

Non eſt eadem unius particularis, & univerſæ catholicæ eccleſiæ *ratio.* G. *Calixt.* p. 317.

Ibid. *Non poteſt eccleſia propagari*, niſi ſit unus ſummus præſul, qui doctores in provincias mittat.

Quis *Philippum* iuſſit eunucho obviam ire; *Paulum* in Macedoniam contendere; *Petrum* ad Cornelium ſe transferre? *Pantænus* a Demetrio, Alexandriæ epiſcopo, in Indiam miſſus fuit, *Frumentius* ab Athanaſio Indorum epiſcopus conſtitutus. G. *Calixt.* l. c.

Ibid. *Vna fides in eccleſia eſſe non poteſt*, ſi non ſit unus ſummus iudex, cui omnes acquieſcere teneantur.

Negatur conſequentia: ſufficit enim in eccleſia præſto eſſe *auctoritatem norma.* G. *Calixt.* l. c. 291.

Ib. c. 10. p. 207. *Probatur Petri monarchia ex Matth.* 16, 18. 19.

Per *petram* ibi intelligitur vel Chriſtus, vel confeſſio, fides & doctrina, quæ pro obiecto habet Chriſtum. Vtramque expoſitionem S. Patres amplexi ſunt. *Caſaubon.* Exercit. XV. n. 12. p. 321. G. *Calixt.* l. c. 320.

Ib. c. 12. p. 210. Omnes huius temporis *heretici* nihil peculiare hic Petro promiſſum eſſe volunt, ſed, quidquid dicitur, *ad totam eccleſiam pertinere*, cuius eo tempore Petrus perſonam gerebat.

At *etiam Auguſtinus ſic ſtatuit*, teſte *Launoio* in Epp. p. 475. Quid? ipſe *Bellarminus* l. 2. de Concil. c. 11. p. 34. errandi immunitatem *precipue eccleſiæ* tribuit, ſecundario autem concilio.

Ib. c. 13. p. 214. Nos *& catholici omnes*, per claves Petro datas, intelligimus *ſummam poteſtatem in omnem eccleſiam.*

Miniſterium eccleſiaſticum, quod Chriſtus Petro commendavit, excludit poteſtatem abſolutam. Edm. *Richerius* Hiſt. con-

concil. general. T. I. 4. Lud. El. *du Pin* de Antiqua eccleſ. diſcipl. Diſſert. IV. 308.

Ibid. c. 14. p. 215. *Soli Petro dictum* fuit a Chriſto: *Paſce oves meas*; adeoque illi ſoli ſumma poteſtas eccleſiaſtica promiſſa.

Quaſi vero non *idem omnes privilegium olim habuerint apoſtoli*, & nunc etiam habeant *epiſcopi omnes*, qui dicuntur eccleſiæ, ac proinde ovium Chriſti paſtores. *Du Pin* l. c. 310.

Id. c. 17. p. 219. *Petrus ſingulares neceſſariasque habuit prærogativas:* quarum 28. numerat & indicat *Bellarminus.*

Ad eas reſpondent Io. *Gerhardus* Conf. cathol. l. 2. p. 541. & G. *Calixt.* Diſpp. XV. de præcip. chriſt. rel. capp. 329 Atque *DuPin* l.c. 313. cordate ſcribit, non nullas earum eſſe *gratis confictas*, alias *nihil omnino ad primatum Petri* pertinere.

Ib. c. 25. p. 226. S. Ioannes Chryſoſt. homil. 55. in Matth. inquit: Deus concedere ſolus poteſt, ut futura eccleſia, tot tantisque fluctibus impetu irrumpentibus, immobilis maneat, *cuius paſtor & caput* (ecce *nomen capitis* Calvino inauditum) *homo piſcator, atque ignobilis.*

Sic vertendum eſt: *& hominem piſcatorem firmiorem petra oſtendit.* Aloyſ. *Andruzzi* in Vet. Græcia de S. rom. ſede præclare ſentiente p. 10. Vide *Giornale de' Letter. d' Italia* T. XV. 260.

Lib. II. de Rom. Pontif. c. 4. p. 235. *Petrus Romæ usque ad mortem epiſcopus fuit.*

Incertum admodum & dubium eſt, num Petrus Romam umquam viderit; fuiſſe autem rom. epiſcopum, & per XXV. annos, *figmentum eſt.* G. *Calixt.* l. c. 346.

Ib. c. 14. p. 247. *Leo* epiſt. 46. ad Anatolium, epiſcopum CPtanum: Reſidentibus, in-

Hercle, *nullus præceſſorum Pontificum tantum ſibi auctoritatis aſſumpſit*, quantum B. Leo. *Richer.*

quit, *vobis, quibus executionem noſtræ diſpoſitionis iniunximus.* Vides, *ut præcipiat Patriarcha CPtano.*

Ib. c. 16. p. 250. *Si conferatur hic locus* (S. Cypriani lib. I. ep. 3. al. 55. ad Cornel. ſcribentis: Neque enim aliunde hæreſes ortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur) *cum ſuperiore* (lib. de Vnit. eccleſ. ubi demonſtrans, unde oriatur diviſio & hæreſis, ait: Hoc eo fit, dum ad veritatis originem non reditur, neque caput quæritur, neque magiſtri cœleſtis doctrina ſervatur) *apparebit manifeſte, loqui Cyprianum de eccleſia univerſa.*

Ib. c. 25. p. 261. *Africani Epiſcopi* pontifici Bonifacio reſponderunt, *ſe non invenire eos canones* (de appellat. epiſcoporum ad rom. Pontificem: de appellat. presbyterorum & minorum clericorum ad epiſcopos vicinos: deque non eundo ad comitatum, i. e. aulam Imperatoris) *in concilio nicæno.*

Ibid. Concilium Sardicenſe *generale.*

Ibid. Sunt exempla eorum, qui ante Concilii ſardicenſis &

cher, Tom. I. 448.

Quis mihi probabit, Cyprianum hanc ſcribentem epiſtolam, eaſdem habuiſſe cogitationes, eundemque hæreſium fontem indicare voluiſſe? *Varia poteſt eſſe cauſſa & origo hæreſium*, videlicet inobedientia, non tantum erga caput univerſale eccleſiæ, ſed etiam erga caput particularis eccleſiæ. Si unus locus per alterum eſt explicandus, *alterum hunc non oportet longe petitum eſſe.* Auctor *der Altchriſtl. Gedancken.* 296.

Interim *Concilium ſardicenſe iis non erat ignotum. Richer*, T. I. 247.

Non fuit generale. Richer. 94. 114.

Qui erant *in eccleſiis ſuburbicariis*, quo iure etiam reliqui patriarchæ

nicæni tempora *omnibus ætatibus ad rom. Pontificem appellarunt.*

archæ gaudebant; non vero in orbe univerſo. *Richer.* 138.

Ibid. p. 262. *Non minor eſt ſardicenſis*, quam nicæni Concilii *auctoritas.*

Immo *tanta eſt differentia* inter utriusque auctoritatem, quanto præſtantius eſt concilium œcumenicum provinciali ſeu particulari. Hinc nec Canones ſardici poſiti ſunt inter regulas Codicis canonum. *Richer.* 95.

Lib. IV. c. 2 p. 311. Sententiam hanc (Pontificem etiam, ut pontificem, poſſe eſſe hæreticum, & docere hæreſim, ſi absque generali Concilio definiat; & de facto aliquando accidiſſe) ſecuti ſunt *aliquot Pariſienſes*, ut Gerſon, Almain, Alphonſus de Caſtro, Adrianus VI. papa.

Immo *omnes*, & *Theologica Facultas*, atque antiquiſſima *Academia. Launoius* Epp. 474.

Ibid. Secunda ſententia (videl. illa modo dicta) non eſt proprie hæretica, ſed tamen *erronea*, & *hæreſi proxima.*

Hæc tamen eſt *Pariſienſium* ſententia. *Launoius* Epp. 474.

Ib. c. 3. p. 313. Hieronymus in ep. ad Damaſum aſſerit, ſe tuto ſequuturum ſententiam Pontificis, quia novit, *ſuper illum* Eccleſiam eſſe fundatam, *nec poſſe fieri, ut eccleſia fundamentum cadat.*

Immo iuxta Hieronymum, *ſuper omnes apoſtolos.* Quod diſſimulat Bellarminus; adeoque fallaciter diſputat, vel certe luculenter oſtendit, ſe doctoris ſancti commentarios non, ut oportet, perlegiſſe. *Launoius* Epp. 399.

Ib. c. 16. p. 333. Chriſtus Io. 21. *utitur regio vocabulo*, dicens: *Paſce* oves meas.

Potius, *miniſterali vocabulo:* nam reges gentium dominantur, *vos autem non ſic.* Matth. 20. *Richer.* T. I. 4.

Moſes

Lib. V. c. 9. p. 353. *Moſes* & ſummus princeps temporalis, *&* *ſummus pontifex fuit.*	*Moſes non fuit ſacerdos.* Io. *Lundius* in Iudiſch. Heiligthum, 414. 492.

Tomo II.

Lib. I. de Concil. c. 9. p. 6. Tametſi *ſolus Pontifex poteſt leges toti eccleſiæ præſcribere*, tamen longe ſuavius res agitur, cum, approbante Concilio generali, ſummus pontifex eiusmodi leges præſcribit.	Quod de ſolo Pontifice dicitur, id *mori antiquo contrarium* eſt: olim enim ſinguli Patres, rebus accurate exploratis, & perpenſis, ſententiam ſigillatim dicebant, & Actis ipſis ſubſcribebant, ſubductisque omnium ſuffragiis, ex votorum pluralitate, ſynodalis concluſio edebatur. *Richer.* T. IV. P. II. 23. & l. 1. 12.
Ib. c. XII. p. 9. *Ex illo antiquiſſimo canone*, — cuius meminerunt Socrates l. 2. c. 13. Sozomenus, & Nicephorus.	Socrates quidem meminit l. 2. c. 8. & 17. Sed canon ille *non multo impenſius romano, quam aliis Patriarchis aut Epiſcopis gratificatur*: certe non probat, Papam rom. abſolutam, aut pure monarahicam habere poteſtatem in conciliis. *Richer.* l. I. p. 12.
Ibid. Sixtus III. in epiſt. ad Orientales: Valentinianus Auguſtus noſtra auctoritate Synodum *convocavit.*	Mala fide hoc dictum citatur; ſic enim habent verba Sixti: Scitote me criminari a quodam Baſſo, & iniuſte perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus, noſtra auctoritate Synodum *convocari iuſſit*. Id eſt, præcepit, ut Synodum convocem; atque ita Sixtus mandatum Imperatoris exequitur. *Launoius* Epp. 508.

P 2 Sed

Lib. II. c. 17. p. 40. Pontificem eſſe ſupra omnia concilia, *Lateranenſe ultimum Concilium* ex profeſſo docuit.	Sed talibus *argumentis, quæ rem non conficiunt.* *Richer.* l. 4. P. II. 37.
Ibid. *Quod Concilium hoc* (Lateranenſe ultimum) *rem iſtam non definierit*, proprie, ut decretum fide catholica tenendum, *dubium eſt.*	*Oratio eſt hominis valde perplexi & anxii. Richer.* l. c. 45.
Ibid. Accedant iam tertio *Pontifices*, videl. Leo, Gelaſius, Nicolaus I. Gregorius, Paſchalis, Innocentius III. Bonifacius VIII.	*Eorum teſtimonia examinantur, ac refutantur a Launoio* a p. 98. usque ad 108.
Ibid. Probatur *ex appellationibus a Concilio ad Papam*,	*Non a concilio generali*: neque aliæ appellationes erant in uſu, quam *quas Canones fieri voluerint. Launoius* p. 110.
Ibid. *Omnia* (conciliorum geſta & decreta) *revocantur tandem ad examen romani Pontificis*, & quæ ille probat, recipiuntur; quæ improbat, reiiciuntur, ut *teſtatur Gelaſius.*	*Alio ſpectat* Gelaſius. *Launoius* 119.
Lib. III. de Eccleſ. c. 2. p. 44. Eccleſia eſt cœtus hominum eiusdem chriſtianæ fidei profeſſione, & eorundem ſacramentorum communione colligatus, *ſub regimine legitimorum paſtorum, ac præcipue unius Chriſti in terris vicarii, romani Pontificis.*	Vltima illa verba pertinent *ad ſtatum Eccleſiæ*, non vero ad Eccleſiæ naturam vel eſſentiam. *Laun.* 775. Notatque Abbas *Richardus* in Crit. ſive Exam. Præiudicior. Iurii l. 2. c. 1. (in Act. erudit. A. 1690. 569.) vocem *unus* a Bellarmino uſurpatam, non idem ſignificare, quod unicus, ſed ita accipiendam, *ut non excludantur Epiſcopi*, cum & hi dici poſſint vicarii Chriſti.

Non

Lib. IV. de Eccleſ. c. 9. pag. 76. *Proclus* hæreticus apud Epiphan. hær. 65. dicebat, peccatum in renatis ſemper vivere.

Non *Proculus*, (ſic enim hoc nomen ſcribendum) ſed *Methodius*. Videatur *Gataker* T. I. 781.

Ib. c. 13. p. 84. *Eraſmus a Lutheranorum doctrina non omnino abhorrere viſus eſt.*

Contrarium verba Eraſmi docent, quæ leguntur in ep. 587. p. 656. Ita autem illa ſe habent: Quum lutherana tragœdia ſemper in peius gliſceret, mire quidam conati ſunt me illi admiſcere. Ego vulgato etiam ſcripto ante biennium teſtatus ſum, *nihil omnino rei mihi eſſe cum Luthero*, nullam agnoſcere factionem, niſi chriſtianam; ſi tamen ea dicenda eſt factio. *Cren.* Animadverſ. P. XVI. p. 100.

Lib. I. de Purgator. c. 3. p. 230. Purgatorium eſſe, *probatur ex Scripturu V. T.* videlicet 2. *Macc.* 12. *Tob.* 4. 1. *Reg.* ult. *Pſ.* 37. & 65. *Iſa.* 4. & 9. *Mich.* 7. *Zach.* 9. *Mal.* 3.

Omnia illa loca, excepto Maccabaico, pro infirmis argumentis agnoſcit Natal. *Alexander* P. II. Sæc. IV. (in Veielii Diſſert. Iſag. p. 304.) Quod autem ad Maccabaicum, ille extat *in libro apocrypho*, fatente *Gregorio* M. Moral. l. 19. c. 17. Nec Iul. Cæſ. *Bulengerus*, & ante eum Pet. *a Soto* negare auſi ſunt, illis ſcripturæ locis purgatorium non apte probari. Vide Gul. *Forbeſ.* Conſiderat. controv. 215.

Ibid. c. 4. p. 232. Purgatorium eſſe, *probatur ex N. T.* & quidem ex *Matth.* 12. 1. *Cor.* 3. 1. *Cor.* 8. *Matth.* 5. *Luc.* 16. & 23. *Act.* 9. *Phil.* 2.

Sed nec hæc loca, iudicio Natal. *Alexandri*, ſunt probantia, niſi ille *Matth* 12, 32, ubi, ut ait, ſupponit Chriſtus evidenter, aliqua in futuro ſæculo remit-

ti peccata. Sed aliter docebat S. *Fulgentius*, l. 1. de remiſſ. c. 24. ſcribens: Hoc verbo Dominus & Salvator noſter *non aliqua peccata inſinuavit in futuro ſeculo dimittenda*, quæ in hoc ſæculo dimiſſa non fuerint; ſed bene intelligentibus oſtendit, *non alia, ſed illa, tanquam in futuro ſaculo dimittenda, quæ in hoc ſaculo in una & vera eccleſia catholica fuerint unicuique dimiſſa*. Vide iterum *Vielii* Diſſert. iſag. 306. & Gul. *Forbeſ.* 212. & ſeqq.

Ib. c. 8. p. 240. Locum *Matth.* 5, 25. 26. *de ſolo purgatorio intellexerunt vetuſtiſſimi Patres.*

Sed teſtimoniorum illorum *vix ullum* diſertum & perſpicuum eſt, fatente Natali *Alexandro* apud Veielium 307.

Ibid. c. 10. p. 242. Aſſeritur purgatorium *teſtimoniis Patrum græcorum & latinorum.*

Neque etiam ex Patribus, *ante Gregorii M. ætatem*, purgatorium, quale adſtruunt Romanenſes, certo & clare probari poteſt. *Forbeſ.* l. c. p. 222. Immo purgatorium, Patrum doctrinæ repugnat. p. 239.

Ib. c. 12. p. 247. Illud, *a modo*, (ἀπαρτι, Apoc. 14, 13.) non ſignificat a morte unius cuiusque, *ſed ab extremo iudicio.*

Quam *abſurde* locus ille ſic exponitur! Ecquis enim, & qualis interim erit ſtatus in Domino morientium, ſive animarum piarum a corpore ſeparatarum ante finale iudicium? beatus ne, an vero miſer? Sed audiantur potius veteres, Ambroſius, Haymo, Beda, Aretas, Ausbertus, qui *ἀπαρτι a tempore mortis* exponunt. *Forbeſ.* 220.

Ibid. Qui decedunt cum pecca-

Nihilo minus *& hi ſimpliciter mo-*

riun-

Digitized by Google

tis venialibus, aut cum debito pœnæ alicuius temporalis, *ii non ſimpliciter moriuntur in Domino*, ſed partim in Domino, ratione caritatis, quam ſecum ferunt, partim non in Domino, ratione peccatorum, quæ nihilo minus ſecum ferunt.

riuntur in Domino, nempe in Chriſti gratia, & in morte viva illius membra ſunt; alioqui perpetuis ſuppliciis mancipandi eſſent. *Forbeſ.* 220.

Ib.c.15.p.251.Implicite ſaltem continetur *in Geneſi mentio purgatorii*, cum dicitur Gen.23.Et ſurrexit Abraham *ab officio funeris*.

Hebraica veritas habet: Surrexit *a mortuo ſuo*, vel, *a conſpectu mortui ſui.* Iſ. *Caſaubonus* Exercit. XVI. n. 37. p. 435.

Lib. I. de Sanctor. beatitud. c. 17. p. 292. Calvinus dicit, nos rogare Virginem, ut filium iubeat facere, quod petimus. *At quis noſtrum hoc dicit?*

In nonnullis eccleſiis canitur: Ora matrem, & *iube filio.* item: O felix puerpera, Noſtra pians ſcelera, Iure matris *impera Redemtori.* Id quod fatetur *Caſſander* in Conſultat. p. 971. Exat etiam in Miſſali inviolatæ reformationis Fontiſebrandi, concordi omnium Conventuum conſenſu Pariſiis terſo & emaculato A. 1534. *Forbeſ.* 338.

Ib. c. 18. p. 293. Nos facile oſtendemus, non ſolum ab angelis, ſed *etiam a ſpiritibus beatorum hominum regi & gubernari fideles viventes.*

Male hoc, ut dogma certum, ſtatuitur. *Neque loca*, quæ citantur ex Apoc. 2. & 3. Matth. 24, 36. neceſſario aut clare id euincunt. *Forbeſ.* 331.

Ib. c. 19. p. 294. Sanctos *eſſe invocandos.*

Equidem & Concil. trid. Seſſ. XXV c. 2. vel potius Decreto de Invocat. & venerat. ac reliquiis ſanctor. p. 507. pronuntiat, impie illos ſentire, qui negant, ſanctos invocandos eſſe; ſed cum ibidem ſtatuat tantum, *bonum & utile eſſe ſuppli-*

pli-

Digitized by Google

	pliciter illos invocare, (quam propoſitionem etiam Bellarminus in expoſitione adfert) clare patet, invocationem iſthanc Patribus tridentinis *non ſimpliciter neceſſariam* viſam eſſe. *Forbeſ.* 290.
Ibid. Invocatio ſanctorum *probari poteſt e Scriptura V. & N. T.*	Nullus omnino ſcripturarum locus pro invocatione ſanctorum adduci ſolet, quem non *veteres* plerique omnes, & *ex Romanenſibus* ipſis aliqui doctiſſimorum rectius interpretentur. *Forbeſius* p. 302.
Ibid. p. 295. Probatur (Invocatio ſanctorum) *teſtimoniis græcorum & latinorum Patrum.*	Quæ diligenter *examinata & refutata* a Mart. *Beerio* in lib. von Anruffung der Heilig. 241. & ſeqq.
Ibid. c. 20. p. 298. Dico, non poſſe eum Sanctos invocare, ut ſanctos & amicos Dei, *qui ſuo modo in eos non credit*, id eſt, non credit, eſſe ſanctos, nec in eis ſperat, ut patronis, nec eos ut tales diligit.	Nova hæc eſt theologia, & veteribus plane incognita, qui *credendum in Deum* ſemper dixere, nec in quenquam præterea, hoc ſenſu. *Forbeſ.* 293.
Ibid. p. 299. *Certum eſt, Sanctos cognoſcere* (*abſentia*, & *quæ ſolo cordis affectu* interdum pro feruntur,) cum præſint nobis, & rerum noſtrarum curam gerant.	*Audacter*, ſi non etiam falſo, ſic docetur. *Forbeſ.* 331.
Ibid. p. 300. Ad locum Nazianzeni (in fine Orat. in Gorgoniam, ſororem ſuam) dico, illud *Si* (ειδε τις σοι κᾳι των ημετερων εςι λογος) non eſſe dubitantis, ſed *affirmantis.*	Quis a partium ſtudio alienus, id *dubitantis* potius eſſe, quam aliquid tanquam indubitatum præſupponentis, non videat? *Forbeſ.* 279.

Non

Lib. II. de Imagin. ſanct. c. 15. p. 326. *Libri Carolini* contra Synodum nicænam II. *non ſunt Caroli* (cognomento *Magni.*)

Non ſunt Caroli, quod ab eo ſint ſcripti; ſunt tamen eius, quatenus *eius auſpiciis & auctoritate ſcripti ſunt*, ut videtur, ab Alcuino, aſſentiente univerſa Synodo (francofurtana.) *Caſſander* ep. 19. ad Io. *Molinæum*, p. 1103. *Dorſcheus* Collat. ad Concil. francofurd. 68. *Placcius* de pſeudon. 162.

Lib. III. de Cultu ſanct. c. 8. p. 354. Euſebius lib. VI. c. 9. Alexander, inquit, Hieroſolymam *adorandi*, & locorum ſanctorum videndi cauſſa properavit.

Habetur locus ille cap. 11. atque ita eſt vertendus: Alexander Hieroſolymam *orandi*, & locorum ſanctorum *inviſendorum* cauſſa properavit.

Lib. I. de Translat. Imperii rom. c. IV. p 398. LEO III. Pont. max. *aut ſolus, aut præcipuus & primarius auctor fuit translationis* Imperii in Francos.

Anaſtaſius in vita illius Leonis ait, CAROLVM *ab univerſis fidelibus* conſtitutum eſſe Imperatorem: hi autem erant præter Pontificem, qui urbis primarius ſane civis tum erat, ac plurimos Epiſcopos Clericosque, *univerſi Romani*. Herm. *Conring* de Germanor. Imp. rom. c. VII. p. 42.

Cap. XII. p. 415. CAROLVS M. *primatum rom. Pontificis*, agnovit, appellans eum, *ſummum Pontificem* atque *univerſalem Papam*, & ipſius *Domini auctoritate primatum habentem*.

Sed illi tituli *non hildebrandinam notabant omnipotentiam. Conringius* l. c. p. 44.

In iudicio de libro Concord. p. 485. *Solus eſt angulus Germaniæ*, (Auguſta Vindelicorum) in quo ſe ſe fama Confeſſionis (Proteſtantium) dilatet.

Immo non tantum *in hiſpanicam & italicam*, ſed *& aliarum nationum linguas*, in *græcam* etiam, translata, atque ita per orbem terrarum fama eius di-

Digitized by Google

latata fuit. Ad. *Rechenberg* in Append. ad Form. concord. p. 9.

Tomo III.

Lib. IV. de ſacram. euchariſt. c. 7. p. 263. *Lutherani & Zuvingliani ſeu Calviniſta*, & verbis & factis Græcorum conſuetudinem Latinorum conſuetudini anteponunt, atque *fermantatum panem aptiorem eſſe cenſent ad ſacramentum conficiendum, quam azymum.*

De Lutheranis hoc plane falſum, de Calviniſtis ſeu *Reformatis ex parte:* nam quæ magis eſt doctrinæ Calvini tenax eccleſia, quam *genevenſis?* at hæc etiam nunc in azymis ſacroſanctam euchariſtiam celebrat. *Caſaubon.* Exercit. XVI. n. 12. p. 411.

Ibid. c. 20. p. 284. Controverſia de communione ſub utraque ſpecie, exorta eſt Pragæ in Bohemia circa A. Domini 1412. auctoribus *duobus Germanis*, Petro dreſdenſi, & Iacobello *miſnenſi.*

Iacobellus erat *miſenſis*, *bohemus*, adeoque auctores huius controverſiæ *non erant duo Germani.* Io. Ad. *Scherzer.* Syſtem. theol. 395. Herm. *von der Hardt* Prolegom. in Tomum III. Concil. conſtant. p. 17.

Lib. II. de Miſſa c. 12. p. 357. *Ad neutrum* (neque ad concionem, neque ad orationem) *proprie pertinet ſacrificium: ſacrificium* enim *non eſt loqui*, ſed facere. — Qui enim ſacrificium Deo offert, cum Deo agit, *non cum hominibus.*

At 1. Cor. 14. manifeſte agitur non tantum de loquendo linguis, ſed *etiam de prophetando.* προφητεύειν autem non tantum vaticinari ſignificat, ſed etiam *exhortari, & inſtruere eccleſiam*, quod utique loquela vel ore fit. Neque ſacrificare tantum facere ſignificat, quaſi ſacerdotes illi eſſent, qui ſacramentum facerent: vetus enim eccleſia credidit, Deum eſſe illum, qui ſuo ſpiritu id præſtet. *Sacrificium miſſa fit in eccleſia:* unde ſequitur, *ſacerdotem oportere loqui in eccleſia*; & quamvis ille ut plurimum loqua-

Digitized by Google

quatur ad Deum, tamen *etiam loquitur ad homines*, ut quando dicit: Dominus vobiſcum: Orate, fratres: Surſum corda: Gratias agamus Domino Deo noſtro: Ite, miſſa eſt: Benedicat vos Pater, Filius & Spiritus S. Auctor der *Altchriſtl. Gedancken*. p. 222.

Lib. I. de Pœnit. c. 22. p. 408. Tertius locus (pœnitentium) dicebatur *υποπτωσις*, *quaſi contemplatio rerum ſupernarum*.

Υποπτωσις non derivatur ab *υπο* & *οπτομαι* video, ſed *υποπιπτειν*, nec ſenſu eccleſiaſtico ſignificat contemplationem, ſed *ſummiſſionem*, *ſubſtrationem*, *ingeniculationem*: ſicut videre licet ex *Gregorii* neocæſar. epiſt. canonica, quam *Baronius* latino idiomate adfert ad A. C. 263. n. XXV. ubi num. XXIX. dicitur: *Subiectio* ſeu *ſubſtratio* eſt, ut intra templi portam ſtans, cum catechuminis ingrediatur. Vbi tamen; peractis miſſarum ſollemnibus, cum gemitu ac lamentis pronos ſe in terram abiiciebant *οι υποπιπτοντες*. Vide ſis *Dilherri* Electa l. 2. c. 3. *Sozomen*. Hiſt. eccl. l. 7. c. 16. *Albaſpinæum* Obſervat. eccleſ. l. 2. obſerv. 22. pag. 133. & auctorem der *Altchriſtl. Gedancken*. 485.

Lib. I. de Matrim. ſacram. c. 16. p. 525. *Matrimonium inſolubile eſſe quoad vinculum*, probari poteſt ex traditione: extant enim omnibus ætatibus *teſti-*

Hæc Patrum loca *examinantur* ab *Ittigio* de Synodo aurelian. p. 123. Neque Theophylactus ad IX. ſed *ad XI. pertinet ſeculum*.

monia Patrum, e. g. Clementis, Iuſtini & Athenagoræ, Tertulliani – *ſeculo IX. Theophylacti* &c.	

Tomo IV.

Lib. IV. de Amiſſ. gratiæ & ſtatu pecc. c. 15. p. 103. Ex teſtimoniis Patrum (de conceptione immaculata B. Mariæ virginis) habemus inprimis S. *Ambroſium* ſerm. 22. in pſ. 118. ubi Mariam vocat *ab omni integram labe peccati.*	Loquitur Ambroſius *de peccatis actualibus.* G. Io. *Voßius* Hiſt. pelag. l. 5. p. 711.
Ibid. c. 16. p. 107. *Anſelmus* l. 2. Cur Deus homo, c. 16. ſcribit, B. virginem in peccato eſſe conceptam & natam. Sed *loquitur de prima conceptione ſeminis, & nativitate in utero,* non ea, quæ fit ex utero.	Sed hæc ſunt *humani ingenii commenta,* meraque κενοσφυγετα. Nec enim aliter *conceptionis* & *nativitatis* vocabula uſurpat Anſelmus, quam uti exiſtimavit propheta David, cum ſe in peccatis conceptum ac natum eſſe ait. *Voßius* ib. l. 2. p. 634.
Lib. III. de Iuſtificat. c. 11. p. 362. Ad Abraham dictum eſt (a Deo) Gen. 22, 12. Nunc *cognovi*, quod timeas Dominum, id eſt, nunc *te cognoſcere feci*, quod verus ſis cultor & amator Dei.	Bellarminus *confundit coniugationes Ebræorum.* Neque enim in Piel vel Hiphil, ſed in Kal verbum ידע uſurpatur, *deque Deo dicitur*, quod nunc cognoverit, *more humano.* Et cognoſcere hic idem eſt, *ac experiri*, ſicut Tremellius & Iunius vertunt: Nunc expertus ſum, timentem Dei eſſe te. Theodor. *Hackſpan* in 1. Reg. 17, 24. p. 716.
Ibid. lib. IV. c. 7. p. 381. Adverſarii in eo conveniunt, opera bona non eſſe neceſſaria, niſi	Etiamſi non habent relationem cauſalem ac meritoriam, habent tamen, vel poſſunt habere

neceſſitate præſentiæ, h. e. *non habere ullam relationem ad ſalutem*, quaſi ſint merita, cauſſæ, *conditiones* &c.

bere *relationem ordinis*, qualem habet medium ad finem, antecedens ad conſequens, conditio ſine qua non ad effectum, cuius conditionis præſentia quidem non efficit, abſentia tamen impedire poteſt ſalutem. Sunt *conditio*, ſine qua vita æterna obtineri, & alterum exitium evitari non poteſt. Sunt *via*, quæ ducit ad regnum cæleſte. Recte etiam dicuntur *ſalutem operari*, quia ſunt media eo tendentia atque ducentia. Sunt etiam *neceſſaria ratione efficientiæ*, ſi efficientiam late ſumas, pro illo omni, quod quovis modo operatur, & concurrit ad effectum ſalutis. Ludov. *Le Blanc* in Theſib. theolog. pag. 583. Conr. *Horneius* diſp. de Summa fidei non qualislibet, ſed quæ per caritatem operatur, neceſſit. ad ſal. & in ſcriptis IV. apologet.

Ibid. c. 14. p. 388. *Peccata venialia*, ſine quibus non vivimus, non ſunt peccata ſimpliciter, ſed imperfecte & ſecundum quid, *neque ſunt contra legem*, ſed præter legem.

Hæc ſententia omnino a vero diſſentanea eſt: *peccata enim venialia vel omnino non ſunt peccata, vel legi Dei contraria ſunt*, cum omne peccatum ſit *ἀνομία*. Et ſic etiam ſentiunt *Vega*, & *Eſtius*. Gul. *Forbeſius* 146.

Rob. *Bellarminus*, italus, de Monte Politiano, Soc. Ieſu, Collegii rom. Rector, inde provinciæ neapolitanæ Præpoſitus, tum S. Inquiſitionis Conſiliarius, inque Collegio pœnitentiario Rector,

demum Cardinalis & Archiepiſcopus capuanus, præcipuus romanæ in arena athleta, & pontificatus propugnator acerrimus, qui tamen, iudice *Caſaubono* in ep. 624, haud paulo melius de univerſo nomine chriſtiano potuiſſet mereri, ſi ingenium & doctrinam, quibus excellebat, ad tollendam eccleſiæ ſciſſuram contuliſſet, obiit A. 1621. æt. 79. interque alia ſcripta reliquit unum adverſus Guil. *Barclaium* de poteſtate Papæ in temporalibus. Eum vero damnavit Senatus venetus & Suprema Curia pariſienſis. G. *Calixt.* de Coniug. clericor. N n n 2. Et *Crenius* Animadverſ. P. III. 238. refert, ſummum virum ad argumentum iſthoc ſcribendum coactum fuiſſe. Vitam Bellarmini deſcripſere Iac. *Fuligatus*, de quo Sagittarius Introd. ad Hiſt. eccleſ. 777. Dan. *Bartoli*, Marcellus *Cervinus*, Didac. *Ramirez*, & Nic. *Friſon*, de quo les Nouvelles de la Rep. de lettres P. I. 526. Fuit vir pius, prudens, humilis, ac ſumme miſericors, ſtatura puſillæ proxima, collo brevi, nec ſane nimis eleganti forma, verbis autem ad res aptis ac perſpicuis uſus eſt, ita ut dictio eius ipſi etiam probetur I. Nic. *Erythræo*. Ex profeſſo partim, partim ſubinde refutatur non tantum a Proteſtantibus *Whitakero*, Sam. *Hubero*, Andr. *Willeto*, Fran. *Iunio*, Guilielmo *Lubberto*, *Danæo*, Conr. *Vorſtio*, Gul. *Forbeſio*, *Ameſio*, Mart. *Chemnitio*, Æg. *Hunnio*, Io. *Gerhardo*, Io. Ad. *Scherzero*, ſed etiam Romano-catholicis, ut *Launoio* in Epp. Nat. *Alexandro*, *Labbeo*, aliisque pluribus. Accuſatur etiam a *Iunio*, *Sculteto* in præfat. Medullæ. theol Patr. *Dorſcheo* in ſcripto germ. Bedencken uber Herrn ERNESTI L. H. Ausſchreib. zur Religions conferentz A 4. & *Launoio* in Epp. p. 149. quod Patribus abuſus ſit ad errores ſuos palliandos: ſed *Gretſerus* in epiſt. de ſectariis, cuius excerptum primo Controverſiarum Bellarmini tomo præmittiur, id vocat mendacium. Sunt etiam plures, qui eum defenderunt, & pro ipſo apologias ſcripſerunt, iamque, uti *Muratorius* narrat nelle Rifleſſ. ſopra il buon guſto P. II. 199. Romæ vir quidam eruditus, quem eminentiſſimum eſſe Cardinalem *de Tolomeis* aiunt, occupatur in Bellarmino illuſtrando ac defendendo. Io. Amos *Comenius* dedit Commonitorium de Bellarmini ſcriptis. Denique notandum, Bellarmini breviatores eſſe Io. Andr. *Coppenſteinium*, & Io. Bapt. *Dubois*. Qui vero plura de eo, eiusque ſcriptis noſſe cupit, is adeat *Craſſum* in Elog. P. I. 189. *Sauſſayum* 65. *Imperialem* 169.

I. N.

I. N. *Erythræum* P. I. Elog. 84. *Companellam* in Crenii Method. T. II. 216. Cornel. *a Lapide* apud Gerhard. in Bellarm. orthod. teſte A 2. *Gretſer.* T. I. Defenſ. Bellarm. in præfat. apud Cren. Animadverſ. P. VI. 174. P. XVI. 292. *Caſaubon.* in Epp. 722. *Ancillon* Mel. crit. T. I. 323. *Hottingerum* Bibliothecar. quadripart. I. 3. c. 4. p. 419. *Mylium* in aug. Confeſſ. p. 3. *Muratorium* I. c. 196. *König* 97. *Magirum* 118. *Pope-Blount* 908. & *Bibliothecar.* n. p. addict. T. I. 955. Inter omnium horum iudicia nunc tantum illud exſcribam, quod de eo fert *Whitakerus* in præfat. Controv. de S. Scriptura: *Bellarminum iudico virum doctum, ingenio felici, iudicio ſubtili, lectione multiplici praditum, qui ſolet apertius & ſimplicius agere, quam reliqui Papiſtæ conſueverunt, & argumentum preſſius urget, & arctius ad cauſſam adhæreſcit.* *Becanus* Opp. p. 1023. negat eum eſſe votifragum, quia invitus dignitatem ſuſceperit cardinalitiam.

XVIII.

Adriani & Petri DE WALENBVRCH Opera omnia. Coloniæ 1670. volumina II. In Prima Parte prioris voluminis continentur Tractatus generales, & quidem 1) Examen principiorum fidei. A. 1664. p. 2. 2) Methodus auguſtiniana. A. 1660. 266. 348. Qua probare contendunt, ne ipſos quidem Proteſtantes ſuis obedire principiis. Vide autem *Conringiana* epiſtol. p. 93. 3) Profesſio fidei catholicæ illuſtrata. 426. 4) Tractatus de articulis neceſſariis. A. 1656. 1666. 1668. 488. 5) de inſtrumentis fidei. A. eod. 677. 6) de perpetua probatione fidei per teſtes. A. 1665. 727. 7) de teſtimoniis, ſeu traditionibus chriſtianis. A. 1646. 779. 8) de Præſcriptione. A. 1666. 887. 9) de miſſione Proteſtantium. A. 1665. 906. Cui p. 1036. adiungitur Iudicium *Eraſmi* Roterodami, ex epiſtola in pſeud-euangelicos. In Secunda Parte 1) libri VII. de Vnitate eccleſiæ & ſchiſmate, contra Io. *Bergium*, & Io. *Crocium*. A. 1647. & 1650. p. 1. 2) Legatio Regis pſittacorum e Terra magellanica ad Cromwellium pro ſocietate religionis. A. 1659. 258. In qua Proteſtantes ob articulos fidei negativos perſtringuntur. In poſteriori volumine Tractatus particulares, & quidem Parte I. 1) Compendium controverſiarum particularium. p. 1. Quod A. 1652. editum fuerat ſub titulo, Appropinquatio Proteſtantium ad eccleſiam catholicam, eratque IV. Motivum Ser. *Erneſti*, Landgr. Haſſ.

Haſſ. p. 1. 2) de deſcenſu Chriſti ad inferos. A. 1645. & 1647. p. 52. 3) de eccleſia. A. 1647. 64. 4) de ſanctis. A. 1656. 203. 5) de purgatorio. A. eod. 270. 6) de S. euchariſtia. A. eod. 313. 7) de iuſtificatione. A. eod. 367. 8) de meritis. A. eod. 554. 9) Cenſura doctrinæ fidei ex S. ſcriptura, deque Scripturæ claritate, & prætenſa eccleſiæ defectione, A. circiter 1654. p. 611. Contra Io. *Crocii* Iteratam Sereniſſ. *Ernesti* Landgr. Haſſ. Refutationem. In Parte II. 1) Refutation des Dialogues de Mr. *Drelincourt*. A. 1657. p. 1. In qua agitur de articulis fidei & cauſſa ſchiſmatis. 2) Den eevoudigen Catholyck, ſive Ratio, qua catholicus ſimplex ſuam poſſit tueri religionem. 1647. 53. & 65. p. 52. Contra Chriſtoph *Scheib'erum*. 3) Schipreys van den geloovigen Thomas (Itinerarium fidelis Thomæ) tot de eenigheyt van de ware Kercke I. Chriſti. A. 1641. & 52. p. 147. Qui tractatus ſcriptus eſt in forma dialogi, ut increduli (ſic vocantur Proteſtantes) ad eccleſiam catholicam reducantur, inque eo refutantur *Delius*, & I. B. L. ſive *Lydius*. 4) Tractatus de homine naturali, A. circiter 1666. 244. In eo docetur de anima rationali, eiusque cognitione, & Dei exiſtentia. 5. de homine ſpirituali. A. 1666. 271. Scriptus pro recollectione ſpirituali, cum alter illuſtrium fratrum horum ad ſuſcipiendam conſecrationem epiſcopalem ſe ſe præpararet: in eoque agitur de cognitione Ieſu Chriſti, atque eiusdem cum operatione in fidelibus, tum unione per euchariſtiæ ſacramentum. Denique ſubiunguntur IV. epiſtolæ de Chriſto interceſſore, mediatore & advocato. 6) Tractatus Reineri *Giſberti* de martyribus Iaponiæ, extans in Fran. *Caronis* Iaponia p. 160. (edit german.) & latine redditus, ſuam tamen ſymbolam conferentibus Walenburchiis, a Phil. *Woestyne*. 299. 7) *Cypriani*, ſive, ut Walenburchiis videtur, *Origenis* tractatus de Singularitate clericorum, ſeu ſegregatione clericorum a mulieribus. 307. Repurgatus a ſuperfluis & offenſionem parientibus. 8) Annectitur Fran. *Veronii* Regula fidei catholicæ, qua ea, quæ ſunt de fide in eccleſia romana, ab aliis, quæ non ſunt de fide, ſecernuntur; unde & ſub titulo, *Secretio*, recuſa fuit A. 1699. 12. & A. 1707. 8. Conſtat duobus capitibus, quorum Primo proponitur 1) ipſa Regula fidei catholicæ. p. 1. 2) Declaratio Regulæ 2. 3) Deducta ex Regula declarata. ib. 4) Connexa ex defectu propoſitionis, & interdum ſimul revelationis, ſecluduntur. 4. Secun-

Digitized by Google

Secundo 1) Secretio doctrinæ fidei a quavis alia in particularibus materiis controverſis. p. 8. 2) de meritis gratiæ & gloriæ. ib. 3) de iuſtificatione. 10. 4) de ſatisfactione. 11. 5) de indulgentiis. 14. 6) de purgatorio & ſuffragiis pro defunctis. 18. 7) de legum humanarum obligatione in conſcientia. 19. 8) de invocatione Sanctorum. 22. 9) de imaginibus. 24. 10) de reliquiis Sanctorum, & earum veneratione. 25. 11) de cultu & honore Sanctorum. 26. 12) de Chriſti præſentia in euchariſtia. ib. 13) de transſubſtantiatione 29. 14) de adoratione euchariſtiæ. 31. 15) de ſacrificio miſſæ. 34. 16) de Papa, eiusque primatu & auctoritate. 36. 17) de iudice controverſiarum. 39. Viam hanc componendi controverſias *Walenburchii* hic vocant excellentem, p. 1. & certam ac facilem, volum. prior. P. I. 163. 615. Sed contra methodum Veronii diſputat G. *Calixtus* in Digreſſ. de Arte nova p. 238.

Volum. II. P. I. 116. *Ex confeſſione delata in domum euchariſtia,* quæ olim obtinuit, *validum* producimus *argumentum pro uſu communionis ſub una ſpecie,* & pro *permanentia* corporis Chriſti ſub ſpeciebus ſacramentalibus extra uſum ſacramenti.

In eccleſia communicabant ſub utraque: non nulli autem particulas aliquot panis benedicti, qui ipſis in eccleſia in manum datus erat, domum deferebant, ut in promtu haberent, quoties eo frui vellent. Sed poſtea *mos hic fuit antiquatus, ſicuti nunquam publica Eccleſiæ ſententia fuerat approbatus.* Ruard. *Tapperus*, G. *Caſſander*, & Cl. *Eſpencæus* apud Gerhardum in Confeſſ. cathol. 1193. Et permanentia per *abrogationem* evanuit.

Pag. 269. Laudate Dominum in *Sanctis* eius. *Pſ.* 150, 1.

In fonte dicitur בקדשו in *ſancto* eius, h. e. eum, qui habitat in ſacra templi ſui æde: quo modo eadem vox adhibetur *Pſ.* 60, 8 & 108, 8. Mart. *Geier* Comment. in *Pſ.* 50, 1.

Pag. 629. Credimus, eum provocaſſe ad S. *Cypriani ſententiam*

Dicitur ibi, Vni Petro promiſſas eſſe claves, *ut unitas commendare-*

Digitized by Google

lib. de Vnitate eccleſiæ.	*daretur*, cunctis autem (apoſtolis) re vera datas eſſe. Quodſi vero ita velis legere, *Primatus Petro datur, ut una Chriſti eccleſia monſtretur*, ſcito, verba iſta a propoſito *Cypriani* eſſe aliena, nec haberi in vetuſtiſſimis duobus MSS. L. E. *du Pin* de antiq. eccl. diſcipl. p. 308. 314.

Adr. & Pet. *de Walenburch*, fratres, batavi, ex illuſtri gente, ille epiſcopus adrianopolitanus, ac ſuffraganeus Electoris & archiep. moguntini, hic epiſcopus myſienſis, & ſuffraganeus colonienſis, ex hac vita migrarunt, ille A. 1669. hic A. 1675. æt. 65. Et hunc ego ſalutavi Coloniæ Agrippinæ, multumque de religione ſermonem, ſed & placidum ac moderatum, & omni carentem bile, ex eo audivi A. 1670. d. 10. Iulii. Adverſarios, qui cum eis, vel quibuscum ipſi diſputarent, & bella litteraria gererent, habuere plurimos, videlicet *Claubergium*, *Cocceium*, Io. *Crocium*, *Delium*, *Drelincourt*, *Eilbrachtium*, Io. Lud. *Fabricium*, *Hundium*, I. B. *Lydium*, *Sibricium*, *Spanhemium*, *Scheiblerum*, *Dannhauerum*, *Boebelium*, *Hulſemannum*, *Haberkornium* G. *Calixtum*, Ger. *Titium*, *Iaſchium*, Andr. *Overbeck*, qui per *Anonymum vvolffenbuttelenſem* p. 490. & 618. Primæ Part. prioris volum. intelligitur, Io. *Muſæum*, Ioſ. *Arndium*, *Kuhnium*, *Conringium*, *Felvvingerum*, & Andr. *Wiſſovvatium*. Laudantur tamen ab Henr. *Marcellio* Sapient. pacif. p. 158. ob manſuetudinem & lenitatem, quam ſemper adhibendam cenſet in diſputationibus ſacris, in velitationibus ſuis exercitam; & quamvis *Conringius* in Conringian. epiſtol. p. 33 miretur, apud Boineburgium tanti ponderis fuiſſe Walenburchica, p. 33. mox tamen eoſdem ſe amare profitetur ob animi probitatem & doctrinam. p. 34. De iisdem vide etiam *Titium* de phraſ. ſcript. ecceſ. 104. Io. *Cyprian.* Orat. init. de Methodis refut. hæret. Pontific. C 2. Io. *Frick* in Inclement. Clementis 131. 133. & *Baillet* d' Anti T. I. 268.

Fran. *Veronius*, pariſienſis, ieſuita, diſtinguendus a conſtantienſi, famoſo illo regicidii defenſore, edidit L' Etabliſſement de la Congregation de la propagation de la foy. Lyon 1624. Metho-

des de traiter des controverſes de religion. Paris 1634. & Reſponſe aux Declarations de *Baſile* & de *Cupif*, apoſtats. 1639. Regula eius fidei catholicæ approbata eſt ab univerſo Clero gallicano, immo & tacite a tota Eccleſia romana, quia auctor non ſui placita cerebri affert, ſed concilii tridentini normam ſequitur, nihilque admittit credendum, quod ab illo credendum non præcipitur. *König* 839. *Hyde* Catal. biblioth. bodlei. T. II. 228. *Acta erud.* A. 1704. 424.

XIX.

M. Ant. DE DOMINIS de Rep. eccleſiaſtica libri X. Heidelbergæ 1618. & Francofurti, ubi editi ſunt liber V. & VI. A. 1620. atque Haonoviæ, ubi liber VII. & IX. impreſſi ſunt A. 1622. Prima Operis huius pars prodierat Londini A. 1617. f. Deſiderantur autem hac in editione, ut ut completiore, liber IIX. & Xmus, idque, ut in Præfat. Partis III. dicitur, certo ac bono auctoris conſilio, donec ultima eis manus impoſita fuerit; ſed creditur, ſuppreſſos fuiſſe a Ser. Rege Britanniarum. Vt fruſtra optaverit illuſtris *Boineburgius* in Epp. ad I. C. Dietericum p. 3. *Vtinam omnia extarent!* Præfationi ad univerſos S. catholicæ eccleſiæ Epiſcopos ſubiungit auctor ſuæ profectionis, quam ultra decennium meditatus fuerat, Conſilium, in eoque contenta & ſcopum horum librorum recenſet. Nimirum in primo libro formam Reip. eccleſiaſt. inquirit, ſtatuens, Eccleſiam ſub Chriſto ad perfectiſſimam monarchiam pertinere; in terris autem Chriſti miniſtros, a monarchia terrena alieniſſimos, ipſa Chriſti inſtitutione ariſtocratice, nec tamen ſine aliqua democratiæ admixtione, eccleſiam gubernare, & conſequenter Petri primatum ſeu papatum cum euangelio & Chriſti inſtitutione plurimum pugnare. In ſecundo eccleſiaſticæ reip. rectores & miniſtros conſiderat, quinam ſint, & quomodo SS. apoſtolis detur ſucceſſio, quæ ſit epiſcoporum inſtitutio, & quomodo differant a presbyteris, qui ſint miniſtri inferiores, & quid ſacer ordo in hac rep. efficiat. In tertio explicat hierarchiam, quæ inter epiſcopos & huius Reip. rectores invenitur, docetque, iure divino inter epiſcopos nullam eſſe prælationem, nullam ſubiectionem, ſed ſolo iure eccleſiaſtico locorum gradus inter epiſcopos diſtingui: & conſequenter agit de epiſcoporum electione, confirmatione, conſecratione ſeu ordinatione; deque Metropolitanorum & Primatum ac Patriarcharum iuribus. In quar-

quarto romanæ eccleſiæ diſcutit privilegia, oſtendens, eam neque in ſe, neque in ſuo epiſcopo, neque in ſuo clero ullam habuiſſe a Chriſto ſupra ceteras præeminentiam, ſed, ſi quam habuit vel habet, eam ex humanis ipſam præſidiis accepiſſe. In quinto propriam eccleſiæ partem indagat, probans, eam eſſe mere ſpiritualem; adeoque iurisdictionem omnem ab eccleſia reiicit, ac de ſacramentorum vi & operatione diſſerit, deque cenſuris. In ſexto laicam poteſtatem cum eccleſiaſtica comparat, docens, Principes chriſtianos terrenos multa poſſe in eccleſia, eccleſiam vero nihil in temporalibus, nedum erga Reges. Agit itaque de Chriſti regno temporali, de poteſtate laica, unde ſit, & quam late pateat: de immunitatibus eccleſiarum & eccleſiaſticorum: de inveſtituris: de Sicula monarchia &c. In ſeptimo internam Reip. eccleſiaſticæ per fidem directionem contemplatur, regulamque veram fidei inquirit, & ita diſputat de Verbo Dei, Eccleſiæ & Papæ in hoc auctoritate, conciliis, hæreſi, & ſchiſmate. Subiungitur quoque huic libro utiliſſimus G. *Caſſandri* tractatus de Officio pii viri circa religionis diſſidia. In octavo externum eccleſiæ regimen per leges, canones & iudicia conſiderat, ideoque agit de obligatione canonum, diſpenſatione, præceptis ieiuniorum, precum, & ſimilium. In nono ad temporalia eccleſiæ bona accedit, & explicat, qualis eſſe debeat ſuſtentatio miniſtrorum eccleſiæ, unde illa accipiatur, & quomodo bona eccleſiæ adminiſtrentur. Diſſerit igitur de decimis, beneficiis, dominio in bona eccleſiæ, uſu & abuſu redituum eccleſiaſticorum, penſionibus & commendis, ac Clericorum teſtamentis. In decimo & ultimo libertatem eccleſiaſticam explicandam ſumit, ſcrutans, quomodo hæc Reſp. libera ſit, & conſequenter agit de privilegiis & privilegiatis, abuſu privilegiorum, exemtionibus & exemtis, monachorum ſubiectione, & ſimilibus. Scopus autem horum librorum eſt, romanos errores detegere, veritatem & ſanctitatem catholicæ doctrinæ & diſciplinæ aperire, eccleſias plurimas, a romana abiectas & repudiatas catholico in ſenſu retinere, unionis omnium Chriſti eccleſiarum viam, ſi non demonſtrare, ſaltem indicare, ut, ſi quo fieri modo poſſit, unum ſentiamus omnes, unum loquamur, & ſchiſmata comprimantur, Principibusque chriſtianis anſa eripiatur, oppreſſionem inter ſe meditandi, & ſub religionis fideique obtentu publicam po-

populi chriſtiani pacem & tranquillitatem bellis importunis, ac vere impiis perturbandi. Atque hos libros Io. Chriſtianus L. B. *de Boineburg* Epp. p. 117. appellat immortalis pretii opus. Nihilominus Wilh. *Bedellus* multa in his libris correxit, præſertim græca, uti teſtantur collectores *Actor. erud.* ad A. 1686. 244. iisdemque oppoſuit Nic. *Coëffetau*, ordinis Prædicatorum, libros IV. de Monarchia eccleſiæ catholicæ & romanæ, Fidelis *Annoſus* ſive Io. *Floydus* Cenſuram X. libror. de Rep. eccleſ. Balth. *Nardius* Expunctiones locorum falſorum de papatu romano, Andr. *Eudæmon-Ioannes* Admonitionem ad lectores librorum M. Ant. de Dominis, Fr. *Hallier* libros IV. de Hierarchia eccleſiaſtica, Zach. *Boverius* Cenſuram paræneticam, Domin. *Gravina* (nondum quidem, ut *Craſſus* refert in Elog. Tom. II. 171. impreſſos) librum de formali conſtitutivo religionis, Militemque delicatum, & Mart. *Becanus* de Rep. eccleſiaſt. libros IV. Prodierunt etiam Laur. *Beyerlinckii* Examen Conſilii M. Antonii de Dominis, Manifeſtatio apoſtaſiæ M. Antonii, & anglico idiomate Obſervationes de vita ac geſtis eiusdem, quarum illa, uti *Placcius* indicat de anon. p. 512. creditur eſſe Io. *Svvetii*, hæc *Cromvvelli.* Denique Rich. *Crackanthorpius* edidit contra eum Defenſionem eccleſiæ anglicanæ, Londini 1625. 4.

Lib. VII. c. 11. n. 216. p. 265. *Fides* (catholica) *ſola eſt, qua apprehendit formaliter* iuſtificationem.	Num. 211. dixerat, *fiducia ſolius*, quæ ad ſpem reducitur, & ex fide naſcitur, ſive fidei effectum eſt, propriam eſſe, aut ſaltem videri actionem, formaliter & proxime Chriſti iuſtitiam apprehendere. Quomodo autem hæc cohærere poſſunt, *fide ſola* apprehendi formaliter Chriſti iuſtitiam, & tamen *non niſi fiducia*, quæ fidei effectus eſt? Gul. *Forbeſ.* p. 34.
Ibid. Mihi illud certum videtur, *fidem ſolam* ſine malis operibus, & pariter *ſine bonis operibus* ſalvare ſive iuſtificare hominem.	Hoc falſum eſt, niſi *bona opera exteriora* intelligat; quod procul dubio facit; licet nimis generaliter loquatur. Nam in-

Ibid. n. 217. Poſteriores (Reformati) volunt, *iuſtificationem noſtram formalem eſſe obedientiam Chriſti, eiusque iuſtitiam nobis imputatam.* Et paulo poſt: *An vero iuſtitia illa, per quam poſt iuſtificationem iuſti dicimur, ſit ſola imputatio iuſtitiæ Chriſti nobis, an vero ſit aliquid inhærens*, quod Deus nos iuſtificando in nobis ponat, an iuſtitia formaliter ſit ipſa remiſſio peccati, h. e. carentia illa iniuſtitiæ, *res eſt diſputabilis.*

inchoatam Dei dilectionem, & fiduciam, quæ ſunt bona opera interna, a fide viva excludi poſſe, & in ſe abſurdum eſt, & negavit ſæpe conciliator ipſe, *Forbeſ.* l. c.

Hæc ille, *plus æquo partibus diſſentientibus placere* ſtudens. *Forbeſ.* 58.

M. Anton. *de Dominis*, natus in ditione veneta, Soc. Ieſu, primum ſegnienſis in Liburnia epiſcopus, deinde ſpalatinus in Dalmatia archiepiſcopus, ac Primas duorum regnorum, Dalmatiæ & Croatiæ, poſt ſubitam Inquiſitionem romanam, a qua quidem dimiſſus, ſed non abſolutus fuerat, A. 1616. diſceſſit ad Reformatos in Angliam, ubi Decanus factus eſt windſorienſis. Sed quum revocantibus neceſſariis & amicis morem gerere conſtitueret, idque non incognitum eſſet Britannis, gravem ad eum epiſtolam dedit Ioſ. *Hall*, & abitum, atque religionis novam mutationem omnibus diſſuaſit modis. At ille ſurdo narravit fabulam: nam anno 1622. M. Antonius deſerta clam Britannia, itinereque per Galliam & Flandriam inſtituto rediit Romam, & ritu pœnitentium, publice in æde S. Petri genibus innixus, laqueumque in collo geſtans, palinodiam cecinit, atque ita abſolutionem accepit. Poſt hæc tempora iterum mutationem fertur meditatus eſſe: certe A. 1623. ſub pontifice VRBANO IIX. in carcerem coniectus fuit, in quo, conſiderans, quam dira adverſus ſe expectanda ſit ſententia, ex ægritudine

tudine obiit, defuncti autem corpus depoſitum apud ædem SS. apoſtolorum, donec A. 1625. feriis S. Spiritui ſacris deportaretur in Campum Floræ, ibique, & ſimul, ut *Beineburgius* Epp. p. 189. ſentit, lenitudo ac modeſtia, igne cremaretur, cineribus in Tiberim proiectis. Tam triſtem, tamque miſerabilem exitum habuit vir doctrina, ingenio & iudicio florentiſſimus, atque in ſplendida dignitate conſtitutus, ſed in religione inconſtans, idemque credulus, & fortaſſis maiora appetens, ac propterea in litteratorum infelicium numerum referendus. Certe Io. *Barclaius* ſpes eius fallaces, quas de glorioſa in Anglia promotione ſibi promiſerat, peculiari ſcripto exploſit atque evertit. Videatur *Spizelius* in Infel. literato p. 376. *Kettner* de Relig. prudent. 39. *König* 255. G. *Arnoldus* P. II. lib. XVII. c. 3. *Czuittinger* Specim. Hungar. liter. 121. Præter libros de Rep. eccleſia, quibus XII. impendit annos, ſcripſit etiam Scogli del naufragio chriſtiano, id eſt, Scopulos chriſtiani naufragii, Papatum romanum, ſeu de origine, progreſſu & exſtinctione eius, (de quo *Placcius* de Anon. 145.) & Concionem contra eccleſiam romanam, (niſi forte hæc cum priore ſcripto eadem eſt) primusque vulgavit Concilii tridentini Hiſtoriam, italice a Paulo *Sarpio* exaratam: ſed in Conſilio reditus ſui ex Anglia, omnes hosce libros damnavit, certe ad eorum damnationem conſtrictus fuit. Sæpius laudatur a G. *Calixto*, ut vir eccleſiaſticæ antiquitatis peritiſſimus, ingenioque & iudicio maximus, videl. in Appar. theol. p. 195. Reſp. ad Mogunt. §. 22. Reſp. ad Hülſemanni Meiſt. Muſter §. III. de Arte nova 75. & in ep. dedic. diſp. de Commun. ſub utraque ſpecie c 2. Fr. Vlr. *Calixto* præfat. in Demonſtrat. liquidiſſ. 4. *Hildebrando* diſp. de Hæret. §. 20. Io. *Faës* de Iubil. pontif. p. 37. & Gottl. *Wernsdorf*, atque *Schurtzfleiſchio* apud Czuittinger. p. 124. *Calovio* autem in epiſt. dedicat. Harmoniæ dicitur certus vertumnus, incertus chriſtianus, & peſſimus apoſtata. Guil. *Forbeſius* in Conſiderat. controverſ. 287. obſervat, ſæpe illi, quamvis alias viro doctiſſimo, & controverſiarum ſui temporis intelligentiſſimo, accidiſſe, ut, dum in diverſa animus rapiebatur, & utrique parti gratificari impenſiſſime ſtudebat, haud pauca non ſatis attente & conſiderate ſcriberet. Adverſarios, præter illos, ſupra nominatos, nactus eſt Fran. *Veronium*, *Walenburgios*, *Colonienſes*, *Lovanienſes*, *Duacenos*, *Pariſienſes*, & Io. *Robertum*, qui digne eum, ut

Beine-

Boineburgio Epp. p. 180. videtur, defricarunt. Quibus adde I. D. S. *Sonnemannum* Diſcuſſ. Exam. Schwerdtner. 107. & Rich. *Crakanthorpium*: quorum hic quidem eſt in numero Reformatorum.

XX.

Io. LAVNOII Epiſtolæ. Cum Guil. *Sayvvelli* Præfatione apologetica pro reformatione eccleſiæ anglicanæ, in qua agitur de auctoritate & uſu catholicæ traditionis & occumenicorum conciliorum, eorumque cum ſacris ſcripturis conſenſu. Cantabrigiæ 1689. E bibliotheca C. Haſæi D. Prius prodierant Lutetiæ Pariſiorum A. 1668. 8. IIX. voluminibus. Conſtant hæ Epiſtolæ octo partibus, quæ olim ſingulæ ſeorſum publicatæ, & argumenta, ſingulis antehac tomis, nunc toti operi ſunt præfixa. In I. parte oſtendit Launoius errores B. *Thomæ* in opuſculo contra Græcorum errores, docetque, quo ſenſu Papa romanus dici poſſit catholicæ eccleſiæ epiſcopus; eum deſtitui non errandi privilegio; generali concilio & canonibus ſubiectum eſſe; quo ſenſu idem dicatur minorum nunquam ſubiacuiſſe iudicio; eum, qui ab epiſcopo quodam eſt excommunicatus, ab alio in communionem non eſſe admittendum; *Bellarminum* eccleſiaſtico dogmati, quo romanus Pontifex univerſalibus conciliis & ſacris canonibus ſubiicitur, falſam præfixiſſe epocham; EVGENIVM IV. baſileenſis concilii initium & progreſſum luculenter adprobaſſe, *Bellarminum* autem & alios romanæ curiæ magiſtros abuti LEONIS X. conſtitutione, quæ in lateranenſis concilii Seſſione XI. edita eſt. In II. diſputat contra *Bellarminum*, rom. Pontificem ſimpliciter & abſolute ſupra eccleſiam & concilium ponentem; deinde agit de proximo & immediato poteſtatis eccleſiaſticæ ſubiecto, ſentitque, Pontificem ſubeſſe concilio ad fidem pertinere, & ex Pontificum ſcriptis colligit, a Pontifice ad Concilium non nunquam provocari poſſe. In III. Ex appellatione *Vicarii Chriſti* non ſequi Papæ infallibilitatem; concilia non tantum eſſe utilia, verum eſſe neceſſaria; quid ſit, *Loqui ſeu pronunciare de cathedra*; & *Bellarminum* neglexiſſe leges hiſtoriæ, cum quæſtionis ſtatum circa errandi privilegium format. In IV. adverſus Thomam *Caietanum* oſtenditur, eccleſiam nec ſervam natam eſſe, nec principatus iure omni carere; multos abuti com-

comparatione inter Reges & rom. Pontifices, & ſeditioſis argumentis uti; Epiſcopis competere ius decidendi fidei & morum univerſalis eccleſiæ controverſias; Lovanienſem academiam ſemper ſtatuiſſe Conciliorum ſupra Papam auctoritatem, nec *Corn. Janſenium* a doctore ſuo Auguſtino receſſiſſe; erraſſe Andr. *Eudæmon-Ioannem*, docentem, commune catholicarum eccleſiarum dogma hoc eſſe, in diiudicandis fidei cauſis ac moribus univerſæ eccleſiæ præſcribendis ſummum Pontificem nec falli poſſe, nec fallere; Hadrianum ſextum, contra quam ſentit Card. *Pallavicinus*, recte & optime imperaſſe, & quæ ſunt Pontificis obſervaſſe; narrationem autem de Ioanna papiſſa meram eſſe fabulam, commento de Cyriaco papa, qui ſec. III. Pontiano ſucceſſerit, ſimilem. In V. Auguſtinum non alium in controverſiis religionis ſupremum vel ultimum iudicem agnoſcere, quam Epiſcoporum concilium; *Bellarmini* teſtimonia Patrum de Pontificis infallibilitate non eſſe firma, eumque confundere rom. Pontificem cum Sede romana; ex damnata Romæ ab Inquiſitoribus propoſitione hac, Libri prohibiti, donec expurgentur, & corrigantur, poſſunt tolerari, recte inferri, nec Ariſtotelis libros complures ſalva conſcientia legi aut doceri poſſe; theologiæ quæſtiones SS. ſcripturarum auctoritate, & SS. Patrum tractatibus, deductisque inde rationibus, non autem philoſophorum opinionibus, aut frivolis hypotheſibus dirimendas, optimumque iſtum componendarum quæſtionum modum præſcribi a Synodo florentina in definitione fidei; *Bellarminum* autem, dum Pontificis infallibilitatem e dictis iſtis, *Matth.* 16, 18. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, *Luc.* 22, 32. Oravi pro te, Petre, & *Io.* 21, 15. 16. Paſce oves meas, probare contendit, abire a profeſſione fidei tridentinæ; denique contra Vincentium *Baronem* eaſdem cum Bellarmino tibias inflantem, diſputat, oſtendens, eccleſiæ gallicanæ libertates in hoc conſiſtere, quod negat immunitatem presbyterorum, clericorum & monachorum a iuriſdictione & obedientia diœceſani epiſcopi, & conſequenter Regis & regni ipſius, & infallibilitatem Pontificis romani. In VI. Ius indicendi & convocandi Concilia univerſalia non eſſe penes Papam, uti *Bellarmino*, Horatio *Iuſtiniano* & Vincentio *Baroni* aſſerere placeat, ſed penes Imperatorem: nam Conſtantinum I. indixiſſe ſynodum nicænam, & antea etiam romanam atque arelatenſem, Theodoſium

M. conſtantinopolitanam, & epheſinam, Valentinianum & Marcianum chalcedonenſem, Iuſtinianum Vtam, varios Principes ea concilia, quæ inter V. & VItam ſynodum congregata ſunt, Conſtantinum IV. VItam, Conſtantinum & Irenen VIImam, Baſilium IIXvam, nec tamen reiiciendam Tridentinam, quod eam Imperator moribus antiquis non indixerit aut congregarit; Gregorii VII. Dictatum eſſe ſuppoſitum, atque ab illius Papæ ingenio & ſcriptis plane diſſidere; univerſalia Concilia, a romano indicta Pontifice, Regum & Principum auctoritate indicta & convocata eſſe; tres eſſe Regulas, quibus a falſo verum ſecernitur in quæſtionibus theologicis, nempe has: 1) Scriptura S. non niſi iuxta unanimem Patrum conſenſum accipi debet. 2) Concilium univerſalem Chriſti eccleſiam repræſentat. 3) A romano Pontifice regenda eſt eccleſia, quemadmodum & in geſtis œcumenicorum conciliorum, & in ſacris canonibus continetur; denique falli *Bellarminum*, qui, ad aſſerendam ſummam Pontificis poteſtatem, *Marcelli* papæ epiſtolam ad epiſcopos antiochenæ provinciæ, & *Synodi alexandrinæ* epiſtolam ad Felicem adducit, cum duo hæc ſcripta ſint ſpuria. In VII. contra Ant. Dadin. *Alteſerram* negat, privilegium monaſterii S. Medardi ſueſſionenſis, & tria auguſtodunenſia eſſe genuina, & a Gregorio I. profecta, nec provincialia concilia habere vim prius, quam ab rom. pontifice adprobentur; contra *Baronium*, Romanis Pontificibus competere ius privandi Reges exactione tributorum; contra *Bellarminum*, pontificem hæreticos reges de Regnis ſuis deturbare, excommunicare, Regum & Principum ſubditos a iuramento fidelitatis abſolvere poſſe, Theodoſiumque Imp. ab Ambroſio excommunicatum fuiſſe. Denique in IIX. agit de præſidentia in Synodis, referens, de præſide nicænæ ſynodi multas adferri opiniones, & Alexandro quidem alexandrino favere ipſam illam ſynodum, Hoſio autem cordubenſi Athanaſium, Theodoretum, Sozomenum; prædictum Hoſium A. 347. ſardicenſi præfuiſſe ſynodo; Damaſum CPtanæ nec per ſe, nec per legatos; Timotheum alexandrinum, non vero Nectarium, Synodo, quæ anno 381. habita eſt, Nectarium tamen præfuiſſe alteri Synodo inſequentis anni; Cyrillum alexandrinum epheſinæ, Dioſcorum alexandrinum epheſinæ ſecundæ, Leonem I. chalcedonenſi per ſuos legatos, in actione autem XII. eiusdem Synodi Anatolium; Synodos duas CPtanas

non

non debere confundi: priori enim, anno 536. præfuiſſe Menam, poſteriori A. 553. celebratæ, abſente Vigilio (qui tamen, ſi voluiſſet adire Synodum, ei præſidere potuiſſet) Eutychium CPtanum; Agathonem Synodo VItæ, ita tamen, ut & Conſtantinus IV. Imp. in 12. actionibus Præſidens appelletur; Hadrianum I. Synodo VII. per ſuos legatos, Hadrianum II. Synodo IIXvæ, in eadem tamen Imperatores *Baſilium*, *Conſtantinum*, & *Leonem* Præſidentes dici, & ab eccleſiæ rom. legatis rogari, ut primi ſubſcribant, prius quoque iis adclamari, quam rom. Pontificibus; in numerandis univerſalibus conciliis difficultatem dari, eamque oriri ex varia univerſalis concilii definitione, & *Bellarminum* in iis, quas ponit, talis concilii conditionibus, ſecum pugnare ipſum; profeſſionem fidei recens creatorum Pontificum adſtringere ipſos ad obſervationem Conciliorum œcumenicorum, & deceſſorum ſtatuta, nec quid facile eſſe mutandum, niſi in melius; eccleſiæ definitionem ex ſcripturis & perpetua Patrum traditione depromptam nullam eſſe aliam quam hanc, Eccleſia eſt fidelium ſeu catholicorum cœtus, *Caniſium* autem & *Bellarminum* in ſuis definitionibus falli; denique Cyprianum pluris, quam Stephanum R. P. apud orientis & occidentis eccleſias, maximeque romanam, habitum fuiſſe.

Io. *Launoius*, conſtantienſis, exiguo e pago Picardiæ, Doctor & theologus Sorbonæ, Iac. *Sirmondi* ieſuitæ amicus, erroris quidem, quod Sulpicii Severi, & Gregorii turonenſis epochis calculum ſuum ſuperſtruxerit, & a *Bailleto* audaciæ, nimiæque in auctoritate ſua confidentiæ accuſatur, cetera tamen, ipſius Bailleti iudicio, nunquam ſatis laudari poteſt reſpectu fortitudinis illius, qua promovit Poſitivæ theologiæ a iugo ſervitutis, qua eam ſcholaſtica premebat, liberationem. *Lexicon univ. hiſtor.* T. III. 290. Elogium eius prodiit Londini A. 1685. cui ſcriptorum ipſius catalogus inſertus eſt, qui alias ſeorſum exſtabat, nunc autem præmiſſus eſt novæ editioni libri de ſcholis celebrioribus. Plura de eo dabunt *Magirus* 509. *Pope-Blount* 1040. *Rechenberg.* Exercitation. p. 475. *Ancillon.* Mel. crit. T. II. 328. *Acta erud.* A. 1686. 341. A. 1687. 602. A. 1690. 156. & T. 3. *Supplem.* Act. erud. 391. Io. *Moller.* de Script. homon. 633. El. *Veiel* Diſſertat. iſag. in Al. Natalem 190. *Meibom.* in Additam. ad Vogleri Introduct. 206. V. E. *Loeſcher*, contra papatum 49. *Amelius* in Erörterung 930. *Du Pin* T. XIIX.

Digitized by Google

Bibliothecæ eccleſiaſt. ſcriptorum, Car. *Peraultus* in Centur. illuſtr. Galliæ virorum, & Io. Alb. *Fabricius* præfat. in Mabillonii Itinerar. & Launoium de Scholis celebr.)(4. In epitaphio, quod ei illuſtris Nicolaus *le Camus*, Supremæ ſubſidiorum curiæ princeps, poſuit, vocatur veritatis aſſertor perpetuus, iurium eccleſiæ & Regis acerrimus vindex, optimam famam, maximamque venerationem apud probos adeptus: adde, ſed ab hoſtibus multa adverſa paſſus. Fuerant autem inter eius adverſarios German. *Milletus*, Io. *Sanblacatus*, Hugo *Menardus*, Pet. Fran. *Chifletius*, Hugo *Mathoud*, Adrianus & Henricus *Valeſius*, Io. Bapt. *Gueſnaus*, Fr. *Nicolai*, *Billialdus*, Domin. *Galeſius*, Norbert. *Cailliocius* ſive Caillieu, Io. Bapt. *Thiers*, Io. *Fronto*, Ant. *Arnaldus*, & illuſtriſſimus *d' Eſtrées*, epiſcopus laudunenſis; immo a Theoph. *Raynaudo* non tantum plagiariis, ſed & impiis & atheis adſcriptus eſt. Sed ille, quo pluribus gravioribusque petebatur conviciis atque calumniis, eo magis ſtrenue pergebat (ſunt verba clariſſimi *Fabricii*) inveteratos errores & ſuſpectæ fidei monumenta, ementitam antiquitatem, temereque iactatas origines, & addita faſtis falſa nomina Sanctorum in clariſſima veritatis & genuinæ antiquitatis luce oſtendere. Ceterum ſua ſe conſolatus eſt conſcientia, ac iudicio optimorum virorum, qui eum laudabant, quod vitam innoxiam exegerit, opes neglexerit, & quantulumcunque, ut relicturus, ſatis habuerit. Finitis tandem pugnis ad quietem in Chriſto pervenit A. 1678. æt. 77. Ant. *Reiſerus* vindicavit eum in potioribus fidei capitibus adverſus *Bellarminum*, ſub titulo: Io. Launoius teſtis & confeſſor veritatis euangelico-catholicæ. Amſtelodami 1685. 8.

XXI.

CONCORDIA, Chriſtl. wiederholte einmühtige bekäntnis einiger Churfürſten, Fürſten und Stände augſp. Confeſſion, und derſelben Theologen lehre und glaubens. Dreſdæ 1580. E bibliotheca Io. *Kaufmanni*. Prodiit etiam Lipſiæ A. 1703. 4. cum Hiſtorica introductione Henr. *Pippingii*: de qua editione videantur Narrat. innoc. A. 1703. p. 285. Alias appellatur hoc opus *Formula concordiæ*, videlicet latius ſic dicta, & complectitur V. libros ſymbolicos Eccleſiarum auguſtanæ confeſſionis, qui ſunt 1. Au-

Auguſtana Confeſſio invariata, cum præmiſſis tribus Symbolis œcumenicis. 2. eiusdem Apologia. 3. Articuli ſmalcaldici. 4. Lutheri catechiſmus maior & minor. 5. Formula concordiæ ſtricte ſic dicta, quæ diſpeſcitur in duas partes, quarum prior appellatur *Epitome articulorum*, de quibus controverſiæ ortæ ſunt inter theologos auguſtanæ confeſſionis, poſterior *Solida, plana ac perſpicua repetitio ac declaratio* quorundam articulorum aug. conf. qui quidem numero ſunt XI. verſiculis hiſce memorialibus comprehenſi:

Peccatum, Arbitrium, Iuſtus, Bona facta, Sequeſtra,
Vſus, Edas, Chriſtus, Infera, Ritus, Amor.

Concordiæ huius, quæ multum differt a Formula concordiæ wittebergenſis, A. 1536. ſuper articulo de S. cœna hypothetice ſancita, auctoritas eſt publica: nam AVGVSTVS, Elector Saxoniæ, non tantum conventum theologorum A. 1576. Torgæ indixit, in quo huius Formulæ capita digererentur, ſed a VI. celebribus theologis (videlicet Iacobo *Andrea*, Dav. *Chytræo*, Mart. *Chemnitio*, Andr. *Muſculo*, Chriſtoph. *Cornero*, & Nic. *Selneccero* (vide *Placcium* de anonym. 97.) conſcriptam, & in cœnobio Bergenſi prope Magdeburgum reviſam & emendatam cum aliis Statibus commumunicavit, ut cenſuras exponerent ſuas, tandemque ab Electoribus III. Principibus XXI. Comitibus XXII. Baronibus IV. Civitatibus liberis XXV. & 8000. Miniſtris eccleſiæ & magiſtris ſcholarum ſubſcriptus hic liber, anno 1580. publicatus fuit, eum quidem in finem, ut reduceretur inter theologos aug. conf. concordia in religione ac fide, quæ ad illud uſque tempus per novos loquendi modos & contentiones varias mirum in modum lacerata fuerat. *Rechenberg* in Append. tripart. c. 6. & *Miniſter.* lubec. hamburg. & luneburg. contra El. Prætorium p. 244. De Appendice autem huius voluminis, qua teſtimonia S. Scripturæ & veterum orthodoxorum Doctorum continentur, vide Leonh. *Hutterum* in Concordia concorde 282. Neque tamen omnes Ordines euangelici Formulam iſtam concordiæ receperunt, iudicantes, ea non opus eſſe, ſed Auguſtanam ſibi confeſſionem ſufficere, tanquam fidei teſſeram. Nec Paulus *ab Eitzen*, Superintendens eccleſiarum holſaticarum, impetrare a ſe poterat, hunc reducendi concordiam modum ut adprobaret. Vide *Bücherſaal* T. V. 152. Subſcripſit quidem inter alios Principes etiam ſereniſſ. IVLIVS, Dux Brunſv.

ac Luneb. ſed certis de cauſſis neque ipſe poſtea admiſit, neque in eccleſiis ſuis libri ſymbolici locum & ius obtinere iuſſit. *Rehtmeyer*, Hiſt. eccl. brunſvic. P. III. 486. In præfatione, cuius auctores fuere Iac. *Andreæ* & Mart. *Chemnitius*, (Gottfr. *Arnold* Kirch. und Kezer-Hiſt. P. I. 217.) commemorant Status euangelici, unde nata ſit occaſio ſcribendi atque edendi hunc librum, videlicet e diſſenſionibus novatorum quorundam in ſuo ipſorum cœtu, & calumniis adverſariorum, qui Euangelicos ab auguſtana confeſſione receſſiſſe, immo ne quidem genuinum eius exemplar noſſe aut habere blaterent: librum hunc ſe habere pro vero auguſtanæ confeſſionis ſenſu & explicatione: textum auguſt. confeſſionis hic exhibitum, depromtum eſſe ex electoralis Saxonici tabularii exemplari, collato cum eo, quod ipſi Imperatori CAROLO V. oblatum fuit: in condemnationibus doctrinæ adverſæ ſe ſe neutiquam condemnare homines ex inſcitia errantes, nedum integras eccleſias in aut extra Germaniam: neque etiam hac concordia quid novi moliri, aut novam confeſſionem amplecti, ſed manere & manſuros eſſe conſtanter in ſemel ſollemniterque ſuſcepta Auguſtana confeſſione. Sed nec hoc prætereundum, librum hunc Formulæ concordiæ, donec conficeretur & ederetur, magno conſtitiſſe Sereniſſimis Principibus, AVGVSTO Saxoniæ Electori, & IVLIO Duci Brunſvicenſium ac Luneburgenſium: ille enim eius gratia, uti *Leuckfeldius* refert in Hiſtoria heshuſiana, 80000. Imperiales expendit, hic 40000. Plura qui de Formula concordiæ noſſe cupit, legat I. Ben. *Carpzovii* Iſagogen in libros ſymbolic. p. 1131. *Hutterum* in Concordia concorde, God. *Arnoldum* P. II. 213. eosque auctores, qui Formulam concordiæ annotationibus & expoſitionibus ſuis illuſtrare ſtuduerunt. Elogia eius paſſim extant, atque a multis liber ſanctiſſimus ſalutatur. Ioannes *Maior*, D. & profeſſor quondam ienenſis, in eius laudem carmen condidit, ſed ita, ut, ſi retrorſum legas, genus quidem carminis maneat, at plane contrarius ſenſus reſultet. En ipſum carmen:

Eximii liber eſt fructus, nec Formula pacis
Publica durabit tempus in exiguum.
Vnanimi liber hic coniunget diſſona ſenſu
Pectora, nec gliſcet plus grave diſſidium.

Arbi-

Arbitrium ad pacis traxit te gloria Chriſti
Vnica, non turpis quæſtus & ambitio.
Perpetuo tua laus vivet nec ſuevice Doctor
Gloria decreſcens te tua deſtituet.

Vbi nota, per *Sueuicum Doctorem* intelligi Iacobum *Andreæ*, primarium Formulæ concordiæ fabrum. Quodſi igitur carmen iſthoc retrorſum leges, hoc modo ſonabit:

Deſtituet tua te decreſcens gloria Doctor
Suevice nec vivet laus tua perpetuo.

Et ſic in ceteris. Antequam hinc abeamus, non nulla indicare lubet. Pag. 174. præmittitur expoſitioni Catechiſmi Præfatio Lutheri, quæ in tomis ienenſibus extat, non vero in wittebergenſibus. Pag. 194. producuntur verba Lutheri de maximis furibus, cum quibus Principes & Magnates ſocietatem contrahant, nec unam urbem, ſed totam Germaniam expilent; ſed ea non ſunt fuſa in contumeliam Principum piorum & iuſtorum. *Theologi vvurtenberg.* in Refutat. libri ſtaffortenſis p. 42. In fine explicationis catechiſmi Lutheri p. 227. omittitur brevicula ad confeſſionem peccatorum Adhortatio, quoniam non extat in operibus Lutheri ienenſibus. *Iidem* p. 39. Ad verba p. 256. Nos ſubſcribimus primæ & invariatæ Confeſſioni auguſtanæ, non propterea quod a noſtris doctoribus condita, ſed quia e verbo Dei hauſta, atque in eo bene firmiterque fundata eſt; ad hæc, inquam, verba commentatur *Töllnerus* in unrechtmäſſ. Abſezung, ut vocat, p. 194. Denique p. 268. homini convertendo *capacitatem* tribuit, ſcilicet paſſivam, ſicut *Hutterus* exponit in Concord. concorde. p. 281. Refutatores eius ſunt Ambroſ. *Wolfius*, i. e. Chriſt. *Hardeſianus*, Io. *Palmerius*, i. e. Fran. *Hotomannus*, Chriſtoph. *Irenaus*, Tilem. *Hesbuſius*, Dan. *Hofmannus*, pluresque alii: de quibus vide *Arnold.* P. II. 226.

APOLOGIA oder Verantwortung des chriſtl. Concordienbuchs, geſtellet von etlichen hierzu verordneten Theologen. Heidelbergæ 1583. Latine reddita a Philippo *Marbachio.* Defenditur in ea doctrina Formulæ concordiæ, & calumniæ, quæ a rixoſis hominibus contra eam effuſæ erant, refutantur. Nimirum alii aiebant, Formulam concordiæ eſſe librum minime chriſtianum, quin multis doctrinis hæreticis conſpurcatum, eundemque occaſionem præbere ad tumultus, ſeditiones, bella atrociſſima, & perniciem

ger-

Digitized by Google

germanicæ nationis. In ſpecie reſpondet ad argumenta *Admonitionis neoſtadienſis* de perſona Chriſti, & S. cœna, *Anhaltinorum* Iudicium & Apologiam. *Bremenſium* Defenſionem, Ambroſii *Wolſii* Hiſtoriam auguſt. confeſſ. Chriſtoph. *Irenæi* librum, in quo negatur peccatum originis, & famoſum libellum, cui titulus *Nova novorum*, ac denique in præfatione dicitur, ſi forte deinceps ſimiles adverſariorum libri prodituri ſint, eos non reſponſione exceptum, ſed ſilentio & contemtu vindicatum iri. Ceterum agitur hoc in libro de auctoritate auguſt. confeſſionis, eiusque vero ſenſu, quodque illa nunquam fuerit zwingliana: item de auctoritate *Lutheri*, de querela adverſariorum, ſuam doctrinam immerito reiici ac damnari, de contradictionibus, quæ reperiantur in Formula concordiæ, de proceſſu, qui obſervatus fuerit cum libro Formulæ concordiæ, de damnis, quæ ille pariat, & denique de mediis pacis eccleſiaſticæ ab adverſariis propoſitis, videlicet ſynodo univerſali, vel ſaltem tolerantia mutua, ita ut neutra pars alteram ob diverſam confeſſionem perſequatur & condemnet. Sed eiusmodi pacem nunquam vel futuram vel expectandam, tolerantiam autem ſamaritaniſmum, & libertatem quidvis credendi introducturam eſſe, reſpondent. Atque huius libri, Erfurti compoſiti, auctores ſunt Timoth. *Kirchnerus*, Nicol. *Selneccerus*, & Mart. *Chemnitius*, ille quidem a palatino, iſte a ſaxonico, hic a brandenburgico Electore ad hoc conſtitutus. *Placc.* de anon. 98. Io. *Olear.* in continuat. Iſagog. carpzovianæ 1737. quid? ipſi hi triumviri nomina ſua exprimunt in fine præfationis. Similis liber eſt anonymi cuiusdam, ſi non Nic. *Grebii*, ſub titulo, Schutz-und Verantwortung der Formulæ concordiæ, nondum, quod conſtet, editus, poſſeſſus autem a C. H. Frölichio, paſtore ſelbitzienſi in Variſcia ſeu Voigtlandia, & recenſitus in Narrationib. innoc. A. 1706. 365. Apologia vero Formulæ concordiæ latine reddita fuit a Philippo *Marbachio*, deque ea legere iuvabit Io. *Olearium* in Continuat. Iſag. carpzov. 1737. & *Rehtmeyer.* Hiſtor. eccleſ. brunsvic. P. III. 489. Et ex huius Apologiæ pag. 163. maiores noſtri ſolebant oſtendere ac probare, in quantum libri ſymbolici ſint recipiendi, videlicet, *quatenus* conſentiunt cum verbo divino, quoniam ibi de Auguſt. confeſſione dicitur: *Quæ confeſſio e S. literis & Symbolis prioribus derivata, neque aliter recepta eſt, quam* IN QVANTVM *&* QVATENVS *cum*

cum infallibili Dei verbo concordat, SO FERN VND WEIT es mit Gottes unfehlbahren Wort ſein übereinſtimmet. Confer *Grabii* Append. ad Vrb. Regii Formulas caute loq. p. 112. F. V. *Calixt.* Reſponſ. ad Theſ. autiſyncretiſt. p. 20. *Spener.* Vbereinſtimm. 126. *Hutterum* in Aug. conf. diſp. I. c. 4. & in Formul. concord. atque *Deutſchmannum* in Comp. Hutteri, L. XVI. 132.

REFVTATIO Apologiæ Paſtorum bremenſium. Widerlegung der vermeynten Entſchuldigung der Prediger zu Bremen. Heidelbergæ 1583. Reſpondetur illis ab iisdem modo nominatis theologis ad duos articulos de perſona Chriſti & S. cœna; reliqua autem capita ipſorum Apologiæ, de baptiſmo, divina prædeſtinatione, & cærimoniis, nunc quidem ſilentio involvuntur.

XXII.

CORPVS DOCTRINÆ IVLIVM, germanice. Helmſtadii 1603. Prima huius operis editio prodiit Wolffenbuttelii A. 1576. 4. & tertia Brunsvici A. 1690. 4. Appellatur IVLIVM a *Iulio*, Duce Brunsvic. & Luneb. cuius iuſſu & auſpiciis fuit collectum editumque a Mart. *Chemnitio*, in uſum eccleſiarum & ſcholarum brunsvicenſium, ut illis eſſet liber ſymbolicus, ſeu, ut ipſe Sereniſſimus in præfat.)(iij loquitur, typus & forma doctrinæ in eccleſiis & ſcholis tradendæ, ex qua, & ſecundum quam omnia alia ſcripta, in quantum ſint acceptanda & adprobanda, colligi atque iudicari debeat; continetque 1) tria Symbola, apoſtolicum, nicænum, & athanaſianum. 2) Minorem & Maiorem catechiſmum Lutheri. 3) Auguſtanam confeſſionem. 4) Apologiam eiusdem. 5) Articulos ſmalcaldicos, mittendos ſive Mantuam, ſive alium in locum, ubi concilium celebraretur, auctore Mart. *Luthero*. 6) Vrb. *Regii* libellum de Formulis caute loquendi. 7) Bene fundatam doctrinam quorundam articulorum religionis, qui controverſi redditi fuerunt: quorum primus eſt de perſonali unione duarum naturarum in Chriſto. p. 48. ſecundus de aſcenſione Chriſti, eiusque ſeſſione ad dextram Patris. 55. tertius de lege & euangelio. 58. quartus de peccato originis. 68. quintus de libero arbitrio, eiusque viribus. 75. ſextus de iuſtitia fidei. 86. ſeptimus de bonis operibus. 96. octavus de peccato mortali & ve-

veniali. 103. nonus de ſacramentis in genere. 106. decimus de baptiſmo. 109. undecimus de cœna Domini. 114. Præmittitur Simplex & neceſſaria inſtructio de præcipuis quibusdam articulis doctrinæ, quomodo illi modeſte ad ædificationem proponendi ſint, & contra omnes corruptelas conſervandi: iique agunt de Deo, pœnitentia, diſcrimine legis & euangelii, peccato, iuſtificatione, bonis operibus, libero arbitrio, ſacramentis in genere, confeſſione & abſolutione, baptiſmo, miſſa, cœna Domini, ieiunio & oratione, benedictione ſalis, aquæ, ignis, herbarum, aliarumque creaturarum. Bini hi tractatus, quorum ille in prima editione Corporis Iulii non extabat, alter autem, uti Mart. Silv. *Grabe* in Teſtimon. & iudic. de Regii Formular. libello p. 43. obſervat, idem eſt, qui in Corpore luneburgico, auctorem agnoſcunt Mart. *Chemnitium*. Vide Polyc. *Lyſer.* præfat. in Chemnitii Enchirid. I. I. *Zentgrav.* Abfertig. eines ungenant. Calixtin. wider Æg. Strauch. 91. & clar. Ion. Conr. *Schrammium* præfat. in Synopſ. Corp. doctr. Iulii b 4. 13. c 2. c 3. In Præfatione, quæ eſt inſtar Edicti, in feſto SS. Petri & Pauli A. 1576. Henricopoli perſcripti, Sereniſſ. Dux *Iulius* exponit ſtudium ſuum, quo reformationem eccleſiarum ſuſceperit, videlicet, ut verbi doctrina divini pure & ſincere, in vero & ſano ſenſu, in eccleſiis ſcholisque principatus ſui plantaretur, traderetur, atque conſervaretur; ac præterea ait, ſe Corpus doctrinæ ante octennium promulgatum, ob exemplarium raritatem, denuo edendum, eique addendam curaſſe Declarationem præcipuorum articulorum religionis. de quibus alibi inter theologos proteſtantes magnæ ſint diſſenſiones, eamque aliis, tam vicinis, quam remotis euangelicæ religionis doctoribus & paſtoribus iudicandam miſiſſe, nec improbatam illam & reiectam, ſed utroque, ut aiunt, pollice adprobatam, multisque in locis exemplum inde ſumtum eſſe ad conſervandam puritatem doctrinæ, & concordiam ſpiritus. Et ne quis putet, libro hoc novi quid introduci, declarat, ſe ſe pro Corpore doctrinæ euangelicæ agnoſcere, atque in hunc collegiſſe librum ea ſcripta, quæ publico Principum Statuumque proteſtantium nomine compoſita, in lucem producta ac recepta ſint, ut Symbola & Confeſſiones eccleſiarum reformatarum, quorum fundamentum & lapis angularis ſit doctrina prophetica & apoſtolica SS. litteris comprehenſa, quæ ſola ſit unica vera forma ſanæ doctrinæ, e qua

e qua, tanquam e fonte Iſraëlis, omnia vera dogmata petantur, & ad quam omnes doctrinas & doctores examinari & iudicari neceſſum ſit, ſeque hoc Corpus doctrinæ in latinam convertendum linguam, atque ita edendum curaturum. Simile ſcriptum eſt *Corpus prutenicum*, A. 1558. excuſum, in uſum eccleſiarum pruſſicarum, idque, *Placcio* de Anonymis p. 158. teſte, auctores habet Ioach. *Morlinum*, & Mart. *Chemnitium*. Noſtratium quidam, interque eos Sal. *Glaſſius* in Iudicio de Controverſ. Euangelicor. p. 51. accuſarunt Georg. *Calixtum*, eum a Corpore doctr. Iulio receſſiſſe. Quibus ille ſic reſpondet in Grundl. widerleg. P. II. 286. *Nemo credat, nefas eſſe, ullum verbum, ullam phraſin ſeu locutionem, quæ totidem litteris ſymbolico in libro conſignata non eſt, uſurpare.* Huc etiam ſuo modo referas, quod legitur in *Sonnemanni* Exam. Sinceriani ſeu potius Schwerdtneriani. p. 18. de durioribus terminis & acerbis imputationibus, videlicet diſtinguendum eſſe inter illa & noſtra tempora, atque ita loquendum & ſcribendum, ne ſacras & ſalutares S. R. I. Conſtitutiones ac leges violemus. Ceterum de Corpore doctrinæ Iulio videantur *Theologi helmſtadienſes* Grundlich. Widerleg. P. I. 80. 85. & P. II. 311. Ioach. *Hildebrandus* Orat. de Natali acad. Iuliæ B. vener. abbas Io. Andr. *Schmidt* Program. de Corporib. doctr. C. & Phil. Iul. *Rehtmeyer* Hiſt. eccleſ. brunsvic. T. III. 336. 416.

P. I. 29. 30. Miſſa papiſtica eſt abominatio omnium abominationum, quia ſacerdos in Secreta corpus & ſanguinem Domini Patri *de novo offert, tanquam ſacrificium a Chriſto in cruce peracti*; & hæc virtus adſcribitur operi ſacerdotis: unde homines *a ſacrificio crucis Chriſti abducuntur*, e contrario autem *ducuntur ad opus ſacerdotis, uti per illud gratiam & remiſſionem peccatorum* conſequantur; & quia ſacrificium non poteſt fieri ſine profuſio-

Omnes haſce imputationes a romanæ Eccleſiæ doctrina alienas eſſe, contendit P. *Dionyſius Werlenſis* P. I. des Meſsberichters p. 6. & ſeqq. refutatus a Dan. Sev. *Sculteto* in Kräftig. irrthum. der Roem. Kirche, nec non in Mehrern beweis.

ne ſanguinis, ſacerdos, quantum in ſe eſt, ***id agit, ut Chriſtum de novo cruci affigat.***

P. 72. in Orat. ante baptiſmum: Vt per hoc ſalutiferum diluvium in eo (infante) immergatur & pereat, quidquid ei ab Adamo annatum eſt, ***& ipſe addidit.***

Hæc verba, Et ipſe addidit, ***parentheſi ſunt includenda***, nec pronuncianda, niſi in adulti baptiſmate. Chriſtian. ***Chemnitius*** Inſtruct. fut. min. eccleſ. 215. Io. ***Meiſner*** apud Cren. Animadv. P. VI. 145. ***Zeidler*** diſp. de pecc. actual. infant. 72. ***Conſtitutio*** eccleſ. brunsvic. 61. & noriberg. 1135.

P. 216. in Apol. Aug. conf. ad art. VII. ***Apoſtoli iuſſerant*** Eccleſias ſervare paſcha cum fratribus converſis ex iudaiſmo. — Verba decreti extant apud Epiphanium, *υμεις μη ψηφιζητε* c. 1. ***Hæc ſcribit Epiphanius verba eſſe apoſtolorum in decreto quodam, poſita de paſchate.***

Hæc dicuntur ***κατ ανθρωπον*** & ***ad mentem Epiphanii***, errantis quidem: quippe cuius eſt paraphraſis, græce hic allegata, non verba ipſius decreti apoſtolici. ***Acad. Iulia Programma*** in feſto paſch. A. 1717. p. 11. 12. 13.

Part. II. p. 1. Vrb. Regii Formulæ caute loquendi. ***Hic libellus Eccleſiæ aug. Confeſſ. non eſt ſymbolicus***, quemadmodum Articuli ſunt ſmalcaldici, adeoque ***non eſt paris cum illis auctoritatis.***

Eſt tamen ***Symbolicus partis eius nobiliſſimæ & ampliſſimæ***, brunsvicenſis videlicet & luneburgenſis Ducatuum, qui ſemper fuerunt & adhuc ſunt *γνησιως* addicti auguſtanæ confeſſioni. Et ***in his*** ſane æquali gaudet cum ſmalcaldicis Articulis auctoritate, tantaque vi probandi pollet, quanta aut iſti, aut ullus alius liber ſymbolicus noſtrarum eccleſiarum. M. S. ***Grabe*** in Append. ad Regii Form. caute loq. 169.

Poſt

Pag. 40. §. X. in Regii Form. caute loquendi c. de Honore ſanctorum : *Horum certe memoria ſemper in eccleſia religioſe celebrata fuit.*

Poſt verba illa adducta, *multa* ſunt, ut in aliis quoque editionibus, *omiſſa*, & quidem §. XI. XII. XIII. XIV. quæ vero reperies in editione libelli Regiani helmſtadienſi cum annotat. Grabii de A. 1713. p. 128. Idque inde factum, quod editio ulyſſenſis ſive ulzenſis, a privato homine neſcio quo caſtrata in Corpus tam luneburgicum, quam præſens irrepſit. M. S. *Grabe* Append. ad libellum Regii p. 167.

In Solida declarat. Mart. Chemnitii p. 120. Si ore manducamus panem & vinum benedictum in ſacra cœna, ſimul accipimus corpus & ſanguinem Chriſti, (quod ſimpliciter poteſt intelligi) ſicut in flatu venti & *ſub forma columbæ Spiritus S.* deſcendit, datus fuit, & *conſedit ſuper Apoſtolis.*

Ad dua diſtincta loca, videlicet Matth. 4, 16. & Act. II, 2. dictum illud eſt referendum, eaque Chemnitius heic coniungit ad præſentiſſimum Spiritus deſcenſum probandum, hoc ſenſu: Spiritus S. utrobique, ſub ſpecie tam venti, quam columbæ, præſentem ſe ſe exhibuit, & ſub vento quidem ſuper apoſtolos deſcendit. Ion. Conr. *Schramm* Program. A. 1712. p. 18.

XXIII.

Nochmahlige und grundliche HAVPTVERTHEIDIGVNG des H. Rom. Reichs euangeliſcher Churfürſten, Fürſten und Stände Augapfels und theuren kleinods. ITERATA ET SOLIDA DEFENSIO pupillæ & cimelii S. R. I. Electorum, Principum & Statuum euangelicorum, id eſt, auguſtanæ Confeſſionis, & ſecutæ Pacis religionis. Lipſiæ 1630. Recuſa A. 1673. Scriptus eſt hic liber iuſſu Electoris Saxoniæ IOANNIS GEORGII I. contra Monachorum & Ieſuitarum, ac in

primis *Fereri* ferales chartas, & ICtorum dillingenſium librum, quem vocant *Compoſitionem pacis*, atque auctorem habet Matthiam *Höe*, ſicut ipſe fatetur in Comment. in Apocal. 20. p. 281. & indicant Cl. *Pipping* Exercit. acad. p. 496. auctores der *Unſchuld. nachricht.* A. 1704. 512. & *Placcius* de pſeudon. p. 559. In præfatione, quæ longa eſt & gravis, diſſeritur de veræ perſecutione eccleſiæ, eiusque cauſſa & remediis, nec quenquam ſalva conſcientia deſerere poſſe religionem euangelicam, & pontificiam amplecti. In ipſo autem libro, præter alia, agitur de Auguſtana confeſſione, eiusque Apologia, & variationibus atque editionibus, item de libro Concordiæ, ubiquitate carnis Chriſti, iisque, qui libro illi ſubſcribere recuſarunt, & denique de antichriſto, Papamque rom. ſic vocari poſſe.

Matthias *Höe* ab Höenegg, natus Viennæ in Auſtria ex equeſtri familia, præceptores habuit in academia leucorea Hunnium, Mylium, Geſnerum, Rungium & Hutterum, ac primum concionibus aulicis Dreſdæ, deinde ephoriæ Plavienſi, tum eccleſiarum germanicarum regimini Pragæ admotus, denique ſupremus Aulæ electoralis ſaxonicæ myſta, Conſiliarius conſiſtor. atque eccleſiaſticus, cum Pontificiis & Calvinianis atrocia geſſit bella, videlicet *Bellarmino*, *Cutſemio*, *Gretſero*, Paulo *Toſſano*, *Poniatovio*, Lud. *Crocio* & Abr. *Sculteto*, ſcripſitque multa alia tam germanice, quam latine, quæ enumerantur in *Spizelii* Templo honor. reſer. p. 172. re & opere ipſo docens, dum virtuti navavit operam, pauperum inopiam larga manu ſublevavit, ſe ipſum eo magis demiſit, quo altiorem dignitatis gradum conſcenderat, hoſtium ampliſſimas promiſſiones minasque atrociſſimas animoſe contemſit, & mortem A. 1649. æt. 69. fortiter exepit. *Witte* Memor. theol. 1014. & Diar. biograph. T t 2. *Spizel.* l. c. 164. *König* 407. *Micral.* Syntagm. Hiſt. eccleſ. 759. *Biblioth. Schrader.* P. I. Q 5. & *Bibliothecar.* nulli parti addict. T. I. 926. Eiusdem eſt Solida deciſio IV. controverſorum capitum, Apologia huius Deciſionis, & Scriptum antirathmannianum, teſte *Pippingio* Exercit. acad. 504.

XXIV.

CONSENSVS ORTHODOXVS S. Scripturæ & vet. eccleſiæ de ſententia & veritate verborum cœnæ dominicæ, auctus

&

& recognitus. Tiguri 1585. E Bibliotheca F. H. Lichtſcheidii. Prius enim prodierat Heidelbergæ A. 1574. 4. Auctor nomen ſuum occultat, & in tergo tituli dicit, non alius, quam orthodoxi hunc eſſe Conſenſum. Fuit autem Chriſtoph. *Herdeſianus*, teſtesque huius aſſertionis adduco *Placcium* de Anon. p. 16. & 101. *Quenſtedt'um* de Patr. viror. illuſtr. 239. *Ræſchelium* ad Bibliothec. Schrader. T. II. B 4. & *Hottingerum* Bibliothecar. quadripart. 379. Quamquam Wurtenbergici refutatores plures ad hunc librum operam ſuam attuliſſe rentur, eosque *Compilatorum* nomine notent. Vide etiam Io. *Olear.* in Explicat. quæſt. An tempore neceſſitatis S. cœnam vel a pontificio vel a calviniano paſtore ſalva quis conſcientia accipere poſſit? D 4. Præmittitur Apologia, nomine Reformatorum, inque ea agitur de diſſidio circa Domini cœnam, Formulaque concordiæ, & negatur, eos vel Zwinglianos, vel Calvinianos, vel Sacramentarios, vel Neſtorianos, vel Mahumetanos eſſe, vel ab auguſtana Confeſſione, immo ne quidem in toto cœnæ negotio diſſentire, ideoque damnandos eſſe; multis autem diſſeritur contra Vbiquiſtas, iisque graves errores impinguntur, & tandem fit adhortatio ad concordiam. In Prolegomenis ſermo eſt de erroribus, ex verbis cœnæ Domini, non recte & ſecundum fidei analogiam intellectis. Conſtat liber IX. capitibus, in quorum primo fit interpretaio verborum cœnæ Domini; in ſecundo explicatur *S. Auguſtini* ſententia de ſacramento & re ſacramenti, & quomodo cœna dominica dicatur *ſacrificium* apud Patres, atque adverſus miſſam pontificiam diſputatur; in tertio, definitionem ſacramenti ab Auguſtino allatam non congruere ad corporalem præſentiam corporis Chriſti, & quomodo ſacramenta dicantur *conferre gratiam*, nec non de diſcrimine ſacramentorum V. & N. T. in quarto, an ex ſenſu verborum cœnæ recte dici poſſit, *Panis ſignificat corpus Chriſti*? in quinto, quomodo panis euchariſtiæ dicatur eſſe vel non eſſe *figura corporis Chriſti*, & contra transſubſtantiationem; in ſexto, de vero præſentiæ corporis Chriſti in cœna modo; in ſeptimo, de corporali manducatione corporis Chriſti; in octavo & nono de manducatione impiorum.

Chriſtoph. *Herdeſianus*, helmſtadienſis, reformatæ addictus religioni, illuſtris Reip. noriberg. conſiliarius ſupremus, quem *Bucholcerus* virum magnæ & excellentis eruditionis, *Quenſtedt* autem

tem in Patriis illuſtr. viror. p. 239. inſignem calviniſtam vocat, ſcripſit etiam Victoriam de triumphata communicatione idiomatum reali, & Conſilium in controverſia honoldina, an in fratrum liberis, facta ſubſtitutione, ſubintelligatur tacita conditio, Si ſine liberis &c. obiitque A. 1585. æt. 62. Vitam eius dedit Marcus *Freherus*. Hæc maximam partem debemus *Königio* p. 393.

REFVTATIO conſenſus orthodoxi, per theologos wirtembergicos. Tubingæ 1593. In qua præfationi Præfatio, & novem capitibus totidem capita opponuntur. In pag. ultima dicitur, Zwinglianos & Calvinianos non ſolum ſchiſmaticos, ſed etiam hæreticos eſſe, nullamque concordiam eos inter & Lutheranos ſperandam vel exſpectandam. Auctor eius eſt Iac. *Andreæ*, teſte *Placcio* de pſeudon. 618. Contra eam ſcripſit Mar. *Beumlerus* de ſacramentali coniunctione, & vera communione corporis & ſanguinis Chriſti.

Iac. *Andreæ*, Weiblinga-wurtenbergicus, fabri ferrarii (unde ei nomen *Schmidlini* adhæſit) erat filius, & ipſe opificio mancipandus, niſi conſul urbis patriæ reſtitiſſet, puerumque ſcholæ tradi ſuaſiſſet. Studgardiam igitur, ac poſtea Tubingam miſſus, tantum in litteris profecit, ut philoſophiæ Magiſter & poſt diaconatum ſtutgardenſem & tubingenſem Doctor theologiæ, quam inprimis ſub Erh. Snepfio didicerat, porro Paſtor ac Superintendens goppingenſis, tandemque Cancellarius & Præpoſitus tubingenſis conſtitueretur. Tanta viri erat fama, ut exteri Principes & Magnates certatim eum peterent ad eccleſias ſuas reformandas, videlicet Comes ab Ottinga, Comes ab Helffenſtein, Marchio badenſis, & *Iulius* Dux brunsvicenſis ac luneburgenſis. Variis quoque interfuit colloquiis, atque etiam poſſiaceno, Lutetiæ iam hærens, interfuiſſet, niſi illud Bezæ oratione, catholicis valde ingrata, fuiſſet abruptum. Inter plurima eius ſcripta, quæ centuriam ſuperant, atque in polemicis, iudiciis & conſiliis, ac diſputationibus conſiſtunt, primum eſt libellus de cœna Domini, atque ultimum diſputatio de eccleſia contra Io. *Piſtorium* niddanum. Vbiquitatis dicitur eſſe patronus; at cuius? Nimirum *ubiquitatis corporis Chriſti*, quam ille docuit, non eſt corporalis vel localis præſentia, quæ videri vel palpari poſſit, ut ſtramen in ſacco; ſed eſt præſentia totius Chriſti, non tantum divinitate, verum etiam aſſumta humani-

nitate, ita ut totus, Deus & homo, indiviſus, ubique in cælo & terra omnibus creaturis, viſibilibus & inviſibilibus, cæleſtibus & terreſtribus, cæleſti tamen, ſpirituali, ſupernaturali, nec humana ratione inveſtigabili modo adſit vere præſens, omniaque ſecundum humanam naturam videat, faciat, audiat, ſciat, & præſens, non abſens, ut Rex Hiſpaniarum Indiam, adminiſtret & regat. Ante obitum, quem ipſe præſagivit Andreæ noſter, coram academiæ tubingenſis Rectore, tribus Decanis & aliquot Paſtoribus ad ſe vocatis edidit confeſſionem doctrinæ ſuæ, teſtatus, ſe in ea, quam 44. annos docuerit, permanere ac mori velle, mortuusque eſt A. 1590. æt. fere 62. In docendo populo fuit popularis, atque ad eius captum ſe ſe accommodans, in exhortando ad vitæ emendationem, inque vitia & mores depravatos invehendo vehemens, in refutando adverſarios potens & acer, in conſolando & perturbatos erigendo mitis, in ciendis & movendis affectibus natura & arte inſtrnctus, in docenda iuventute academica, niſi alia negotia & itinera obſtarent, fidelis ac ſedulus, maximeque theologiam practicam, abiectis inutilibus, tradens, in omnibus officii partibus nullis parcens laboribus, nulliſque moleſtiis ſuccumbens, aut oneribus fractus, in colloquiis iucundus & ſuavis, atque ideo Principibus etiam viris gratus & carus. A Florino *Remondo* vocatur homo raræ doctrinæ & magni ingenii, ab AVGVSTO, Electore Saxoniæ, vir ſummus, pietate, doctrina & virtute ornatiſſimus, atque a ſacratiſſimo Imp. MAXIMILIANO II. in os laudatus fuit ob ſtudium pacis & concordiæ. Quæ omnia reperies in Melch. *Adami* Vit. theol. 636. *Serpilii* Epitaph. theologor. ſuev. p. 5. *Lexic. univ. hiſtor.* P. I. eiusque Vita a Io. Val. *Andreæ*, ipſius nepote, deſcripta. Quibus adde *Königium* 38. *Fechtium* Suppl. Hiſt. eccl. 226. *Novam biblioth.* T. I. 608. *Fiſchlinum* T. IV. Supplem. *Act. erud.* 359. & Io. Val. *Andreæ* Seleniana, in fine.

XXV.

CATALOGVS teſtium veritatis, qui ante noſtram ætatem romanorum Pontificum primatui, variisque papiſmi ſuperſtitionibus, erroribus ac impiis fraudibus reclamarunt. Genevæ 1608. Libri huius auctor eſt Matth. FLACIVS, ut patet ex ep. dedicator. & Admonitione ad lectorem. Occaſio autem eum

ſcribendi hæc erat. Io. *Tritbemius* abbas contexuit catalogum auctorum. Hunc cum vidiſſet Flacius, temperare ſibi non potuit, quin diſſimulata perſona & habitu, aliquot in Germania monaſteriorum bibliothecas perluſtraret, quos commode poſſet libros, aut ſaltem folia quædam (quod quidem *Morhofius* Polyh. l. 1. c. 4. excuſat, ſed B. G. *Struvius* de Doctis impoſtorib. §. 54. maxime improbat) clam auferret, atque iſto adminiculo Catalogum teſtium veritatis conſcriberet. Prodiit primum hic liber Baſileæ A. 1556. 4. deinde Argentinæ A. 1562. Poſtea Simon *Goulartius* (hic enim intelligendus eſt per litteras S. G. ut *Boſius* indicat. in Sched. de Compar. notit. ſcriptor. eccleſ. c. 4. §. 21.) eum non aliter, (verba ſunt *Crenii* Animadv. P. XII. 74.) ac ſi proprius labor eſſet, tractavit, addidit, reiecit, quæ voluit, pro libitu, ſua nullo ſigno diſtinxit, & accuratiore, ut præ ſe fert, ordine chronologico digeſta teſtimonia in XX. libros diſtinxit, ut aliud fere opus videretur. Excluſus eſt hic Goulartii pullus Lugduni A. 1597. auctior vero Genevæ anno ſupradicto: quæ noſtra eſt editio. Vbi quidem acceſſit Appendix teſtimoniorum ab A. 1517. ad A. 1600. quæ tamen diſtinguenda ad Appendice editionis francofurtanæ de A. 1666. & 1672. hæc enim eſt Io. Conr. *Dieterici*, qui Catalogum illum, uti a Flacio profectus erat, ſincerum exhibuit, elogia & cenſuras doctorum virorum præmiſit, notulas quasdam adſperſit, & aliquot Flacii tractatus addidit; adeoque hæc poſterior Dieterici editio ſine dubio ceteris omnibus eſt præferenda. *Hottingerus* autem Goulartianam præferens & commendans, cauſæ ſervit ſuæ, quoniam videlicet Goulartius eiusmodi teſtimonia inſeruit atque infarxit, quæ Reformatorum placitis ſunt convenientia. Flacii teſtimonia deducuntur a temporibus S. Petri apoſtoli, usque ad A. 1517. Scopus vero auctoris eſt oſtendere, ante & poſt iacta papiſmi fundamenta fuiſſe chriſtianos, qui ſanam doctrinam retinerent, & eccleſiæ συναξιαν amarent. Sed mox ille nactus eſt adverſarium: Guilielmus enim *Eiſengreinius* oppoſuit ei (quid? *Bolteburgius* audet dicere, petulanti eius confidentiloquentiæ, in Epp. ad Dietericum p. 179.) ſub eodem titulo Catalogum teſtium veritatis, Dillingæ impreſſum A. 1565. Nec mirum, Pontificios huic libro maxime infenſos eſſe; ideoque Io. *Piſtorius* ieſuita eum vocat Catalogum teſtium feritatis, (quod ei concedit Conr. *Verſtius*

ſtus in Teſſeradec. antipiſtor. p. 426. quoniam illi ipſi teſtes de ſeritate R. P. teſtentur) & *Walenburchii* Catalogum vanitatis, T. I. 730. eo quod paucos per multa ſæcula alleget teſtes, quos ipſe & communiter Proteſtantes mendacii non arguant. Gabr. *Naudæus* in Apol. pro magnis hominibus p. 398. comparat Poneropoli PHILIPPI macedonici: ſicut enim hoc oppidum non erat habitatum niſi a proſcriptis, improbis, flagitioſis, atque nefariis hominibus, ita vere poſſe dici, catalogum hunc, ſi excipias loca Patrum & Conciliorum depravata, nihil aliud eſſe quam conlectionem centonum & fragmentorum eorum ſcriptorum, qui olim recalcitrarint contra eccleſiam, aut tanquam membra gangrænoſa & putrida ab ea fuerint reſciſſa; quale dubium etiam I. E. *Grabio* aliquando ſedit, ceu memoratur in *Actis erud.* A. 1696. p. 305. & Marq. *Leo* in Catech. 160. negare audet, vel unicum eſſe inter omnes illos teſtes, qui omnibus in capitibus fidei cum Proteſtantibus conſentiat. Sed meliora iudicia ferunt Melch. *Adam* l. c. 475. *Hutterus* in LL. 529. & alii, citati a *Sonntagio* diſp. de præcip. theol. lutheran. 127. & *Bibliothecario* n. p. addicto T. I. 237.

Lib. IV. p. 173. *Agapiti*. Agapitos quidam veteres *inter hæreticos* numerarunt.	Erratur in genere: erant enim feminæ, dictæ *Agapetæ*, quæ pietatis ſimulatione cum clericis monachisque easdem incolentes ædes, turpem colebant amicitiam. Lud. Ant. *Muratorius* in Anecdot. græcis p. 218. (*Act. erud.* A. 1710. 498.)
Lib. XVI. p. 1591. *Rupertus*, epiſcopus lyncolnienſis.	Non Ruperti, ſed *Roperti* nomen habebat. Ioſ. *Hall* in Roma irreconciliab. 28.

Simon. *Goulartius*, ſenliſius ſive auguſtomagenſis, nomen ſuum ſub hisce literis S. G. S. id eſt, Simon Goulartius Senliſius, occultare ſolitus, Calvini in paſtoratu genevenſi ſucceſſor, vir rei litterariæ peritiſſimus, ſcripſit Commentarium in *Bartaſii* Septimanas; Summaria in Nicetæ Choniatæ Annales: Notas, ſummaria & parallela in Plutarchi vitas, aliosque ſacros & morales libros: tranſtulit etiam in gallicanam linguam *Camerarii* Meditationes hiſtori-

Digitized by Google

eas, *Senecæ* opera, *Oſorii* Hiſtoriam EMANVELIS Regis Portugalliæ, vitæque huic valedixit A. 1628. in gravi ſenectute. Probe diſtinguendus eſt *a filio cognomini*, qui Amſtelodami Eccleſiæ præerat valonicæ, ſed ob denegatam Synodi dordracenæ ſubſcriptionem (addictus enim erat Arminianis) inde expulſus, abiit in Galliam, atque ex ea in Hoſatiam, mortuus Fridericopoli. Vide *Lexic. univ. hiſtor.* T. II. 278. & *König.* 356.

XXVI.

Martin. CHEMNITII Loci theologici. Francofurti & Wittebergæ 1690. Prodiere etiam Wittebergæ A. 1623. Meliores autem editiones ſunt francofurtenſes, una in 8. A. 1599. & altera in 4. Præmiſſa eſt 1) Polyc. *Leyſeri* Dedicatio ad ſereniſſimos Duces Brunsvicenſes, in qua occaſionem huius operis concinnandi exponit. 2) *Chemnitii* Oratio de lectione Patrum ſeu Doctorum eccleſiæ, in qua monſtrat viam Patres tuto & cum fructu legendi, multisque de Patribus fert iudicium. Materiam hanc tractarunt etiam *Eraſmus* Comp. theol. 148. *Campanella* de libr. propr. 214. *Lutherus* apud Cotonum in præfat. ad Inſtitut. d 4. Vrb. *Regius* l. 3. Opp. lat. 70. *Chytræus* orat. de ſtud. theol. recte inchoand. 17. *Quenſtedt* Eth. paſtor. 49. Io. Bened. *Carpzov.* Theolog. exeget. 99. *Sluter* Propyl. hiſt. eccleſ. 120. *Rechenberg* Hiſt. eccleſ.. 735. 741. *Crenius* Exercit III. de libr. ſcript. opt. 20. *Heinſius* orat. III. 27. & *Hottinger* Bibliothecar. 199. Locis autem ſubiunguntur 1) Fundamenta ſanæ doctrinæ de vera & ſubſtantiali præſentia, exhibitione & ſumtione corporis & ſanguinis Chriſti in S. cœna: quæ laudantur a Io. *Marbachio* in Epp. marbachian. P. III. epiſt. 23. 2) Libellus de duabus in Chriſto naturis, earundemque hypoſtatica unione, & communicatione idiomatum, (aureus vocatus ab Ambroſ. *Chemnitio* p. 207.) quam doctrinam, uti *Selneccerus* in præfatione teſtatur, proponit ex SS. litteris & orthodoxæ eccleſiæ conſenſu. 3) Theologiæ Ieſuitarum deſcriptio & delineatio, ex præcipuis capitibus Cenſuræ ipſorum, quæ A. 1560. Coloniæ edita eſt, notata: in qua origo & arcana Ieſuitarum aperiuntur. 4) Io. *Rivii* tractatus de erroribus Pontificiorum, ſeu de abuſibus eccleſiaſticis. p. 42. Locos theologicos non potuit Chemnitius ipſe abſolvere, multo minus ſub limam, ſicut ei animus

mus erat, revocare, ſed in loco de Coniugio, partim per alia negotia, partim per infirmitatem ſubſiſtere coactus, ſicut *Leyſerus* refert p. 215. addens, defectum iſtorum locorum reſarcire poſſe III. & IV. Partem Examinis concilii tridentini. 5) Succinctæ theſes in pleroſque locos theologicos. p. 215. Quas Brunsvigæ in ſcholis ſuis theologicis, ad ingenia diſcentium excitanda, interdum diſcutiendas propoſuit. Interim hoc opus Locorum, etſi imperfectum, ſua non caret laude, quoniam in eo (uti *Leyſerus* ſcribit in epiſt. dedicat.) non tantum ex Scripturæ contextu collegit auctor utilia & neceſſaria perſpicue & fideliter, ſed etiam ex perpetuo orthodoxæ antiquitatis conſenſu ita illuſtravit, ut affirmari poſſit, non extare in hoc ſcriptorum genere laborem ullius, qui hunc utilitate, rerum gravitate, & explicationis perſpicuitate æquare, ne dum ſuperare poſſit. Similes laudum funes ducunt *Förſter* in Conſil. de Stud. theol. *Hülſemannus* in Meth. ſtud. theol. 299. Io. Ben. *Carpzov*. Theol. exeget. 2. Ioach. *Hildebrand*. Theol. dogmat. 41. *Zierold*. Einleit. zur Kirchenhiſt. 390. *Kemmerich* Academiæ T. I. 480. *Cren*. Exercit. I. de libr. ſcript. opt. 25. Certe ſtili perſpicuitate, methodo, ac rerum ſoliditate gaudet hoc opus, eoque nomine in primis ſe commendat.

In Orat. de Lectione Patrum, pag. 5. *Ambroſius* commentaria ſcripſit in omnes epiſtolas Pauli.	Non ſunt Ambroſii, ſed, ut eruditis videtur, *Hilarii diaconi* romani. *Placc.* de pſeudon. 40.
In Prooem. de Vſu & utilit. LL. p. 10. theol. Clemens alexandrinus edidit libros *Hypotypoſeon*, i. e. quæ ſit forma ſanorum verborum *in ſingulis articulis fidei* diſcendis & tradendis.	Libri iſti *non amplius extant*: quantum tamen ex Photio conſtat, Clemens in iis utriusque teſtamenti, veteris & novi, compendioſam enarrationem inſtituit, & quæcunque a magiſtro ſuo *Pantano* hauſerat, a maioribus ipſi tradita, expoſuit. *Cave* P. I. 40. *Cren.* Animadv. P. XIV. 112.
L. de Coniug. p. 207. Hoc probe obſervetur, quod Levit. 18.	Vtraque harum ſententiarum aliquid ex vero, ſed & ex falſo ali-

non tantum illa perſona prohibeantur, qua nominatim ibi exprimuntur, ſed & *omnes, qui in eodem, pari ſeu aquali gradu ſunt,* aliquid participat. De priori cum *Luthero*, & qui eum ſequuntur, & nos credimus, *Deum in prohibitionibus ſuis ad paritatem non reſpexiſſe*: interim cum alterius aſſeclis ſententiæ & hoc credimus, *perſonas quasdam ibidem non enumeratas ſub enumeratis itidem prohiberi*, ſed ex aliis, quam paritatis graduum, rationibus. Hieron. *Brucknerus* in Deciſ. iur. matrimon. P. I. 307.

Mart. *Chemnitius*, natus in Fideli Briza Veteris Marchiæ, diſtinguendus a filio & nepote cognominibus, illo Dicaſterii aulici holſato-gottorpienſis Aſſeſſore, hoc initio ICto roſtochienſi, deinde Aulæ pomeranicæ, ac tandem holſato-gottorpienſi Cancellario, a pannificio, cui ob paupertatem ſe ſe dederat, ad ſcholam reverſus, Melanchthonis diſcipulus, Brizæ ad Oderam, deinde Regiomonti ludi magiſter, poſtea ibidem Principis, cuius, ut & aliorum ſimilium, gratiam prædictionibus aſtrologicis lucratus erat, a bibliotheca, inde, poſt expoſitionem Locorum Philippi, ipſius conſilio, Wittebergæ peractam, Adiutor, ac tandem Superint. brunsvic. Roſtochii a D. Sim. *Pauli*, ſumtibus Magiſtratus brunsvicenſis, Doctor theol. creatus, a FRIDERICO II. Daniæ rege, LVDOVICO palatino, AVGVSTO Saxone, IOANNE GEORGIO brandenburgico. S. R. I. Septemviris & Electoribus, IVLIOQVE Brunsvicenſium ac Luneburgenſium Duce, aliisque Principibus, ac Civitatibus & Ordinibus Imperii huic doctrinæ addictis, in conſilium ſuper eccleſiaſticis negotiis ſæpe adhibitus, aut abſens conſultus, philoſophus & theologus magni inter Proteſtantes nominis, qui tamen in ſcriptis ſuis æque a terminis, atque a quæſtionibus & ſubtilitatibus ſcholaſticis abſtinuit, & perſpicua uti oratione ſtuduit, vir non minore eruditione & animo, quam gravitate, rerum uſu, ac prudentia inclytus, verusque alter Martinus, de quo fertur Pontificios non nullos dixiſſe: *Vos Proteſtantes duos habuiſtis* Martinos: *Si poſterior non fuiſſet, prior non ſtetiſſet.* Inter eius ſcri-

ſcripta ſunt Harmonia euangelica, quæ a Polyc. *Lyſero* continuata, a Io. *Gerhardo* autem conſummata, optimeque, ut *Crenio* quidem videtur Animadv. P. IV. 218. edita fuit Francofurti & Hamburgi A. 1652. f. Poſtilla, ſeu volumen concionum, in quibus prodeſſe maluit, quam artificioſis, ut falſo vocant, diſpoſitionibus & phaleratis verbis delectare; & Iudicium de Calendario gregoriano. Tandem laboribus & meditationibus plurimis confectus, ac rude donatus, pie ac placide obiit Brunsvigæ, primus Superintendentium, qui in urbe moreretur, A. 1586. æt. 64. cum IV. menſibus. *König* 186. M. *Adam.* in Vitis theol. 572. Phil. Iul. *Rehtmeyer* Hiſt. eccleſ. brunsvic. P. III. 303. 365. 519. *Spizel.* in Templo hon. reſer. p. 1. Io. *Fecht* Appar. ad Epp. Marbachii p. 81. *Micrælius* Syntagm. Hiſt. eccl. 743. C. *Sonntag* diſp. de præcipuis quibusd. Sec. XVI. & XVII. theologis lutheran. p. 130. In Epitaphio, quod Brunſvigæ in choro ædis S. Martini viſitur, theologus vocatur divinarum literarum peritiſſimus; *a Thuano l.* 84. Hiſt. p. 77. vir, qui ſe totum ſtudiis theologicis mancipavit, in quibus aſſiduo labore tantum profecerit, ut poſt *Philippi* præceptoris obitum, theologorum A. C. facile princeps inter ſuos habitus ſit; a Dieguo *Payva* Dandrada in Defenſ. fid. trid. cathol. p. 41. 508. homo acer ingenio, in diſputando ſolers, in eloquendo non ineptus, & in SS. Patrum ſcriptis mediocriter verſatus; a Rich. *Simonio* Hiſt. crit. N. T. part. III. 717. proteſtans, qui ſingulari ſe ſtudio adplicuerit ad ſcrutinium librorum ſacrorum, neque etiam neglexerit inquiſitionem Patrum, & aliorum ſcriptorum eccleſiaſticorum; & a Mart. *Ruaro* Epp. Part. I. 104. talis, ſi quid ipſe intelligat, cui inter omnes theologos lutheranos eruditionis palma debeatur. Noſtratium teſtimonia & encomia adferre ſuperſedeo, cum illa legi poſſint apud *Magirum* p. 207. *Pope-Blount* p. 768. & *Sonntagium* diſp. cit. p. 130. Quibus adde *Theologos roſtochienſes*, in Append. P. III. Hiſtor. eccl. brunſv. Rehtmeyeri p. 140. 141. *Reiſerum* in Spizelii Templo hon. reſer. 399. *Hackſpan.* Syll. diſp. 12. & Io. Conr. *Dürr.* diſp. contra Socinian. 403. Gul. *Forbeſius* p. 135. rigidioribus eum adnumerat Proteſtantibus.

Io. *Rivius*, weſtphalus, bonas litteras docuit Coloniæ, Zuicaviæ, Annæbergæ, Schnebergæ ac Fribergæ, & honore conſiliarii a GEORGIO Duce Saxoniæ affectus, in litteris ac diſciplinis in-

for-

formavit *Auguſtum*, poſtea Electorem, ſuſceptoque Scholæ miſenenſis regimine theologicis ſtudiis plus quam antea operam dedit, ac multos in iis tractatus ſcripſit, quos in unum congeſſit volumen vir doctus & de ſtudiis optime meritus Io. *Oporinus*. Nec minus philoſophicis ſeu ſcholaſticis ſcriptis ſibi gloriam, & ſtudioſæ iuventuti utilitatem procreavit, qualia ſunt: Libellus de ratione docendi; Caſtigationes quorundam locorum Ciceronis variis eius in libris; item Terentii & Salluſtii; Loci communes philoſophici; & alia. Quod ad mores eius attinet, erat vehementior quidem, facileque & graviter iraſcebatur, ſed natura ne, an informationis piſtrino, in tanta iuvenum corruptione & licentia, incertum, ceterum multis ornatus virtutibus: erat enim verecundus, ſobrius, caſtus, amans veritatis, laudis quam peccuniæ avidior, cuſtos diſciplinæ acerrimus, laboribus indefeſſus, ſuperſtitionis, mendaciorum, hypocriſis hoſtis, optimusque ludi magiſter, peſte exſtinctus A. 1553. æt. 53. Melch. *Adam*. in Vit. philoſ. 147. *Thuanus* lib. 12. p. 241. *Lexic. univerſ. hiſtor.* T. IV. 282. & Io. *Caſelius* in ep. ad Reccium, quæ exſtat in opuſculis de Weſtphal. editis a Io. *Goës*, Helmſtadii 1668. 4. 173.

XXVII.

Mart. CHEMNITII Examen concilii tridentini. Francofurti 1609. Editum eſt ſæpius, & tandem A. 1707. per G Chriſtianum *Iohannis*. Præmittuntur 1) Dedicatio ad Albertum Fridericum, Principem iuventutis, Marchionem brandenburgenſem, in qua exponit occaſionem ſcribendi hoc opus, videlicet, eam ſibi datam eſſe ab *Andradio*, qui ad libellum ſuum de Ieſuitarum arcanis reſponderit, atque eiusmodi tridentini concilii, in quo ipſe fuit, explicationes dederit, ut facile animadverteret, quam multæ technæ, & quam variæ fraudes in tridentinis decretis inſidioſe occultentur. 2) Matthiæ *Bergii* Narratio de Synodo nicæna, verſibus expoſita, cui comparat Synodum tridentinam, quamque magna & notabilis utriusque ſit differentia, oſtendere ſatagit. Ipſum vero opus Chemnitii IV. conſtat partibus: in prima explicantur loci de traditionibus, peccato originis, concupiſcentia, vocabulo peccati, conceptione B. *Mariæ* virginis, operibus infidelium, libero arbitrio, iuſtificatione, fide, & bonis operibus: in ſecunda p. 189. de ſacramentis in genere, baptiſmo, confir-

ſirmatione, euchariſtiæ ſacramento, communione ſub utraque ſpecie, miſſa, pœnitentia, contritione, confeſſione, ſatisfactione, extrema unctione, ſacramento ordinis, & matrimonio: in tertia, p. 441. de virginitate, cœlibatu ſacerdotum, purgatorio, & invocatione ſanctorum: in quarta, p. 653. de reliquiis ſanctorum, imaginibus, indulgentiis, ieiuniis, ciborum delectu, & feſtis. Et hiſce tribus partibus ſimiliter, ut primæ, dedicationes præfigit, agens videlicet in ſecunda de conciliis, ac dicens, eccleſiaſtica iudicia non habere auctoritatem prætoriam, qua abſolute & ſimpliciter poſſint hominum conſcientias conſtringere, ſed tum demum auctoritatem obtinere, ſi definitionum ſuarum certa, firma & perſpicua fundamenta ex SS. literis oſtendere valeant; itaque chriſtianæ prudentiæ & religionis eſſe, non ſtatim & temere, ſine examine & inquiſitione, decreta alicuius concilii recipere; neque ad concilii contumeliam pertinere, ſi eius decreta ad normam verbi divini exigantur & examinentur; & hanc curam, exemplo CONSTANTINI M. pertinere ad Imperatores. Tali examine opus etiam habere Concilium tridentinum: eius enim decreta nihil aliud eſſe quam depravationem doctrinæ cœleſtis, patefactæ nobis in Scriptura, & confirmationem omnium errorum, ſuperſtitionum, & abuſuum regni pontificii, Pontificemque, ſicut iniuſte ab Ordinibus Imperii germanici poſtulavit, ut ſine conditione, qualiſcunque futura eſſet decretorum ratio, Concilio ſe ſubmitterent, ita nunc impie flagitare, ut omnes, ſine ulla inquiſitione & examine, ſimpliciter amplectantur decreta, quæ in Concilio tridentino promulgata ſunt. In tertia repetit narrationem de occaſione hoc opus ſcribendi, atque dicit, ſe non tantum clamoribus *Lindani*, *Cromeri* ac *Tiletani*, pontificiorum, ſed etiam precibus & adhortationibus amicorum & fautorum inter Proteſtantes, excitatum fuiſſe ad telam huius operis continuandam. In quarta, quæ ad *Henricum Iulium*, principem iuventutis, Ducem Brunsvic. & Luneb. & halberſtadienſis eccl. deſignatum Epiſcopum, directa eſt, ipſius parentem, beatum IVLIVM, tyrannidem Pontificis, qua poſtulare auſus fuerit, ut omnes Principes & Ordines Imperii, futuris tridentini Concilii decretis, ſine ulla conditione & exceptione, ſe ſubmitterent, ægre tuliſſe, atque illud *Tertulliani* in Apolegetico de legibus contra chriſtianos tunc latis, in ore habuiſſe: *Lex, qua* pro-

Digitized by Google

probari ſe non vult, merito ſuſpecta eſt: ſeque clementer ad pertexendas huius examinis partes adhortatum eſſe, nec reformatione eccleſiarum ſuarum quid feciſſe, quod ſereniſſimo Parenti, ſi viveret, diſplicere poſſet; exiſtimaſſe etiam, potiſſimam partem educationis boni Principis in eo conſiſtere, ut in principiis doctrinæ cæleſtis fideliter inſtituatur, atque libri, complectentes ſummam & fundamenta eius doctrinæ, a primis annis Principum liberis tradantur & commendentur. Examen hoc germanice verſum a G. *Nigrino*, Francofurti editum fuit A. 1576. f. refutatum eſt autem ab *Andradio* in Defenſione, Iul. Cæſ. *Vanino* in Apol. Concil. trid. & *Bellarmino* paſſim in controverſiis. Præterea notandum, quod *Gerhardus* dicit Confeſſ. cathol. p. 1433. Concilii tridentini ſententiam non recte peti ex Andradio. Prodiit quoque Examen Concilii tridentini, quo cauſſæ, quæ irritum illud faciunt, una cum vi, Regibus & Principibus chriſtianis, nec non Eccleſiæ gallicanæ, omnibusque Catholicis ab eo illata, luculenter exponuntur: quod ſcriptum gallica conceptum lingua, auctorem habet Gulielmum *Ranchinum*. *Ancillon* Mel. crit. P. II. 135. A Natale quidem *Alexandro* auctor huius Examinis impius ſcurra vocatur, ab Ant. *Arnaldo* accuſatur infideliter propoſitæ diſputationis de fide, quando ſcripſit, de hoc agi, an vera fides iuſtificans ſit vel fiducia, vel dubitatio de remiſſione peccatorum? & a *Sonnemanno* contra Schwerdtnerum p. 42. arguitur truncaſſe quædam verba Concilii; quibus accedit illuſtris auctor Delineationis, *des Abriſſ. der Cathol. Kirchen* 306. 699. at hiſce opponi poſſunt præclara iudicia & teſtimonia de his libris, collecta a *Bibliothecario* nulli parti addicto T. I. 205. & 560. Videantur etiam *Hiiſemannus* Meth. ſtud. theol. 298. Io. Gottl. *Möller* Obſervat. philol. ad Bœcleri Hiſtor. univ. IV. primor. ſecul. 25. *Crenius* de libr. ſcript. opt. 25. & *Sonntag* diſp. de præcip. theol. lutheran. 134.

P. I. de Verſ. S. Scripturæ p. 56. Hoc non eſt tolerandum in Eccleſia, ut pro iis, quæ Spiritus S. in fontibus hebraicis & græcis ſcripſit, ea, quæ ab interprete vitioſe reddita, vel a librariis mutata, mutilata & ad-

Vulgata latina verſio dicitur *authentica*, non *reſpectu* fontium, ſed *aliarum verſionum*, atque hoc præcipitur, in eccleſia & publicis lectionibus ac diſputationibus, ſi velis uti aliqua verſione latina, non aliam quam

dita ſunt, tanquam authentica nobis obtrudantur: & quidem ita, *ut non liceat inſpectis fontibus ea reiicere.*

quam antiquam uſurpandam eſſe; eo ipſo autem *fontium inſpectio non eſt prohibita:* ſicut *Azorius* docet, cuius verba leguntur in Remiſſionibus, quæ ſingulis capitibus Concilii tridentini, Coloniæ A. 1700. 8. editi, ſubiunguntur. Sic enim legimus p. 11. ad hæc verba Concilii: *Si ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur*, annotatum: Vide P. Ioan. *Azorium* Inſtitution. moral. p. 1. lib. 8. c. 3. q. 2. ubi q. 3. reſolvit, quod approbatione *vulgatæ & latinæ editionis non damnantur exemplaria hebraica vel græca*, ex quibus tanquam ex fontibus, latina editio fluxit; *quæ quidem retinent ſuam fidem & auctoritatem*, ubi incorrupta & integra fuerint.

De operib. infidel. p. 108. Andradius, *iuſſu Concilii* in ipſo concilio ſcripſit.

Andradius in Concilio, h. e. *eo tempore, quo Concilium habebatur*, Tridenti ſcripſit contra Chemnitii libellum de origine & artibus Ieſuitarum, *hortatu* quidem *amicorum & fautorum*, non autem ipſius Concilii: neque etiam huius iuſſu contra duo Examinis chemnitiani volumina, ſed *inſtinctu ſereniſſimi* HENRICI Cardinalis & Principis. Qua de re legendæ ſunt epiſtola dedicator. ad GREGORIUM XIII. P. M. & præfatio Defenſionis

 tri-

trident. fid. cathol. ipſius Diegui *Payva* de Andrade. Idque etiam fatetur Ioan. *Gerhardus* Confeſſ. cathol. p. 1433.

De iisdem, in fine, p. 113. *Meritum congrui* eſt Helena illa, de qua canon iſte (VII. ſeſſ. VI. de Iuſtificat.) tridentini Concilii, contra Scripturæ & antiquitatis ſententiam dimicat:

Definivit Concilium tridentinum, aliqua opera, quæ iuſtificationem præcedunt, non eſſe peccata; illa ſcilicet, *quæ procedunt, ab auxilio ſpeciali,* & *per quæ Deus hominem diſponit ad gratiam iuſtificationis.* Non autem definivit Concilium, eſſe alia opera, iuſtificationem præcedentia, quæ non ſint peccata: ſicut *non definivit*, prænominata opera, licet bona, *eſſe meritoria iuſtificationis*, etiam *de congruo*; neque enim definivit, ulla opera eſſe meritoria, niſi poſt iuſtificationem. *Walenburchii* T. II. in Compend. controverſ. partic. c. 58. p. 43.

De vero ſtatu loci de Iuſtificat. pag. 130. Hæc eſt principalis quæſtio, hic ſtatus, hoc κρινόμενον, quid ſcilicet id ſit, *propter quod* Deus hominem peccatorem in gratiam recipiat, quid iudicio Dei opponi debeat & poſſit, ne iuxta rigidam legis ſententiam damnemur, quid fides apprehendere & adferre, quo niti debeat, quando vult cum Deo agere, ut accipiat remiſſionem peccatorum: — an illud ſit ſatisfa-

Status controverſiæ revocari poteſt ad hanc ſimplicem quæſtionem, ſit ne formalis (ſeu intrinſeca) cauſa abſolutæ iuſtificationis iuſtitia in nobis inhærens, an non. Non eſt autem confundenda cauſa formalis, cum meritoria: nam ſi quis proprie loqui velit, non utetur voce *propter*, ſed *per*, cum formalem cauſam deſignare voluerit. Dicendum igitur eſt, id eſſe quod quæritur, quid illud ſit, *per quod* homo

ctio, obedientia & meritum Filii Dei, mediatoris, *an* vero *inchoata in nobis novitas, dilectio, & reliqua virtutes in nobis.* Idque repetitur p. 131. 134. 145. 147.

homo iuſtificatur, an iuſtitia ſibi a Deo per Chriſti merita donata & inhærens, an ipſum Chriſti meritum extrinſecus imputatum. Sique illud *propter* ſignificet cauſam formalem, dicimus, nos iuſtificari propter novitatem nobis inhærentem, non propter meritum Chriſti, quod inhærere non poteſt. Si vero ſignificet cauſam meritoriam, nos iuſtificari dicimus *propter meritum Filii Dei*, non propter novitatem nobis inhærentem. *Bellarm.* T. IV. de Iuſtificat. l. 2. c. 2.

De vocabulo iuſtificationis p. 130. Patres quidem verbum *Iuſtificare* in hac ſignificatione (*iuſtum faciendi*) ſæpe uſurpare, non ignoro; ſed *de proprietate linguarum quæſtio eſt.*

Adeone rudes fuere Patres, ut ignorarent etiam propriam verbi *Iuſtificari*, iuxta mentem Spiritus S. in verbo loquentis, vim & ſignificatum? Gul. *Forbeſ.* 73.

Ibidem, pag. 131. *Verbi* Iuſtificari *forenſis ſignificatio in lingua ſacra uſque adeo manifeſta eſt*, ut *Andradius* eam negare non audeat.

Non tamen ſemper iſta ſignificatio in ſacris ſcriptis obtinet. Thom. *Gataker* Opp. T. I. 53.

De fide iuſtif. p. 161. Tridentini Patres, *cum de cauſa inſtrumentali diſputant*, per quam Deus proponat, offerat, diſtribuat, communicet & applicet credentibus beneficia iuſtificationis, *nominant tantū ſacramentum baptiſmi, nulla facta mentione verbi ſeu promiſſionis*, quæ euan-

Suarez de Gratia lib. 8. *Fides Dei*, ut iuſtificatoris per Chriſtum, eſt *quaſi propria fides iuſtificans.* Quod confirmat ex Paulo *Rom.* 4, 5. Credenti in eum, qui iuſtificat impium, fides eius reputatur ad iuſtitiam; & ex *Concil. trident.* Decreto de Iuſtificat. c. 6. dum poſt gene-

Digitized by Google

gelii propria eſt.

ralem fidem eorum, quæ revelata ſunt, additur: *Atque illud inprimis, a Deo iuſtificari impium per gratiam eius.* Gul. *Forbeſ.* 9. 14.

De bon. operib. p. 177. Tridentini Patres præter hæc addunt cap. X. hominem *iuſtificari* obſervatione mandatorum Dei & Eccleſiæ.

Cap. X. agit de *accepta iuſtificationis incremento*, eiusque verba hæc ſunt: Iuſtificati — *renovantur*, ut apoſtolus inquit, de die in diem, — atque *magis iuſtificantur*, id eſt, probiores ac iuſtiores fiunt. Verba *Apoc.* 22, 11. *Qui iuſtus eſt*, non ſignificant eum, qui tantum per remiſſionem peccatorum iuſtificatus eſt, ſed, *qui nemini nocet*, *& unicuique reddit*, *quod ſuum eſt.* Iuſtificetur adhuc, i. e. hic *agendo pergat & proficiat*: & qui ſanctus eſt, i. e. *purus & ſine ſordibus*, ſanctificetur adhuc, i. e. *ſic pergat.* Gul. *Forbeſ.* 88.

De ſacrament. numero p. 203. Ante C plus minus annos, *in florentino concilio*, ſeptenarius ſacramentorum numerus *apud Græcos tentatus*, *Armenis* vero *obtruſus eſt.*

Iam ante illud tempus Græcos VII. ſacramenta agnoviſſe, probare ſatagunt *Arcudius* in Concord. l. 1. c. 2. & Chriſtian. *ab Helvvich* in Manuduct. R. T. 164. atque hic nominat inter alios *Iobium* monachum, de quo mentionem facit *Photius.*

P. II. de Transſubſtantiat. p. 278. In ultima ſeſſione (Concilii florentini) inter articulos, in quibus *Græca eccleſia a Romana diſſentiebat*, quarto loco ponitur *de divina transmutatione pa-*

In Concilio florentino non fuit quæſtio inter Græcos & Latinos, an panis ſubſtantialiter in corpus Chriſti mutaretur, ſed, *quibusnam verbis illa ineffabilis mutatio fieret*, an ſolis ver-

nis in euchariſtia, quam Latini tunc docebant.

verbis Domini, an vero etiam ſacerdotis & eccleſiæ oratione. Videantur *Acta* Concilii florentini. Gul. *Forbeſ.* 412.

De cultu & venerat. huic ſanctiſſ. ſacramento adhibenda, p. 279. Primo dicunt, ſacramentum, ſeu *totum illud, quod a Domino, ut ſumatur, inſtitutum eſt*, eſſe cultu latriæ adorandum.

Pontificii non dicunt, accidentia, ſive externas ſpecies, multo minus panem ipſum eſſe adorandum, etiam ſi *Chriſtus ſub ſpecie panis adoretur.* Io. *Bergius* lib. Quod verba Chriſti adhuc firm. conſiſtant, 107.

De Miſſa pontificia, p. 348. Vides, quam variis actionibus, & pietatis exercitiis, quæ apud veteres in celebratione cœnæ dominicæ uſitata fuerunt, attributa ſit applicatio (ſeu appellatio) ſacrificii ſive oblationis: & *inde tota actio nomen apud veteres accepit.* Conſtat enim, veteres *appellationem* ſacrificii, oblationis, victimæ, hoſtiæ &c. *transſtuliſſe ad ipſam actionem cœnæ dominicæ*, imo *ad ipſum corpus & ſanguinem Chriſti in cœna*.

Diſtinguenda eſt προσφορα ſive oblatio (quæ fuit oblatio panis & vini, aliorumque donorum, quæ ſacris uſibus, euchariſtiæ potiſſimum conficiendæ, eelemoſynis erogandis, agapis inſtituendis, miniſtrisque eccleſiæ ſuſtentandis deſtinata) a *confectione euchariſtiæ.* Illa præcedit, hæc ſequitur. *Erratq,* adeo cum multis Mart. *Chemnitius*, cum dicit, celebrationem cœnæ dominicæ a veteribus *ſacrificium* & *oblationem* nuncupatam fuiſſe. Chriſt. Matth. *Pfaff* in Not. ad Fragmentum II. S. Irenæi (p. 239. 240. del Giornale de' Letter. d'Italia, Tom. XVI.)

De privat. Miſſis p. 363. His opinionibus inſtillatis in hominum animis, *cumulatæ ſunt ſine modo nundinationes & emptiones talium privatarum miſſarum.*

Illæ vero nundinationes *damnantur ac prohibentur* a Concil. trid. ſeſſ. XXII. Decreto de obſervand. & evitandis in celebrat. Miſſæ, p. 245. Videatur etiam auctor Delineat. (des *Abriſſes der Cathol. Kirchen*) 306.

Etiam-

De ſatisfact. neceſſitate & operibus, p. 401. Veteres, ut ritus illos ſatisfactionum hominibus magis commendarent, ſæpe *cohortatorie magis*, quam vere, *de ritibus illis per hyperbolen locuti ſunt*, peccata ſcilicet & pœnas peccatis debitas purgari, compenſari, tegi, iudicem placari & reconciliari operibus illis ſatisfactionum.

Etiamſi concederemus eſſe hyperbolen in illis teſtimoniis Patrum; *hyperbolica tamen loquutio requirit, ut vere aliquid ſubſit in re*, licet non tam excellenter, quam verba ſignificant. Sic autem locuti ſunt Patres, ut indicarent, requiri a pœnitentibus etiam opera laborioſa ad tollendam pœnam temporalem. *Bellarminus* lib. IV. de Pœnit. c. 10. p. 472. T. III.

De ſacram. ordinis p. 419. Hieronymus (nempe in ep. ad Euagrium, Tomo II. 329.) oſtendit & probat, *tempore apoſtolorum eosdem fuiſſe epiſcopos & presbyteros*, ſeu eundem fuiſſe presbyterum, qui & epiſcopus.

Ibid. p. 420. Ipſam *etiam ordinationem communem fuiſſe presbyteris*, Hieronymus oſtendit ex loco 1. Tim. IV.

Non autem inferendum: Presbyteri in ſacris vocantur epiſcopi; *ergo nihil intereſt inter Epiſcopum & Presbyterum*, prout hodie hæc vocabula adhibentur. Chriſt. ab *Helvvich* de Ordinat. presbyterorum 250.

Hieronymi verba in ep. ad Euagrium, Tomo II. 329. hæc ſunt: Quid enim facit, *excepta ordinatione*, epiſcopus, quod presbyter non faciat? Et *Chryſoſtomus* hom. 11. in 1. ad Timoth. Nam & ipſi (presbyteri,) ait, docendi munus & præfecturá eccleſiæ acceperunt, & ea, quæ (apoſtolus) de epiſcopis dixit, etiam presbyteris conveniunt: *ſola* enim *ordinandi poteſtate excellunt*, *Idem* 248. 258.

P. III. de Invocat. ſanctor. p. 650. Ex commemoratione ſanctorum deventum tandem fuiſſe ad invocationem, oſtendit et-

Duplicem Litaniam, a Chemnitiana differentem, producit P. *Dionyſius Werlenſis* in Philanthone vindicato p. 166. 167. in quarum altera

iam Litania Cœnobii corbeienſis, ubi Sancti nominantur quidem, ſed *ſemper additur, Exaudi Chriſte*: item, *Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat*. Illam litaniam — hoc loco adſcribam.

tera ad ſingulos Sanctos (niſi quod ſemel *ſancta Dei genitrix* invocetur hoc modo, *Miſerere nobis*) dicitur, *Ora pro nobis*: in altera vero, *Intercede pro nobis*. Et has litanias translatione S. Viti oportet antiquiores eſſe, quia ſancti huius nulla in iis fit mentio. Certe Papæ GREGORIO, & LVDOVICO Pio Imp. vitam adprecantur. p. 165.

XXVIII.

Leonh. HVTTERI Concordia concors, contra Rudolphi *Hoſpiniani* Concordiam diſcordem. Witebergæ, 1614. ubi denuo prodiit A. 1621. 4. Scriptus eſt hic liber auctoritate publica, editusque cum approbatione Theologorum lipſienſium, wittebergenſium & würtenbergenſium. In eaque agitur 1) de prima origine Formulæ concordiæ. 2) de certaminibus inter Theologos electorales ſaxonicos & würtenbergicos. 3) de dresdenſi conuentu theologorum ſaxonicor. 4) de Exegeſi antilutheranorum theol. witebergenſium. 5) de torgenſi conuentu A. 1574. 6) de Apologia *Bezæ* ad acta conventus torgenſis. 7) de Actis cum antilutheranis theol. witebergenſibus. 8) de Caſp. *Peuceri* perfidia in decipiendo AVGVSTO electore, incruſtandoque calviniſmo, & ejus carcere. 9) de lichtenbergenſi conuentu. 10) de actione cum Paulo *Crellio*, & Andr. *Freyhubio*. 11) de conventu torgenſi A. 1576. & prima delineatione Formulæ conc. 12) de Cenſuris Form. conc. 13) de conventu bergenſi. 14) de Synodo & condemnatione dogmatum calvinianorum. 15) de Cenſuris formulæ concordiæ, jam correctæ & emendatæ. 16) de Conventu Calvinianorum francofurt. 17) de legatione a Regina Angliæ ex conventu francofurtenſi miſſa ad Electores, aliosque Principes Proteſtantes. 18) de Iudiciis & cenſuris correctæ Form. conc. 19) de ſubſcriptione eius. 20) de Actis colloquii hertzbergenſis. 21) de Actis conventus torgenſis A. 1579. 22) de præfatione libri conc. 23) de editione eius. 24) de certamine inter D. Io. *Pappum* & Io.

Sturmium. 25) de fundamentis IV. lutheranæ doctrinæ de vera præſentia corporis Chriſti in ſacramento euchariſtiæ. 26) de his, qui Formulæ concord. ſubſcribere, eamque adprobare recuſarunt. 27) de diſputatione Iac. *Andreæ* witebergenſi. 28) de Apologia Formulæ concordiæ. 29) de controverſia tubingenſium & helmſtadienſium theologorum de ubiquitate. 30) de colloquio Saxonicorum electoralium cum Vrb. *Pierio*, in carcere habito. 31) de bipontino Catechiſmo & Colloquio neuburgico. 32) de actis Synodi eperienſis, kayſermarcenſis, & leutſchovienſis in Hungaria. 33) de Agenda eccleſiaſtica Argentinenſium. 34) de reformatione calviniſtica Superioris Haſſiæ, & cum primis academiæ marpurgenſis. *Spizelius* in Templo honor. p. 33. præſens opus his laudat verbis: *Hutterus libros eccleſiarum noſtrarum ſymbolicos non dextre ſolum explicavit, verum præclare etiam vindicavit opere illo celebratiſſimo, cui Concordiæ concordis præfixit titulum, in quo ſingulari demonſtravit dexteritate, in fumum ſæpe verti argutationes & figmenta ſplendide alioquin impedita.* Huic adde *Serpilium* in Epitaph. theol. ſuev. p. 72. qui ex L. *Stolzii* Iure Principum euangel. notat, fide dignas eſſe Hutteri haſce narrationes, quippe quas hauſerit e tabulario dreſenenſi. Immo tam candidus fuit amansque veri, ut, cum hoc in opere locum quendam ex Annalibus belgicis Eman. *a Meteren* CHRISTIANO I. Electori Saxon. tribuiſſet, qui tamen ab illo hiſtorico de FRIDERICO IV. Elect. palatino narratur, publica epiſtola apologetica errorem ſuum agnoverit & recantaverit. Notandum vero, Io. *Palmerium*, ſive Io. Fran. *Aſpaſtem* p. 246. eſſe Fran. *Hotomannum*. Præfatio operi præmiſſa eſt bene longa, atque in ea vindicat auctor, contra *Hoſpiniani* accuſationes, 1. doctrinam noſtram de vera ac reali præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in S. cœna, 2. Lutherum, 3. Formulam concordiæ.

Cap. XXXII. p. 246. Quanquam idem *leguleius* D. Pouchenium refutare conatus ſit. Intelligit autem Fran. Hotomannum, ſicut quinta ante hæc verba linea ipſe indicat, in parentheſi ponens hosce litteras, *Fr. H.*

At *Hotomannus non erat leguleius*, ſed præſtantiſſimus ICtus. C. *Thomaſ.* in Iure Princip. euangel. 12.

Hæc

Cap. XLV. p. 279. b. Theologi quidam helmſtadienſes in publicum prodierunt, qui *mutata animi ſententia* ſaluberrimum illum Concordiæ laborem, præſertim quoad articulum de omnipræſentia Chriſti hominis, haud obſcure *ſuggillare & reprehendere* cœperunt. Inter hos erant præcipui Theologi helmſtadiani, D. Tilem. Heshuſius, eiusque *collega ab ipſo ſeducti*, qui inter cætera principaliter ubiquitatem (uti loquebantur) generalem, libro Concordiæ ex ſcriptis B. Lutheri inſertam, & in Apologia Concordiæ defenſam, *impugnabant.* — Heshuſius *privatis magis affectibus, quam publicæ Eccleſiæ paci velificans*, illuſtriſſimo Principi ſuo *perſuaſit, ac ſi ſubdole* & contra reliquorum Ordinum auguſt. conf. profitentium conſenſum & approbationem occulte dogma ubiquitatis libro Concordiæ, in præiudicium Confeſſionis brunſvicenſis & ſaxonicæ, incruſtatum eſſet.

Hæc omnia longe aliter ſe habere D. Chriſtoph. Tob. *Wideburgius* narrat, & evincere ſuſtinet in Programmate publicato A. 1710. d. 30. Octob. p. 19. & ſeqq.

Pag. 289. b. Fateri oportet, nos id maiori cum admiratione legiſſe, quod ipſi (Helmſtadienſes theologi) *illum articulum de omnipræſentia*, prout in Concordia extat, *ſubſcriptione ſua ap-barunt.*

Nimirum *præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti in S. cœna*, non negantes etiam, Chriſtum corpore ſuo, *etiam extra S. cœnam*, poſſe eſſe præſentem, *ubicunque velit. Wideburg.* l. c. p. 36. 37. 37. 22.

Ibid. Ipſe *Hesbuſius* antehac in ſuis contra Sacramentarios publicatis concionibus ***doctrinam de ubiquitate propoſuit.***	Non ei mens fuit, illis locis ubiquitatem, ſive omnipræſentiam carnis Chriſti in & apud omnes creaturas, docere & confiteri, ſed ***regimen, imperium, potentiam & maieſtatem hominis Ieſu Chriſti explicare.*** Nam quod ***ubiquitati generali nunquam addictus fuerit***, patet ex ipſius Defenſione veræ confeſſionis præſent. corp. Chriſti in S. cœna contra Calvinum & Bezam, edita Magdeburgi A. 1562. *Idem* p. 28.
Cap. XLVII. p. 320. b. in margine. Helmſtadienſes, ***authores novi huius ſchiſmatis.***	***Non poſſunt ſchiſmatis accuſari***, qui ab Eccleſia euangelica non diſceſſerunt, nec ipſam rem, quam alii tenebant, negarunt, multoque minus condemnarunt, ſed a temeritate aſſerendi, quod in S. litteris clare non dicitur, ſibi duntaxat cavere voluerunt. *Idem* p. 30. 33.

XXIX.

Leonh. HVTTERI Loci theologici. Wittebergæ 1619. Recuſi A. 1661. Suntque nihil aliud, quam Commentarius in Locos communes Phil. Melanchthonis. In Prolegomenis agit auctor 1. de Phil. *Melanchthone*, quem diſtinguit in orthodoxum & heterodoxum, eiusque confeſſione. 2. de auctoritate ſcriptorum Philippicorum. 3. de variis editionibus Locorum communium Philippicorum. De quibus etiam vide Theologorum lipſienſ. & witteberg. Endlich. Bericht E 2. Præmittitur a Profeſſoribus ordinis theologici wittebergenſibus Epiſtola dedicatoria, in qua dicitur, bipartitum eſſe probi paſtoris munus, 1. oves ad paſcua opima ducere, 2. easdem ab hoſtili incurſu tueri ac defendere: utrumque cum alios fideles doctores, tum in primis obſervaſſe *Hut-*

Digitized by Google

Hutterum, eiusque hunc commentarium eſſe perſpicuum & locupletem.

In Prolegom. c. 3. p. 9. Prima editio Locorum commun. Philippi vidit lucem A. 1521. hic wittebergæ impreſſa hoc titulo: Loci communes rerum theologicarum, ſeu *Hypotheſes* theologicæ, cum præfatione ad *Tilemannum Pletenerum*.

In ipſius titulo libri, in 8. excuſi, ſic legitur: *Hypotypoſes* rer. theologicar. ad *Tilemannum Plettenerum*. Herm. *von der Hardt* in Autographis Lutheri & coætaneor. T. I. 127.

Ibid. Optandum eſſet, *ut prima huius editionis exemplaria hodieque extarent:* vel ſaltem Peucerus, ſcriptorum Philippicorum compilator, ſcriptum iſtud tomis Philippicis inſeruiſſet.

Exſtat exemplar in bibliotheca academiæ Iuliæ. *Peucerus* autem *non poterat* illud tomis ſcriptorum Philippicorum inſerere, quoniam in mandatis a Melanchthone habebat, non alios quam recognitos eius libros in illos tomos compingere. De quo vide ipſum *Peucerum* in epiſt. dedicat. T. II. opp. Philippi.

De Provid. div. qu. II. pag. 227. Doctrinam de providentia divina nefarie corruperunt *Iudaei*: qui licet res ſingulas atque univerſas, tam inferas, quam ſuperas, divinæ providentiæ ſubiacere ſtatuerent, iſtarum tamen ſpecies duntaxat, *non* autem *individua Deo curæ eſſe* contenderunt, exceptis eorum duntaxat hominum individuis, in quibus Deus peculiare aliquod ſui amoris ſignum elucere voluit; *ſic docente R. Moyſe* tract. de directione perplexor. c. 136.

Non ita ſe res habet; neque etiam vel Maimonides hoc *teſtatur*, vel tractatus citatus *tot habet capita*. *Crenius* Animadv. P. V. 199.

Leonardus *Hutterus*, per anagramma *Lutherus redonatus*, ulmenſis, poſt ſtudiorum curſum in academiis argentinenſi, lipſienſi, heidelbergenſi & ienenſi peractum, & impetratis Ienæ honoribus doctoralibus, Wittebergam, quo ad profeſſionem theol. vocatus fuerat, fideli atque aſſidua informatione, qua ore, qua ſcriptis ornavit, quæ quidem præter hunc & priorem librum ſunt, Diſpp. X. de verbo Dei ſcripto & traditionibus: *Sadael* ἐλεγχομῦθος, h. e. tractatio pro maieſtate humanæ Chriſti naturæ: Compendium locorum theologicorum, quod prius germanice exſtabat: Diſputatio pro aſſerendo integro ſacramento cœnæ dominicæ, contra Ieſuitas: Refutatio duorum librorum Rob. *Bellarmini* de Miſſa: Actio in Iac. *Gretſerum* de Impp. Regum, ac Principum chriſtianorum in ſedem apoſtatico-romanam munificentia, pro Nic. de Clemangiis, & alia tam latina, quam germanica: extinctus autem eſt febre in flore ætatis virilis A. 1616. æt. 53. Henn. *Witte* in Vitis theol. 100. *Spizelius* Templ. hon. 32. *Serpilius* Epitaph. theol. ſuev. 69. Hoc in primis de eo eſt memorabile, quod convicia adverſariorum non exceperit conviciis, ſed iniurias tantum anteceſſorum ſuorum depellere ſtuduerit, ſibi autem illatas ei commiſerit, qui iuſtum exercet iudicium, & cuique ſecundum opera ſua tribuet mercedem. Id quod iure meritoque laudat *Spizelius* p. 35. Elogia eius collegit *Serpilius* l. c. ubi a *Weißio* vocatur leoninus veræ religionis cuſtos; a *Spenero* vetus, celebris, extraque omnem ſyncretiſmi ſuſpicionem poſitus theologus; a *Rechenbergio* magnus, neque iam parem in Saxonia habens theologus; atque a *Scherzero* ſolidiſſimus, luculentus, accuratus & perſpicuus, immo ipſius ſuperior laudibus. Nactus eſt varios adverſarios, & præter eos quidem, quos ſcriptorum occaſione ſupra nominavimus, *Bergium*, *Becmannum*, *Wendelinum*.

Leonh. HVTTERI Irenicum vere chriſtianum, ſive de ſynodo & unione Euangelicorum non fucata concilianda, contra Dav. *Parei* Irenicum. Wittebergæ 1619. Quod editum fuerat A. 1616. 4. In præfatione recenſet auctor argumentum Irenici Pareani, additque, Theologos lutheranos ſerio quærere pacem eccleſiæ, ſed non quamvis pacem & concordiam amplexandam, veritatem euangelicam præferendam paci fucatæ, controverſias eccleſiaſticas ex noſtra parte non φιλονεικείας ſtudio agitari: ſcriptionem *Parei* eſſe

eſſe privatam, vel unius tantum archipalat. eccleſiæ propriam, interim tamen ſe velle cum illo placide & amice de mediis conferre, quibus ipſe pacem & unionem Euangelicorum procurari ſtabilirique exiſtimet, & hanc ſuam orationem ſe velle præparatoriam eſſe ad eam deliberationem, quæ fortaſſe, ſi ita neceſſitas ferat, de hoc ipſo negotii genere aliquando inter theologos & politicos (ad utrosque enim provinciam hanc pertinere ſe arbitrari) inſtitueretur. In ipſa autem tractatione ſupponit, Reformatos, ſive, ut vocat, Calvinianos errare in fundamento, adeoque cum illis non poſſe concordiam iniri, eosve fraterne tolerari, niſi abiiciant errores ſuos hæreticos. Pacem igitur, aut ſaltem tolerantiam, quam quæſitum it *Pareus*, auctor vocat ſyncretiſmum. Hac occaſione, Parei veſtigia legens, diſſerit de variis aliorum circa Euangelicorum diſſidia componenda iudiciis, de ſcriptis & colloquiis eorum hactenus parum proficuis, de ſynodo Euangelicorum hoc tempore minime poſtulanda vel ſperanda, de diſſenſu Euangelicorum, de compoſitione diſſidii euchariſtici, de Conſenſu ſendomirienſi A. 1570. de Conſenſu Bohemiæ, de Principum & Ordinum euangelicorum in Imperio civili unione, de Formula conſenſus marpurgenſis A. 1529. de Formula concordiæ wittebergenſis A. 1536. & 1537. deque articulis, in quibus Lutherani & Calviniani ab invicem diſſentiunt. De hoc tractatu Pol. *Lyſerus* iunior & Balth. *Meiſnerus*, excitante eos Serpilio p. 73. ſcribunt, non potuiſſe a diſſentientibus confutari.

Cap. XIII. p. 27. Directe dicitur error impingere in fundamentum fidei, 1. quando non in circumſtantiam tantum aliquam, ſed in ipſam ſubſtantiam articuli fidei, 2. quando *non reductive per conſequentias*, ſed πρώτως, immediate, & verbis & ſenſu in articulum fidei & ſalutis impingit.

At *etiam indirecte & per conſequentiam in fundamentum fidei impingens*, ſi cum conſcientia conſequentiæ & voluntatis pertinacia coniungatur, reapſe in hæreſin tranſit. *Theologi rintelenſ.* in epiſt. contra Wittebergenſ. Epicriſin p. 161.

XXX.

Io. GERHARDI Loci theologici, cum Exegeſi, ſive uberiore explicatione articulorum de Scriptura ſacra, Deo & perſona Chri-

Chriſti, in tomo I. Locorum conciſius tractatorum. Francofurti & Hamburgi 1657. Tomi IX. volumina III. Prodierunt etiam Hamburgi A. 1617. f. itemque Genevæ A. 1637. primum autem Ienæ A. 1610-1622 in 4. cui editioni ſuum adhuc conſtat pretium; at hæc noſtra tamen eſt auctior & perfectior. Io. Erneſt. *Gerhardus*, Ioannis filius; cuius induſtria præſens editio prodiit, Iſagogen Locorum concinnavit, atque emiſit A. 1658. 4. ſicut ipſe auctor Diſpp. iſagogicas, Ienæ 1634. 4. quæ recuſæ ſunt A. 1663. Epitomen autem Locorum dedit *Cnapius* Erfurti 1664. f. aliaque, in XXXI. tabulas redacta, prodiit Ienæ 1660. f. Tomo I. cui præmittitur Exegeſis, continentur loci de Scriptura ſacra, Deo & Chriſto: Tomo II. de Creatione & Angelis, Providentia, ac libero arbitrio: Tomo III. de Lege & Euangelio, Pœnitentia & Iuſtificatione: Tomo IV. de Bonis Operibus, Sacramentis vet. teſtamenti, & Baptiſmo: Tomo V. de S. cœna & Eccleſia: Tomo VI. de Miniſterio eccleſiaſtico & Magiſtratu politico: Tomo VII. de Coniugio: Tomo IIX. de Morte & Reſurrectione mortuorum: Tomo IX. de Extremo iudicio, Conſummatione ſæculi, Inferno ſive morte æterna, & Vita æterna. Singulis hisce Tomis præfixit auctor epiſtolas dedicatorias, non inanibus & adulatoriis verbis turgidas, ſed graviſſimis argumentis inſtructas, adeoque lectu & meditatione digniſſimas: nam in prima diſſerit de neceſſitate hæreticis eo fortius reſiſtendi, quo copioſius exſurgunt, maioresque ſumunt vires, atque ideo ſe prolixius hoc in Tomo egiſſe contra Photinianos, idque ſuaſu & inſtinctu Frider. *Balduini*, poſtquam Sociniani Catecheſin ſuam Racoviæ excuſam haud veriti ſint inſcribere academiæ wittebergenſi: in ſecunda de Symbolo apoſtolico, eiusque appellatione, auctoritate, & conſenſu cum SS. literis: in tertia de doctrina iuſtificationis, cuius controverſia inter eas, quæ contra Pontificios agitantur, facile prima ac præcipua ſit, & unde erronea illorum doctrina profluat: in quarta de origine errorum Calvinianorum, videlicet eam provenire ex negata vera, reali, & ſupernaturali corp. & ſanguinis Chriſti præſentia in S. cœna: in quinta de controverſiis, quæ nobis intercedunt cum Pontificiis & Calvinianis; inter omnes illas fere primas ac præcipuas eſſe, quæ in capitibus de eccleſia & euchariſtia magno conatu invicem agitantur: Pontificiis enim locum de Eccleſia eſſe quaſi pyxidem Pandoræ, & communem quan-

Digitized by Google

quandam topicam, ex qua varia argumentorum genera depromant, quin immo ultimum refugium ac diuerticulum, in quod poſt varias digreſſiones ſe ſe tandem recipiant; diſſidium autem Calvinianorum a controverſia ſacramentaria initium cepiſſe; ideoque ſe ad locos hosce delatum iſta doctrinæ capita paulo uberius explicare, & ſententiam eccleſiarum noſtrarum ſolidius confirmare voluiſſe, prætermiſſa tamen de miſſæ ſacrificio tractatione, quippe quæ a *Chemnitio* in Concil. trid. Examine, *Menzero* contra Piſtorium, *Huttero* contra Bellarminum, aliisque eo modo explicata fuerit, ut nihil amplius deſiderari queat: in ſexta de Magiſtratu politico, magnum eſſe Dei beneficium eius inſtitutionem, maius autem ſinceram de Magiſtratus officio doctrinam: in ſeptima de quæſtione, An quis veræ & ſinceræ religioni ex animo addictus, Canonicorum reformatorum collegio ſalva & illæſa conſcientia ſeſe adiungere poſſit, & an in eccleſiis euangelicis Collegia illa canonicorum probari debeant? Ad reſolvendam hanc quæſtionem IV. conſiderat, videlicet 1. Statum, in quo vivunt. 2. Vocationem ad eum. 3. Officia, propter quæ adminiſtranda & ordo ipſe primitus eſt inſtitutus, & hominibus in eo viventibus ſtipendia numerantur. 4. Reditus, quibus illa collegia gaudent. Statum diſtinguit in Inſtitutum, (a piis Imperatoribus, Regibus ac Principibus, quorum familiam ducit CAROLVS M.) Deſtitutum, (ſub papatu, ubi collegiis hiſce multi abuſus adhæſere) & Reſtitutum (ſub reformatione, exploſis abuſibus illis, quantum ullo modo fieri poterat.) Primarios fines, ob quos inſtituta fuerint Canonicorum collegia, fuiſſe ſequentes tres: 1. ut eſſent conſiſtoria eccleſiaſtica, in quibus viri pietate, eruditione & virtute maxime conſpicui, conſilio & auxilio ſuo loci Epiſcopo in eccleſiaſtica adminiſtratione & gubernatione præſto eſſent. 2. ut eſſent miniſterii eccleſiaſtici ſeminaria. 3. ut eſſent pietatis & cultus divini ſeminaria & aſceteria. Quod autem alicubi tantum nobiles in eiusmodi collegia recipiuntur, id non eſſe eiusdem cum omnium iſtorum Collegiorum fundatione originis & antiquitatis, ſed paucis retro annis, & ſæculo XVIto in quibusdam introductum. Canonicos dici poſſe *eccleſiaſticos*, non tantum generaliſſime, quia ſunt eccleſiæ chriſtianæ membra, ſed etiam ſpecialiter, quia nec mere privatam agunt vitam, nec politico imperio funguntur, ſed certum ali-

aliquod officium, ad eccleſiæ commodum ſpecialiter pertinens, adminiſtrant, immo etiam reſpectu totius collegii, quod pro ordine eccleſiaſtico recte agnoſcitur. Etiamſi igitur non omnia ad præſcriptam illam normam, quæ ex primæva inſtitutione deducitur, nec dum perfecte revocata & redacta ſint, aut ullo unquam tempore revocari & reduci queant, poſſe tamen hominem euangelicum ſalva conſcientia illum ordinem ingredi, eiusque reditibus gaudere ac frui, ſi donis neceſſariis ſit inſtructus, ſuoque conſilio & opera eccleſiæ & reip. ſalutariter inſervire poſſit; ſi in fiſcum publicum, more conſueto, quid æris contulerit, non autem ſingulorum aut nonnullorum ſuffragia argento ſibi attraxerit; ſi vacet pietati, iuſtitiæ, lectioni ſcripturæ, & horas canonicas obeat ipſe, ſaltem ut plurimum, non autem per ſolos chorales ſeu vicarios; ſi reditus non luxuria, venere illicita, alea, aliisque canonicum minime decentibus modis abſumat, ſed bonam eorum partem ad pauperum ſuſtentationem adhibeat: in octava de fine mundi, eum iam eſſe in ianuis, nam nec oculum amplius videre, nec aurem audire, i. e. compluribus in regnis & provinciis nec magiſtratum, nec ſubditos ſuum facere officium; & quoniam finis mundi ac vitæ humanæ diligenter eſt meditandus, ideo ſe ſe ultimos fidei noſtræ articulos paulo plenius expoſuiſſe: denique in nona de loco *Marci* 13, 33. ubi Chriſtus adhortatur ad vigilandum & orandum, & hoc dictum eſſe non tantum apoſtolis, ſed omnibus chriſtianis. Optandum quidem eſſet, ut auctor hoc opus, quod eius quaſi primum & præcipuum eſt, cœptum Heldburgi, continuatum Coburgi, & Ienæ ad finem perductum, denuo lambere, ceu in votis habebat, ipſe potuiſſet; ſed propter alia negotia id non licuit. Interim defectum iſtum ſupplere poſſunt diſputationes iſagogicæ, ſicut filius eius, *Io. Erneſtus*, ſcribit in epiſt. dedicator. & Præfatione, I. Tomo præmiſſis. Et licet Albert. *Grauerus*, Gerhardi collega, teſte Godofr. *Arnoldo* Hiſtor. eccleſ. & hær. l. 17. c. 6. multa in eo notarit atque reprehenderit, aliique rhapſodiam appellarint, & *Grunevvaldus* cum *Ruaro* Epp. T. I. 13. 46. 99. immenſa illa de eſſentia Dei, Chriſtique perſona & officio volumina, qualia fere Gerhardina ſunt, pungere conentur, Facultas tamen ſive *Collegium theologorum ienenſium*, in Teſtimonio A. 1656. ſcripto, & epiſtolæ dedicatoriæ Tomo I. ſubiun-

iunĉto, præclaram ei laudem tribuit his verbis: *Hunc pretioſiſſimum Locorum theologicorum theſaurum ſedulo commendamus, eumque tanti æſtimandum arbitramur, ut nullas mundi gazas cum eo comparandas eſſe cenſeamus.* Ioach. *Hildebrandus* Theol. dogmat. p. 41. laudat illud ab amabili, quæ præcipua docentium virtus ſit, perſpicuitate. Plura teſtimonia atque elogia ſi noſſe cupis, adi ſis *Hulſemannum* Meth. ſtud. theol. 299. Io. Bened. *Carpzovium* Theol. exeget. 2. *Fechtium* diſp. de Studii bibl. cum ſyſtem. coniunĉt. §. 14. *Zieroldum* Introd. ad hiſtor. eccleſ. 396. *Sonntag.* diſp. de præcip. theol. lutheran. p. 151. & *Hottingerum* Bibliothecar. 402. Quibus adde *Crenium* diſſertat. II. de furib. librar. §. 31. Ceterum duo nobis ſunt ſignificanda. Primum eſt in L. de Iuſtificat. n. 58. p. 308. ubi dicit, *eſſe, qui in ſocietatem huius opinionis* (Chriſtum tantum reſpeĉtu obedientiæ paſſivæ eſſe cauſam meritoriam iuſtificationis) etiam Pontificios pertrahere conetur. Is videlicet, Gul. *Forbeſio* Conſid. controv. p. 42. indicante, eſt Barthol. *Battus.* Alterum occurrit in L. de Coniug. n. 222. p. 114. ubi ſcribitur, ex noſtris itidem *quosdam* ſtatuere divinam diſpenſationem (legis primævæ de coniugio mariti cum una duntaxat uxore.) Quinam igitur illi? Sunt Theod. *Thummius* in Decal. & Balth. *Meiſnerus* Philoſ. ſobr. P. I. 420.

Exeg. de Script. S. §. 277. p. 108. Obi. contra epiſtolam ad Ebr. eam nec canonicam eſſe, nec paulinam, quia vocem ברית, quæ ſignificat fœdus, reddit διαθήκην *teſtamentum.* Ry. *Etiam* LXX. *interpretes* perpetuo hanc vocem vertunt per διαθήκην, quin *ipſe apoſtolus* ita uſurpat *Rom.* 9, 4. *Gal.* 3, 17. & c. 4, 24. Idem comprobat res ipſa, quia *promiſſio illa vitæ æternæ in lege veteri promulgata, diverſo reſpeĉtu fuit fœdus & teſtamentum.*

Sed hoc ita refutat *Gerhardus*, ut in eo ſane *non tam facile conſentiam viro alias magno.* Vincent. *Placcius* de anon. p. u.

Ibid. §. 310. p. 121. Quod exemplar eſt reliquorum omnium

Reĉte, reſpeĉtu normæ & fontis; ſed reſpeĉtu valoris etiam *authen-*

norma & regula, illud *ſolum eſt authenticum*: alias enim non poſſet eſſe norma.

thenticum dicitur apographum, quod vim ac valorem probandi habet, licet non ſit originale. Sic in eod. decreto Concilii trident. Seſſ. IV. p. 9. dicitur: Ipſa huiusmodi librorum probatio in ſcriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel ſcripti, vel impreſſi, *authentice appareat.* Et in Regulis Concilio ſubiunctis, reg. X. id, quod modo allatum eſt, repetitur. Ceterum in Remiſſionibus, Concilio illi additis, verba, *Si ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur,* ſic illuſtrantur: Vide P. Io. *Azorium* Inſtitut. moral. P. I. lib. 8. c. 3. q. 2. ubi q. 3. reſolvit, *Quod approbatione vulgata & latinæ editionis non damnentur exemplaria hebraica vel græca, ex quibus tanquam ex fontibus latina editio fluxit; quæ quidem retinent ſuam fidem, & auctoritatem, ubi incorrupta & integra fuerint.* Io. Chriſtoph. *Wagenſeil* in Confutat. carm. Lipmann. p. 523. *Serarius* in prolegom. c. 19. q. 12. R. *Simon.* Hiſt. crit. V. T. l. 2. c. 14.

Ibid. §. 316. p. 124. *Nota*, quovis prætextu. *Ergo concidunt iſta tempora, in quibus* Bellarminus & Canus *ad fontes provocari poſſe cenſent.*

Illa verba non *excludunt* recurſum ad fontes, ſed *omnes alias verſiones*, ſive, ut Concilium loquitur, *editiones* latinas, atque adeo prohibetur, ne quis ullam aliam verſionem latinam

nam, quam vulgatam antiquam, quocunque prætextu, ad lectiones, prædicationes, ac diſputationes adferat atque uſurpet: hanc enim ſolam agnoſci pro ea, quæ in eccleſia romana, ſicut multis abhinc ſeculis, ita & in poſterum valere & uſurpari poſſit ac debeat. *Andradius* l. 4. Defenſ. fid. trident. p. 618. 622.

Ibid. §. 433. p. 173. *Ratio noſtra in divinis myſteriis eſt plane coeca, immo doctrina coeleſti adverſa.*

Nimis abſolute & univerſaliter hoc dicitur: quis enim eius foret uſus in apprehenſione & aſſenſu illorum myſteriorum, ſi eſſet plane coeca, iisque adverſa? Io. *Simonis* diſp. de Ratione §. 20. p. 11.

L. de Deo §. 24. p. 225. Iudæi exiſtimant, nomen (יהוה) *non poſſe* nec debere pronunciari.

Scilicet *ex religione*, *aut potius ſuperſtitione*, ab eius pronuntiatione abſtinent, & loco eius dicunt *Adonai*, vel *Elohim*. Io. *Buxtorf*. Lex. min. p. 158. v. הוה.

Ibid. §. 68. p. 244. Hebræum חלק (Deut. 4, 19.) ſignificat etiam *blanditus fuit*. Senſus igitur, quod Deus illis cœli luminaribus *invitet atque alliciat* omnes gentes ad ſui agnitionem ac celebrationem.

חלק ab Hebræis non ſumitur in *Kal*, niſi gemino ſenſu: primo ſcilicet ſignificatione *diviſionis*, deinde ſignificatione *mollitiei* & *lævitatis*. At *in Hiphil*, החליק eſt proprie *emollire*, *lævigare*, ac translate blandiri. Qui itaque de blanditiis Moſen accipit, ſignificationem propriam cum impropria *confundit*. nec *diſcrimen coniugationum Kal & Hiphil* obſervat; quo tamen obſervato maxi-

Loco de Perſ. & officio Chriſti §. 14. p. 402. *Propheta V. T. fuere uncti*: idque conſtat ex hiſtoria *Eliſai*, 1. *Reg.* 19, 17. *vel* 16.

me opus eſſet. Theodor. *Hackſpan* Not. philol. in Deut. 4, 19. Adhuc quæritur, *an* 1. *Reg.* 19, 17. vel 16. *propria dicta unctio* ſit intelligenda. Nam *Vngere* etiam ſignificat *Eligere, Conſtituere, Creare*, ſicut *Iotham* de arboribus dicit: Aliquando iverunt arbores, למשח ut ungerent i. e. crearent ſibi regem. Jo. *Lundius* in Alten Iüd. Heiligthüm. 155.

Ibid. § 110. p. 440. *Quidam* ex Calvinianis diſputant, *perſonam Filii*, non *naturam divinam*, ſi proprie loqui velimus, *eſſe incarnatam*, cum perſona ſit Filii propria, ſed natura divina ſit ipſi communis cum Patre & Spiritu ſancto. —— Quo fine ita diſputent, facile apparet, videlicet *ut communicationem idiomatum carni factam, maiori ſpecie oppugnare poſſint.*

Non quidam tantum, ſed *quam plurimi*. Neque vero illi per perſonam intelligunt ὑπόςασιν perſonalitatem, abſtractam a natura, verum ipſiſſimam *naturam divinam certo ὑπάρξεως τρόπῳ* ſeu *ſubſiſtendi modo characteriſatam*, ſive, ut clarius dicam, ipſam *deitatem*, *quatenus eſt Filii deitas*. Vides, ipſos hoc ſolum intendere, non divinam naturam abſolute, vel quatenus tribus perſonis eſt communis, ſed *relate* in ſecunda Trinitatis perſona incarnatam eſſe. *Nimis* autem *ſuſpicioſus fuit Gerhardus* in aſſignando hujus ſententiæ fine: certe ab hoc crimine immunes ſumus. Io. Lud. *Fabricius* Opp. p. 240. qui in illa Meditatione multa alia Gerhardi loca de perſona & officio Chriſti examinat: quæ omnia huc afferre, longum foret ac moleſtum.

Tomo II. Loco de Elect. & reprobat. §. 56. p. 49. Ex his facile intelligi poteſt, quid (Calviniani) nomine *abſoluti decreti* intelligant. Nimirum ſtatuunt, *Deum ab aterno ſibi propoſuiſſe quosdam homines damnare*, quosdam ſalvare. Et hoc eſſe primum decretum. Hoc decretum ut executioni dari poſſet, *Deum decreviſſe*, ut primi homines peccarent, ſuoque lapſu ſe & omnes poſteros æterno exitio involverent. Hoc eſſe ſecundum decretum. Ex damnata illa totius generis humani maſſa Deum quosdã abſoluta gratia, id eſt, quoscunq; libuerit, ſelegiſſe, & illis Chriſtum mediatorem, prædicationem verbi & fidem ordinaſſe, ut per hæc media ſalutis fiant participes. Hoc eſſe quaſi tertium decretum. Denique reliquam innumerabilem multitudinem *ex abſoluto Dei odio*, id eſt, quia ipſi ita libuerit, a ſalute & mediis ſalutis reiectam, contra vero ad peccata & cauſas damnationis prædeſtinatam eſſe. Atque hoc eſſe quartum Dei decretum.

ſtum. Videatur ipſe Fabricius, & conferatur cum Gerhardo.

Nos non ita loquimur. Nos dicimus, *Deum creaſſe mundum ad ſuam gloriam*, atque ad manifeſtationem ſuarum virtutum ſive attributorum. Hoc eſt primum decretum. Voluiſſe hominem creare innocentem, ſed cum præviderit, eum lapſurum, decreviſſe id *permittere*. Hoc eſt ſecundum. Videntem hominis, atque in eo totius homini generis lapſum ac reatum mortis æternæ, *ex mera gratia elegiſſe quosdam*, reliquos autem propria in miſeria ſua *reliquiſſe*. Hoc eſt tertium decretum. Denique cum prævideret, *quosdam in peccatis finaliter perſeveraturos*, nec pœnitentiam acturos eſſe, eos *æternis affligere pœnis* ſtatuiſſe. Hoc eſt quartum decretum. Atque hæc eſt doctrina *Synodi dordracena.* Pierre *Jurieu* dans le Jugement ſur les Method. rigides & relach. p. 102.

L. de Imag. Dei in hom. ante lapſum §. 46. p. 98. *Bellarminus* diſ-

Bellarminus *loquitur conditionate*, nimirum *SI in puris naturalibus a Deo*

putat lib. de Gratia primi hom. c. 5. 6. & 7. primum hominem *in puris naturalibus a Deo creatum*, ita conſtitiſſe carne & ſpiritu, ut hinc ex contrariis propenſionibus extiterit in homine pugna.

a Deo creatus fuiſſet. Hæc enim ſunt eius verba c. 6. p. 7. Eadem noſtra & dæmonum natura, ſi referatur ad eum ſtatum, *in quo eſſe potuiſſet, ſi in puris naturalibus creata fuiſſet*, integra dici debet. Et c. 7. p. 9. Vitia omnia privationes ſunt naturalium bonorum, id eſt, naturalis rectitudinis, *non qualis in primo homine fuit*, ſed *qualis eſſe potuit, ſi in puris naturalibus conditus fuiſſet*. Et p. 11. Non recte confunditur ſtatus, in quo Adam re ipſa conditus fuit, cum eo, *in quo condi potuiſſet*.

Tomo III. L. de Pœnit. §. 125. p. 253. Interim nec *ſemper*, nec omnibus Deus ſingulares pœnas illis, quibus peccata remittit, in hac vita imponit. L. de Iuſtificat. §. 57. p. 307.

Etiam nos docemus, *non ſemper* id fieri. Quir. *Kunckel* in Lilio inter ſpinas 396.

Ibid. §. 220. p. 450. Hactenus Bellarminus, cui reſpondemus, D. *Chemnitium recte formaſſe ſtatum quæſtionis*.

Quæ hic pro Chemnitio aliisque reſpondet Io. *Gerhardus* L. de Juſtificat. n. 220. & *Pareus* ad lib. 2. Bellarmini de Juſtificat. c. 2. p. 384. aliique, *ſolida non ſunt, nec ſtatum quæſtionis recte propoſitum attingunt*. Gul. *Forbeſius* p. 59.

Tomo IV. L. de Bonis operib. §. 45. p. 21. Bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem æternam, *non ut cauſam* vel inſtrumentum, ſed ut adjunctum neceſſarium. Confer. §. 46.

Plurima S. ſcripturæ loca clariſſime demonſtrant, in adultis bona opera ad ſalutem relationem habere, non ordinis tantum, ſed etiam *cauſalem*, qualis eſt relatio cauſæ

ſuo

	ſuo modo & loco efficientis, vel adiuvantis ad effectum. Gul. *Forbeſius* 126. 128. b.
Ibid. Eodem ſenſu D. *Gregorius* Major.	Lege, *Georgius* Maior: eſt enim vitium typographicum, ceu patet ex n. 47. p. 24. ubi nomen hoc recte ponitur.
Ibid. §. 83. p. 44. Ex eo non ſequitur, quod iuſtificatio coram Deo, quæ in remiſſione peccatorum & imputatione iuſtitiæ Chriſti conſiſtit, gradus & incrementa habeat.	Neque etiam hoc docent Pontificii. Auctor *Harmoniæ ac disharmon.* doctr. Proteſt. & Rom. Cathol. in artic. de Iuſtificat. p. 23.
Ibid. §. 124. p. 88. Vocabulum *Meriti* multis modis a latinis ſcriptoribus uſurpatur, & quidem ſex.	Hæc eum *excerpſiſſe e Mornæi* l. 3. de S. euchar. c. 21. notat *Reineſius* ep. X. ad Vorſtium; idque narrat *Crenius* in Diſſert. II de Furib. librar. 26. Sed undecunque ſit, bene tamen ſe habet ſignificatorum illius vocabuli euolutio.
L. de S. baptiſmo §. 36. p. 240. De conſenſu antiquitatis (in caſu neceſſitatis laicum baptizare poſſe) non eſt quod laboremus: *fatetur* enim, *atque ultro largitur* Calvinus lib. IV. Inſtit. c. 15. §. 20. multis abhinc ſeculis, adeoque ab ipſo fere eccleſiæ exordio receptum fuiſſe, ut in periculo mortis laici baptizarent, ſi miniſter in tempore non adeſſet.	Sed addit: *Se non videre, quam firma id ratione defendi queat.* Ne ipſis quidem veteribus, (ſic idem pergit) qui hunc morem vel tenebant, vel patiebantur, conſtabat, an recte id fieret. Et auctor Comment. in epp. paulinas, & quidem in caput IV. ep. ad Epheſ. Vt creſceret, inquit, plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia conceſſum eſt & euangelicare, & baptiſare, & ſcripturas in eccleſia explanare. Vbi autem omnia loca circumplexa eſt eccleſia, cœtus con-

ſtituti ſunt, & rectores, & cetera *officia in eccleſia ſunt ordinata*, ut nullus de clero auderet, qui ordinatus non eſſet, *præſumere officium*, quod ſciret ſibi non creditum vel conceſſum. Hinc igitur eſt, quod nunc neque diaconi in populo prædicant, neque clerici (non ordinati) vel laici baptiſant. I. Lud. *Fabricius* Opp. 407.

Ibid. n. 191. p. 312. Inter veteres de pædobaptiſmo teſtantes, eſt etiam *Gregorius nazianzenus* Orat. 3. in S. lavacr.

Eſt oratio una, & quidem quadrageſima T. I. p. 637. Locum autem de pædobaptiſmo reperies p. 648.

Tomo V. L. de S. cœna n. 137. *Panem eſſe* ac dici *corpus Chriſti* ſacramentaliter, hoc ſenſu, quod panis ſit *ὀϱγανον μεταδοτικον, ſymbolum exhibitivum*, & *ὀχημα*, quo corpus Chriſti communicantibus diſtribuitur, & manducandum exhibetur.

Non niſi de pane corpus Chriſti prædicari, contendit Io. *Vorſtius* in ep. ad Warner. Freund p. 68. & in ep. ad Gerh. Titium 38.

Tomo VI. L. de Miniſterio eccleſ. n. 2. p. 1. Status ſeu ordines *in Eccleſia* a Deo inſtituti numerantur tres, videlicet Eccleſiaſticus, Politicus, & Oeconomicus.

Hoc *refutatur* ab illuſtri Chriſtiano *Thomaſio* in Iure Princip. euangel. (Recht der euangel. Fürſten) 42.

Ibid. n. 197. p. 116. Autor Oneneris eccleſiæ, compilati A. 1519. qui a quibusdam vocatur *Vbertinus*, epiſcopus *chimenſis*.

Eſt *Iohannes*, epiſcopus *chemenſis*. Thom. *Crenius* Animadverſ. P. IV. 87.

Ibid. n. 330. p. 191. Hoc ergo (de cœlibatu ſacerdotum) in quæſtione eſt, an *iure divino* cœli-

Non adeo quæritur de iure divino, cum pauci inter adverſarios hanc rem ad ius divinum revo-

batus ſacris ordinibus eccleſiaſticis ſit annexus, quod *qui dam* (Pontificii) affirmant.

vocarint, quos *Bellarminus* & Gregor. *de Valentia* ipſi refutant; *ſed tantum de iure apoſtolico*, quod hic urgent adverſarii, & talibus conſtitutionibus eccleſiaſticis, quas relaxare non liceat, nec expediat. *Dreier* in Controverſ. cum Pontificiis p. 621. Cui adde Georg. *Calixtum* de Coniug. clericor. p. 2.

Tomo VII. L. de Coniug. n. 223. p. 115. Ad tertium ex 2. Sam. 12, 8. reſpondere poſſunt, non poſſe hunc locum de coniugio intelligi, quia *David filiam Saulis Michal in coniugium aſciverat;* prohibitus ergo lege divina fuerat ducere ſocrus ſuas, uxores ſcil. Saulis.

Michal, etſi promiſſa, *non* tamen *actu fuit Davidi matrimonio iuncta*, uti patet ex 2. *Sam.* 3, 15. Neque hic eſt ſenſus, Dedi omnes uxores Saulis in ſinum tuum, ſed *indefinite* dicitur, Dedi *uxores*: ut adeo unam ex iis potuiſſet ſibi reddere coniugem, modo abſtinuiſſet a matre Michalis. *Hackſpan.* in 2. *Sam* 12, 8. p. 673.

Ibidem: Quamvis phraſis, *dare in ſinum*, *Eſſe* vel *Cubare in ſinu*, de re uxoria ſæpius uſurpetur, tamen ſignificatio illa non eſt perpetua, cum *interdum ſimpliciter pror elativo* accipiatur, In ſinum tuum, id eſt, tibi.

Aliud eſt, quando חיק vel ſinus quocunque modo rei applicatur, aliud, quando de marito ſermo eſt. *Quando de marito ſermo eſt, ſemper phraſis matrimonium denotat*, e. g. *Gen.* 16, 5. *Hackſpan* l. c. p. 673.

Ibid. pag. 116. Verbum נתן non ſemper uſurpatur de legitima conceſſione, (ſeu datione) ſed *de tolerantia & conniventia* (ſeu permiſſione.) *Gen.* 20, 6. *Num.* 21, 23. *Iud.* 11, 19. 1. *Reg.* 11, 7.

Concedo, quando נתן infinitivo iungitur, eo permiſſionem denotari; quando vero *abſolute* ponitur, *ſine infinitivo*, plerumque fere conceſſio vel datio eius rei, qua pro lubitu tuo uti poſſis, innuitur. At in lo-

cis *Iudicum* & 1. *Regum*, verbum נתן non legitur. *Hackſpan* l. c. p. 672. Niſi forte in loci Iudicum verſu commiſſus eſt error, ut poni debuiſſet 9. Sed hic loci ſignificat *tradere.*

Ib. n. 275. p. 140. Prohibitio coniugiorum Levit. 18. non de perſonis ſolis, quæ ibi nominantur, ſed etiam *de paribus gradibus* eſt intelligenda.

Multi hic diſſentiunt, etiam inter Proteſtantes ac Reformatos, nec immerito, videnturque propius accedere ad mentem Legislatoris. *ICti helmſtad.* in Brunnemanni Iure eccleſ. 625. inſiſtentes nimirum veſtigiis *Lutheri*, GEORGII Principis anhaltini, *Brentii* aliorumque apud Brucknerum Iur. matrimon. P. I. cap. 6. p. 304.

Tomo IIX. L, de Morte n. 377. p. 249. Quamvis defunctorum ſanctorum compellationem *ſimpliciter non probemus*, cum illi *non amplius rebus noſtris interſint*, nec de tali compellatione defunctorum ſanctorum *præceptum* vel *promiſſio*, vel probatum *exemplum* extet, cumque *periculum ſubſit*, ne ex tali compellatione abſentium ad religioſam eorundem invocationem fiat progreſſus; tamen *ex praxi* & confeſſione Pontificiorum conſtat, *eos non eſſe tali ſanctorum compellatione contentos.*

Neque vero eam *ſimpliciter damnare* audet. Abſint; rogari tamen poſſunt, ut pro nobis orent Deum ex caritatis affectu, quo in nos feruntur, & ex eo rerum noſtrarum ſenſu, quem habent; neque rogantur, niſi *hypothetice, ει τις εςι.* Multa etiam ſcire poſſunt in particulari, de quibus nobis nihil certi conſtat. Propter periculum abuſus, vel etiam abuſum ipſum, non ſtatim *res ipſa* damnanda. Praxis cum abuſibus coniuncta, non eſt omnium, ſed *quorundam*, Gul. *Forbeſius* 326. qui & abuſus illos graviter in cap. 5. ſeq. p. 331. perſtringit atque improbat, in fine huius tractationis p. 342. pro-

pronuntians, *ſolum Deum religioſe adorandum*, ſolum orandum *per Chriſtum*; conſuetudinem tamen græcæ & romanæ eccleſiæ interpellandi ſanctos *neque ut impiam*, *neque ut vanam & ſtultam* damnandam; *abuſus* autem *& ſuperſtitiones*, quæ irrepſerunt, *tollendos* eſſe.

Io. *Gerhardus*, quedlinburgenſis, ſingulari Dei providentia in utero matris a maximo periculo ſervatus, a medicinæ ad theologiæ ſtudium vi voti tranſiens, *Mylii*, *Reudenii*, *Menzeri* & *Winckelmanni* diſcipulus, primum fuit Superintendens heltbergenſis in Franconia, & ſimul profeſſor theol. in gymnaſio coburgenſi, deinde impetratis Ienæ honoribus doctoralibus Superintendens generalis coburgenſis, & tandem prof. theol. in academia ienenſi, pariterque Conſiliarius eccleſiaſticus Saxonicus, vir pius, doctiſſimus ac laborioſiſſimus, ideoque certatim a variis Principibus & Magiſtratibus non tantum in Germania, ſed etiam in Dania & Suecia ad ſplendidiſſimas functiones expetitus, ſcripſit multa idiomate tam germanico, quam latino, & illo quidem Expoſitionem articulorum de baptiſmo & S. cœna, Poſtillam, Scholam pietatis, Poſtillam Salomoneam, hoc autem Meditationes ſacras, Scholam conſolatoriam, Annotationes in Amos & Ionam, in Geneſin, in epiſt. Iudæ, in utramque ad Timotheum, in ep. ad Rom. in Apocalypſin, in pſalmos V. priores, in Matthæum, in Acta apoſtolorum, Carmen pacis, (quod extat in *Relat. innoc.* A. 1715. p. 1100.) & alia, ut dicere liceat cum Aug. *Buchnero*:

Ipſe autem tam multa ſtylo qui lecta regeſſit,
Scilicet eſſe unus bibliotheca poteſt.

Tandem febris ardens virum optime meritum invaſit, eumque morti tradidit A. 1637. æt. 55. *Spizel.* in Templo hon. 123. & *Witte* Memor. theol. 393. Atque ut ipſe pietati erat deditus, ita & aliis ſcriptis eam ſuis commendare ſtuduit. At quid fecit calumnia? Illa in optimum virum virus ſuum evomere, eumque colluſionis cum Weigelianis & Roſeæ crucis fratribus inſimulare neutiquam dubitavit, cui ille tamen hoc regeſſit carmen:

Qui ſtudium hoc ævo pietatis gnaviter urget,
Et Sophiæ partem tractat utrumque ſacræ;
Ille Roſæ crucius *vel* Weigelianus *habetur*,
Et nota turpis ei ſcribitur hæreſeos.
De me non verita eſt viroſa calumnia id ipſum
Spargere, & his nugis conciliare fidem.
O coecas hominum mentes, o pectora coeca,
O ſine iudicio debile iudicium!
Diſcite, quæſo, prius, quis vere weigelianus,
Quisve roſæ crucius, *diſcite, quæſo, prius.*
Diſpellunt radii ſolares nubila cæli,
Lux veri & falſi clarior emicuit.

Ceterum de Gerhardo vide *König.* 342. *Magirum* 384. G. *Calixtum* Reſp. ad Hülſemanni Meiſt. Muſter §. III. *Schutzium* Diſſert. de orthodox. Iudæ iſchar. 87. *Bibliothecar.* n. p. addict. T. I. 649. & Gul. *Forbeſium* 128. Thomas *Pierce* vocat eum in Pacificator. orthod. theol. corpuſc. doctiſſimum virum, qui Lutheri veſtigiis inſiſtat unice; Io. Lud. *Fabricius* Opp. p. 238. in exponendo ſuorum dogmate nemini hodie ſuſpectum, ſingularis eruditionis & præſtantis ingenii theologum: & *Iurieu* Iugem. ſur les method. rigid. & relach. f. 109. unum e præſtantiſſimis theologis aug. confeſſionis. Nactus tamen eſt adverſarios Gisb. *Lappium*, Phil. *Caroli*, & Mar. Frid. *Wendelinum*, quorum primus defendit Alb. *Pighium*, ſecundus cecinit Triumphum, & tertius dedit Exercitat. in defenſionem. Theologiæ ſuæ chriſtianæ.

XXXI.

Io. GERHARDI Confeſſio catholica. Francofurti & Lipſiæ 1679. Prius excuſa in 4. Ienæ 1634. Sed hæc noſtra editio prævalet eo, quod auctior eſt, & indice peculiari inſtructa. Confeſſionis hoc opus in epitomen redegit Io. *Erneſtus*, auctoris filius, excuſam Ienæ A. 1661. & Lipſiæ 1668. 4. At quis non malit legere opus integrum? Eumque in finem confectum eſt ab auctore, & teſtimonia ex Romano-catholicorum ſcriptis collecta, ut appareat, doctrinam Proteſtantium illis ipſis confirmari. Quo pertinent verba *Apol.* aug. conf. p. 231. Multi docti & præſtantes viri longe ante hæc tempora deploraverunt abuſus miſſæ, fiduciam obſer-

obſervationum monaſticarum &c. Adde *Wicelium* Colloq. III. de rebus religionis. Diſtributum eſt in IV. tomos, quorum primo de principiis & mediis noſtræ & pontificiæ religionis; ſecundo de verbo Dei, Chriſto, Pontifice romano, conciliis, eccleſia; tertio de clericis, monachis, laicis, purgatorio, beatitudine & cultu ſanctorum, ſacramentis, baptiſmo, confirmatione, ſacramento euchariſtiæ & miſſa; quarto denique de pœnitentia, extrema unctione, ſacramento ordinis, matrimonio, gratia primi hominis, amiſſione gratiæ & ſtatu peccati, gratia & libero arbitrio, iuſtificatione & bonis operibus agitur. Singulis tomis præfixit epiſtolas dedicatorias, in quibus de inſignibus materiis diſſerit, & in prima quidem de loco eccleſiæ, ſeu ubi eccleſia fuerit ante Lutherum? qua occaſione etiam conſiderat eccleſiam Waldenſium: in ſecunda p. 335. de Iohanna papiſſa, cuius narrationem pro vera agnoſcit; in tertia p 791. de Confeſſionis auguſtanæ ſequacibus hodiernis, contra Dillingenſes: & in quarta p. 1251. de triplici ſplendore familiæ Schwarzburgicæ. Chriſtianus *Chemnitius* omnium gerhardinorum librorum hunc eſſe optimum iudicavit, eundemque laudant *Hülſemannus* Meth. ſtud. theol. 302. Ant. *Reiſerus* in epiſt. ad Spizel. p. 404. atque *Hoornbeck* in Summ. controv. 320. & in Exam. bullæ papal. (in Ant. *Reiſeri* prædicta epiſtola p. 404.) *Grabe* in Act. erud. A. 1696. 305. & *Biblioth. Schrader.* T. I. B 7. Sed Balth. *Alff* in Apol. pro Maria p. 82 falſi ac doli accuſat eius auctorem: quo iure, curioſis lectoribus relinquendum. Gerhardo in hoc ſcripti genere præivit Matth. *Flacius* Catalogo teſtium veritatis, ſimilemque edidit librum Melch. *Nicolai* ſub titulo Lutheraniſmi ante Lutherum, Francofurti 1658. 4. Poſſet autem hic labor infinitis prope modis augeri, ut recte ſcribit Dan. *Franck* in dedicat. Diſquiſit. de papiſt. indicib. libror. prohibit. Et Mich. *Walther* optavit, idem ut quis aliquando tentaret e ſcriptis Calvinianorum.

De Script. S. perfect. p. 29. Scriptura S. Pontificiis eſt *naſus cereus*, qui ſe quovis trahi permittit, item *regula lubia, & gladius delphicus*.

Non Catholicis, ſed *hæreticis & ſchiſmaticis*, qui ſacroſanctam ſcripturam ad partes trahunt ac rapiunt ſuas. *Sano* etiam *ſenſu gladius delphicus* recte appelletur, nimirum quia ad diverſos uſus accommodabilis eſt.

est. Chriſtian. *Helvvichius* in Vindic. Diſcuſſion. ſuæ p. 20.

De Monaſt. ſtatu p. 879. Agnoſcere coguntur (Pontificii,) monachatum hodiernum plurimum defeciſſe ab inſtitutis veterum. Quomodo ergo *monachatus hodiernus pro ſtatu perfectionis* venditari poteſt?

Status epiſcoporum eſt (deberet eſſe) ſtatus perfectionis adeptæ: at ſtatus religioſorum & monachorum eſt ſtatus *perfectionis acquirendæ.* Rob. *Bellarminus* lib. de monach. c. 2. §. *Tertius gradus.* Quæ verba etiam allegantur a Gerhardo noſtro p. 878.

De Sacram. miſſatico p. 1222. *Caſſander* in Conſultat. vocat miſſam ſacrificium laudis & precum, *non propitiatorium vel ſatisfactorium.*

Hoc ſacrificium, quatenus ſacerdotis pia ſupplicatione peragitur, non modo euchariſticum, ſed *etiam propitiatorium dici poßit*, non quidem efficiens propitiationem, quod ſacrificio crucis proprium eſt, ſed ut eam iam factam impetrans: quomodo oratio, cuius hoc ſacrificium ſpecies eſt, propitiatoria dici poteſt. *Caſſander* in Conſultat, art. 24. p. 1000. 1004.

De peccati orig. ſubiecto p. 1379. Agnoſcunt, pios veteres *Mariæ peccata actualia* tribuere.

Ceſpitationes, negligentiam, ſeu *peccata infirmitatis*, ſed non grandia atque enormia; a quibus eam immunem ipſe prædicat *Lutherus* in Poſtilla tam eccl. quam domeſtica. Balth. *Aiſſ* Apol. pro Maria P. II. 231.

De Virib. lib. arbitrii p. 1435. Neque quæſtio eſt de mediis ad converſionem divinitus ordinatis, eorumque uſu externo, an poſſit homo verbum Dei audire *vel* non audire, legere *vel*

Dicendum: an poſſit homo verbum Dei audire *&* non audire, legere *&* non legere, ſacramentis uti *&* non uti. Io. *Muſæus* diſp. 3. de Converſ. th. 12.

Eſt

non legere, ſacramentis uti *vel* non uti.

Pag. 1437. Concilium *arauſicanum* circa tempora LEONIS I. celebratum, capitula habet a rom. Pontifice transmiſſa.

Eſt arauſicanum *ſecundum*, celebratum tempore FELICIS IV. Fran. *Coriolanus* in Summa concil. 251.

De fidei iuſtificantis effectis, p. 1479. In Bibliis excuſis *Herbipoli* anno 1483. per Antonium *Koberger*.

Sunt hæc Biblia excuſa *Noribergæ* per Antonium *Koburger*: ſicut mox allegatur ex Rayhingio.

Ibid. Rayhingius (adhuc pontificius) in Manuali catholico contra Dn. D. Höe fatetur, in *Bibliis germanicis* ante Lutherum A. 1483. *Norinbergæ* apud Ant. Coburgerum *impreſſis extare excluſionem* allein.

Sane *Gal.* 2, 16. ſed non *Rom.* 3. 28.

De cauſa form. iuſtificationis p. 1490. Aufer vitioſam illam caudam, quod *inhærens iuſtitia* ſit abſoluta, id eſt, *perfecta & pura, qua coram Dei iudicio niti poſſimus*.

Etiamſi per iuſtitiam nobis inhærentem vere iuſti nominemur & ſimus, tamen *non per eam ſatisfacimus Deo pro culpis noſtris & pœna æterna*; ſed *eſt illa iuſtitia inhærens cum remiſſione culpæ & ſempiterna pœnæ effectus ſatisfactionis Chriſti*, quæ, ut dicit *Concil. trident.* ſeſſ. 6. c. 7. nobis in iuſtificatione confertur & applicatur. Modo non negetur, eſſe in nobis præterea iuſtitiam inhærentem, eamque *veram & abſolutam* eſſe iuſtitiam, *cui iuſto Dei iudicio non debeatur pœna, ſed gloria*. Rob. *Bellarm.* l. 2. de Iuſtif. c. 10. §. 4. (tomo IV. p. 341.)

De perfect. & meritis operum

Paulus *burgenſis*, hiſpanus, auctor eſt

p.1542. *Paulus brugenſis* in Additionibus ad Lyranum.

Ibid. p. 1557. Ex eo minime inferri poteſt, quod ſtatuere debeamus, bona opera eſſe *ex condigno* vitæ æternæ *meritoria*, ac proinde *confidere*, quod *propter illa*, tanquam merita proprie ſic dicta, *Deus iure teneatur nobis vitam æternam dare*.

eſt illarum Additionum. Vid. G. *Olear*. P. II. Biblioth. eccl. 61.

Sed *nos non dicimus*, Deum propter noſtra merita iure teneri ad dandam nobis vitam æternam, *ſecluſa liberali Dei promiſſione*. Conſequenter *non poteſt collocari confidentia in falſo ſuppoſito*. Fratres *Walenburchii* Opp. T. II. 492. Quæſtio autem de *meritis condigni & congrui* eſt ſcholaſtica. *Idem* p. 564.

XXXII.

Anabaptiſticum & enthuſiaſticum PANTHEON. 1702. germanice. Impreſſum Halberſtadii. Contenta huius voluminis, cui præmittuntur S. R. Imperii Conſtitutiones & Receſſus contra Anabaptiſtas & fanaticos, ſunt: I. Hiſtoria Anabaptiſtarum. In qua comparent 1) Zach. *Theobaldi* Dehortatio a veteribus Anabaptiſtis & recentioribus fanaticis, ſpeciatimque agitur de Ezech. Meth (qui tamen reſipuit, actaque pœnitentia ad eccleſiam Proteſtantium reverſus eſt. Vide *Unſchuld. Nachricht*. A. 1705. 446.) Eſa. Stieffel. p. 63. cum refutatione Mar. Reindicæ. pag. 71. ac de Io. Keyl. 76. 2) Io. *Olearii* Dehortatio a ſpiritu ſeductore novorum fanaticorum. 89. 3) Iudicia diverſarum Facultatum theolog. de Henr. *Ammersbachii* Myſterio ultimorum temporum. 110. 4) Georg. Conr. *Dilfeldii* Fabula M. annorum. 127. 5) INNOCENTII XI. decretum contra Mich. de Molinos. 138. 6) Imago hodierni pietiſmi. 143. 7) Petri *Reiniſchii* Narratio de Pietiſtis, Halberſtadio eiectis. 149. 8) De Chriſtinæ Reginæ Baderæ pœnitentia eccleſiaſtica. 152. 9) *Helmſtadienſium theologorum* Cenſura Poſtillæ euangeliorum myſticæ Chriſtiani Hoburgii. 169. II. Hiſtoria fanaticorum, videl. antiquorum Anabaptiſtarum & novorum Quakerorum, edita Londini A. 1660. & ex anglico in germanicum idioma translata; a quonam? a Chriſtoph. *Arnoldo*, cuius etiam eſt Præfatio. Vide *Witteum* in Diar. biograph. Yyyy. Et primum

mum Hiſtoria hæc germanice prodiit Noribergæ 1661. 8. Cui adduntur 1) Hiſtorica relatio de Henr. Krazenſtein. 2) Regia, Electoralia & Principalia Edicta & Conſtitutiones adverſus fanaticos, videlicet CAROLI XI. Regis Suecorum, Electorum Saxonicorum IO. GEORGII I. & III. Electoris brandenb. FRIDERICI III. Ducis Saxo-gothani FRIDERICI, Ducum Brunsvic. & Luneb. GEORGII WILHELMI, RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI, Ducis würtenbergenſis EBERHARDI LVDOVICI, & Principis Abbatiſſæ quedlinburgenſis. III. *Miniſterii hamburgenſis* Abominatio Quakerorum, Quäckergreuel. p. 1. Auctor eius eſt Io. *Müller*. Præmittitur Relatio de Thoma Munzero. IV. Io. *Laſſenii* Quakerus. 107. V. Nova Quakerorum progenies, Neue Quackerbrut. 168. Cui adduntur Narrationes de Rantero, Robinſio, receptione Iudæorum in Anglia, & converſione Iudæorum in Nova Anglia. VI. Quakerorum Nugæ, Quackeley. 243. Sunt etiam Io. *Mülleri*. VII. Narratio de P. Adriani caſtigatione mulierum. 277. VIII. Varia Iudicia de Pietiſtis, eorumque collegiis pietatis. 280. IX. Balth. *Mentzeri* Iudicium de privatis conventibus. 296. X. *Lutheri* Dehortatio a concionatoribus clandeſtinis. 312. XI. Pii cuiusdam *theologi* Iudicium de uſu S. cœnæ ſine prævia confeſſione peccatorum coram ſacerdote. 328. XII. Chriſtoph. Henr. *Löberi* Iudicium de revelationibus aliquot, divinis reputatis. Quibus ſubiunguntur 1) Thomæ *Muntzeri* Denuntiatio. A. 1521. Pragæ affixa. 346. 2) *Menniſtarum* Confeſſio. 352. 3) Narrationes de Oliv. Cromwello, & Io. Labadie. 4) de philoſophis, Carteſio, Hobbeſio, Spinoſa, & Beckero. 5) de Sebathai Sevi. 6) de Olig. Pauli. 7) Io. Chriſtoph. *Mülleri* Abominatio falſorum Meſſiarum. 8) Horribilis fraternitas antiquorum & recentium fanaticorum. 9) Io. Chriſtoph. *Mülleri* Gloria I. C. veri Meſſiæ. 10) H. G. *Neuſſii* Probatio ſeu Examen ſpiritus Chriſtiani *Democriti*.

Georg. Conr. (qui tamen in *Kindervateri* Nordhuſa illuſtri p. 32. vocatur Conradus Georgius) *Dilfeld*, nordhuſanus, eccleſiaſtes ad S. Nicolai in urbe patria, ſcripſit adhuc ſtudioſus Solutionem ſophiſmatis ieſuitici contra Hier. *Mulmannum*, (officio autem eccleſiaſtico fungens tam diu declamavit contra Frider. *Hildebrandum*, Scholæ rectorem, propter laudatum Steph. Prætorii Gazophy-

 lacium

lacium, donec ei Magiſtratus ſilentium imponeret) & Theoſophiam, quam tamen ſibi ſervare potuiſſet, Horbio-Spenerianam, non peſte, ſed naturali morte abreptus A. 1684. poſtquam 27. annos eccleſiæ ſerviiſſet. Jo. Henr. *Kindervater* in Nordhuſa illuſtri p. 32.

Chriſtoph. *Arnold*, noribergenſis, templi mariani in patria urbe Diaconus, & Eloq. Poëſ. ac Græcæ linguæ in lyceo Prof. publicus, qui varia ſcripſit, e peregrinis linguis tranſtulit, aliorumque labores edendos curavit, prout videri poteſt in *Wittii* Diario biograph. Yyyy, calculi doloribus confectus deceſſit A. 1685. æt. 58. Vir ille fuit diffuſæ in ſtudiis hiſtorico-philologicis lectionis, in cuius etiam Epiſtolis ad G. Richterum, Richterianarum Appendici inſertis, nonnulla erudite atque ingenioſe obſervata ſe legiſſe meminit Io. *Moller* Iſag. ad Hiſtor. cimbr. P. II. 8.

Io. *Laſſenius*, natus in parœcia waldavienſi Pomeraniæ, poſt multa itinera, quæ fecit in Galliam, Britanniam, Hollandiam, Italiam, Hiſpaniam, Portugalliam, ac denique per academias germanicas in Helvetiam, atque inde Noribergam, concionando ibidem ſe exercuit tanto adplauſu, ut fæx populi paſtores ſuos ordinarios præ hoc deſpiceret atque contemneret. Ideo illuſtris Magiſtratus permotus eſt, ut profectus eius examine aliquo tentandos decerneret, eamque provinciam impoſuit Chriſtoph. *Arnoldo*, Diacono Mariano & profeſſori, atque Andr. *Vnglenckio*, Philoſophiæ tunc magiſtro, philoſoph. Facult. ienenſis Adiuncto, ſacrique Miniſterii candidato; ſed illi fruſtra exſpectarunt examinandum, quippe qui ea, qua collatio fieri debebat, hora, ſumto pallio relictisque reculis ſuis urbe exivit, atque diſceſſit, neque amplius viſus fuit. Sicut facundus, ita etiam promtus erat ad ſcribendos tractatus & libros, facilisque ad pugnandum cum diſſentientibus, e. g. Pontificiis, D. Ioanne Caſp. *Iägero*, P. *Ottone* auguſtano, P. Bernhardo *Neuhauſero*. Quod autem ad munera eius attinet, primum fuit ludi itzehoënſis magiſter, inde, poſt impetratos Doctoris theol. honores, aulæ Comitis *de Rauzau*, regii per Ducatum ſlesvicenſem Vicarii, orator ſacer & Præpoſitus eccl. porro eccleſiæ hafnienſis ad D. Petri paſtor, amplius profeſſor theologiæ regius, vir ſane laborioſiſſimus, & concionator magna parrheſia & facundia præditus, (unde etiam factum, ut matrona quædam e primariis, ſuada viri capta, in pelvi ante fores templi petrini ad colligendas elee-

eleemoſynas expoſita, armillam auream brachio detractam, in præmium flexanimi oratoris, liberaliter poſuerit) calculi autem renum, & podagricis doloribus ſæpiſſime afflictus, accedentis febris continuæ ardore tandem extinctus eſt A. 1692. æt. 56. m. 4. Caſp. *Bartholinus* apud Pipping. in Memor. theolog. p. 427. qui p. 438. eum vocat ſidus, quo illuſtrius boreales ſibi vix unquam promiſſuræ ſint eccleſiæ, p. 441. autem ſcripta eius indicat.

Io. *Müller*, uratislavienſis, primum Adiunctus Facultatis philoſophicæ, deinde ibidem philoſophiæ profeſſor practicæ, tum paſtor luneburgenſis ad S. Michaëlis, denique paſtor SS. Petri & Pauli apud Hamburgenſes, & ſuo tempore Senior atque antiſtes Miniſterii, ac theologiæ Doctor, multa ſcripſit, inter quæ ſunt Admonitio ad Eccleſiam hamburg. de fugiendo papiſmo, Prodromus Antiianſenii, & ipſe Antiianſenius, (fuit autem Nicol. *Ianſenius*, ord. Prædicatorum in Belgio) Explicatio Aug. confeſſionis, Lutherus defenſus, Defenſio defenſi Lutheri, Refutatio abſoluti decreti dordraceni, tandemque in ſtatione mortuus eſt: nam templum ingreſſum, & ſuggeſtum petiturum invaſit ſubiti vis morbi, & ambulare conantem proſtraviſſet, niſi retractus aſſediſſet: domum igitur reductus, optimisque adiutus fuit medicamentis, ſed fruſtra: hora enim aderat, qua e vita hac migrare deberet; idque contigit A. 1672. cum annos vixiſſet 74. hebdomades 16. *Witte* in Memor. theol. 1769. *Baillet* in Anti 188. *Crenii* iudicio T. IV. Animadverſ. p. 185. laudatur ut vigilans pro ſalute eccleſiæ theologus, immo ſe neſcire addit, an ei urbs illa ſimilem unquam in doctrina, ſi a Phil. *Nicolai* forte, Io. Fr. *Mayero*, & Caſp. *Mauritio*, theologo profecto maiore ac doctiore quam illuſtriore, diſceſſeris, habuerit.

Balth. *Mentzerus*, giſſenſis haſſus, theol. D. eiusque in academiis marpurgenſi, rintelenſi, & giſſenſi profeſſor, demum Aulæ darmſtadienſis concionator primus, & Comitatus cattimelibocenſis Superintendens, multa fecit itinera, bina etiam in Sueciam, interfuit A. 1651. colloquio rheinfelſenſi, omnes ſuas conciones ad ædificationem direxit, ſeque ad normam ſui ſymboli *Beati Mites*, quod refert initiales nominum ſuorum litteras, ſolicite compoſuit, & concinnavit Dilucidationem quæſtionis de vitæ humanæ termino: Conſilium ſuper colloquium Sinceri *Wahrenbergii* de polygamia:

& diſp. de Concilio œcumenico nicæno I. vitæ ſuæ terminum expertus A. 1679. æt. 65. *Witte* in Memor. theol. 1980. & in Diar. biograph. Ppp 3. A *Malcomeſio* apud Wittium p. 1696. laudatur, ut *vir ingentu natura, haud multorum temporum, & ſeculo ſuo maior, vitaque ſeu ſanctitate ac innocentia, ſeu exquiſitiſſima optimarum artium ſcientia nemini ſecundus: vir in ta tum aeſtimandus, in quantum pietas & divini ſtudii eruditio ſe exercere poteſt.*

XXXIII.

Ἀποκατάστασις πάντων, die Wiederbringung aller Dinge, Reſtitutio omnium. In Pamphilia A. 1700. Auctor huius operis eſt Ioh. Wilh. PETERSEN, qui eo hanc proponit defenditque ſententiam, Malum & peccatum, quæ non habent radicem, ſed in tempore nata ſunt, aliquando in totum ſublatum, in nihilumque redactum, e contrario creaturas Dei, quæ ſecundum voluntatem eius exiſtant, unamquamque tamen ſuo ordine, a peccato & pœna illius, poſt lapſum periodorum in divina œconomia definitarum, & poſt iuſtitiæ exercitium, vi æterni decreti, per Ieſum Chriſtum, reſtitutorem omnium rerum, in laudem & gloriam ſanctiſſimi nominis ſui, liberatum iri. Idque III. conſtat Tomis. In I. poſt Præfationem, qua auctor doctrinam ſuam proponit, & dictis ſcripturæ atque eruditorum, Aug. *Mariani*, Pet. *Serarii*, Guil. *Poſtelli*, Sam. *Zinkii*, teſtimoniis commendabilem reddere ſtudet, præterea eius ſcopum, Æternique euangelii definitionem tradit, continentur ſequentia: 1) Colloquium de hac reſtitutione, tribus conſtans Partibus, in quo præcipue examinantur I. I. *Wolffii*, eccleſiaſtæ magdeburgici, Breves in hanc quæſtionem, An poſt hanc vitam univerſalis reſtitutio omnium creaturarum ſperanda ſit, Annotationes; tum Diſputatio *Fechtio-Grapiana* contra Æternum euangelium univerſalis reſtitutionis omnium creaturarum; nec non Ferd. Helfr. *Lichtſcheidii* Chriſtianæ cogitationes ſuper libello de æterno euangelio. 2) Appendix, a) contra Io. Georg. *Pertſchii* Grundl. Abfertig. p. 138. b) Brevis confeſſio doctrinæ de reſtitutione omnium rerum p. 140. c) G. Pauli *Siegvolckii* Euangelium de æterna redemtione. In II. Tomo 1) Fundamentalis reſponſio ad Præfat. Io. *Winckleri* in Horbii conciones paſſionales. 2) Confirmatio æterni euangelii, Io. Wincklero propoſita. 3) Anony-

nymi Annotationes (Gegenanmerckungen) contra Annotationes theol. Licentiati & Paſtoris. (I. I. *Wolffii.*) 4) Duorum anonymorum Reſponſio ad obiectiones aliquot, quas medicus quidam contra Reſtitutionem omnium rerum in medium attulit. 5) Solidæ conſiderationes tractatus M. Io. *Hänfleri*, qui inſcribitur Aufrichtige unterredung, cuique annexa eſt epiſtola ad eximium doctorem lutheranum de ſtatu animæ humanæ poſt mortem, eiusque purificatione. 6) Brevis inquiſitio eius, quod Conſiliarius quidam Principis (olim in aula ſverinenſi, & antehac Conſul wittebergenſis) in ſuo Vero hodegeta (Richtigen Wegweiſer) oppoſuit, cum explicatione vocum עולמים & *αιωνες*, auctore *theologo anglicano*: item Reſponſione ad paſtoris M. A. Z. id eſt M. Ant. *Zahnii* dubia. 7) Enodatio alicuius diſputationis gradualis in *Hoſ.* 13, 14. 8) Dubia reſoluta in triplici epiſtola ad Io. Goniandrum. 9) Apertio magnæ reſtitutionis & liberationis totius lapſæ creaturæ. 10) Brevis tractatus idiomatis hollandici, in quo aliquot quæſtiones de reſtitutione reſolvuntur. 11) Teſtimonia tam veterum, quam recentiorum auctorum de veritate reſtitutionis omnium rerum. Præfatio huius Tomi itidem ſatis longa eſt, in qua auctor varias adverſariorum ſuorum claſſes indicat, fundamenta monſtrat ſententiæ ſuæ, eademque defendit, de ſenſu articuli XVII. Aug. conf. differit, & medium, quo finiri queat controverſia terminiſtica inter theologos lipſienſes, ſuppeditat. In Tomo III. 1) Reſponſio ad Doctoris alicuius theologiæ (Sam. Chriſtiani *Teuberi*) Geminum argumentum, alterum pro, alterum contra Origenianam omnium rerum apocataſtaſin. p. 1. 2) Vani aggeres, quos Decreti alicuius, quod in fine huius voluminis comparet, auctor (G. P. M.) vi ingruentium fluctuum exundantis cognitionis amoris Dei, eiusque regni, per publicationem illius Decreti, erectionemque librorum normalium, opponere laboravit. p. 125. 3) Excerptum ex I. C. S. (*Siegvolckii*) Confeſſione de libris ſymbolicis. 175. 4) Reſponſio ad D. Io. Chriſtoph. *Pfaffii*, Prof. tubing. Diſputationem de loco 1. Cor. 15, 24. & ſeqq. de reſtitutione omnium rerum. p. 177. 5) Reſponſio ad D. Val. Ern. *Læſcheri*, Prof. witteberg. ſic dictas Innoc. Relat. in quibus reſtitutionem omnium rerum refutare conatus eſt. p. 202. Atque hæc Reſponſio iterum refutatur in *Relat. innoc.* A. 1711. p. 101. 6) Examen Examinis D. Io.

D. Io. Dav. *Schvverdtneri*, Superint. pirnenſis, ſuper quæſtione, an damnatis liberatio ex inferno ſit aliquando ſperanda. p. 281. 7) Plena demonſtratio æterni euangelii contra theatricas phantaſias ferocis conviciatoris M. L. M. F. (*Fiſchlini.*) p. 306. 8) Obſervationes in Io. *Merckeri*, paſtoris eſſenii, Simplicem tractatum de reſtitutione omnium rerum. p. 377. 9) Chriſtoph. *Seebachii* Explicatio pſalmi 87. p. 468. 10) Eiusdem Explicatio pſalmi 145. p. 480. 11) Eiusdem Explicatio pſalmi 66. 12) Solutio aliquot quæſtionum de regno millenario, & reſtitutione omnium rerum. p. 519. 13) Syllabus veterum & recentium teſtimoniorum de reſtitutione omnium rerum. p. 526. 14) Fundamentum reſtitutionis omnium. 1. Io. 3, 8. p. 532. 15) Victoria veritatis de reſtitutione omnium rerum contra alicuius Superintendentis Convictionem ficti euangelii. (A) p. 1. 16) Refutatio Diſſertationis D. Dan. *Pfeffingeri* de liberatione diabolorum, an ea ſit ſperanda. p. 137. 17) Apologia, in qua maieſtas S. Scripturæ, cui omnia quotquot ſunt Concilia aut libri ſymbolici in omnibus religionibus ſubiiciendi, & ſecundum eam normandi & examinandi ſunt, ac, ſi qui in illis deprehendantur errores, urgente nos conſcientia, absque omni periurio, corrigendi, contra Io. *Fechtium*. 1710. Aeternum euangelium, ſeu finem poenarum infernarum ſtatuunt etiam nonnulli ſub OTTONE IV. teſte *Meibomio* Rer. german. T. I. 276. Iapanenſes, auctore *Carone* in Deſcript. Iapanis p. 159. auctor tractatus gallicani de Ratione humana, in *Actis erud.* A. 1683. 306. Ern. *Sonerus* in Demonſtrat. de æternis impiorum ſuppliciis, edita A. 1654. in 12. Iudæi & Turcæ, apud *Marraccium*, in Actis erud. A. 1699. 253. Io. *Erigena* ſcotus in libris V. de Diviſione naturæ: Salomon apud *Bodinum* in Colloq. heptaplom. 196. & Wilh. Whiſton, ex relatione des *Bücherſaals* T. I. 424. Iam vero, benevole Lector, tradam tibi clavem, ab amico mecum communicatam, qua abſcondita quædam hoc in opere aperias, tibique notiora reddas. Tomo I. Colloq. I. p. 87. §. 10. Paſtor, cuius mentio fit, eſt *Goink*. Alius Paſtor p. 88. §. 11. Fran. Aug. *Vick*, officio ſacro fungens apud Allenburgenſes prope Albim. Anonymus p. 273. eſt Chriſtian. *Fend.* P. II. pag. 6. §. 1. Paſtor, qui laudatur, eſt Nic. *Cheer*. S. N. pag. ead. §. 3. Sam. *Nethenus*. Pag. 8. §. 1. per primam indicatur *Sprögelia*. Alia, in Chriſto pariter ſanctificata, p. 10. §. 7. eſt

Schaar.

Schaarſchmidtia. Aeſtimatiſſimus vir p. 14. num. XII. Georg. Paul. *Siegvolck*, vero nomine Georg. *Klein-Nicolai.* Paſtor ſtendalienſis p. 98. §. 1. D. *Wernerus.* Reverendiſſima in Deo matrona p. 115. §. 9. *Stammeria.* Parte III. p. 123. §. 2. excellens theologus refert *Horchium.* Et in Apologia contra Fechtium p. 40. §. 29. *Alterſinus Vertumnus*, quod alterius eſt convicium, bene meritum theologum, Io. Mich. *Langium.*

Io. Wilh. *Peterſen*, Oſnabrugæ eo natus eſt tempore, quo pax illa memorabilis inter S. Imperii membra, & exteros Principes concluſa fuerat, anno videlicet ſupra milleſimum & ſexcenteſimum quadrageſimo nono, ipſis Kal. Iunii; ideoque, cum ad baptiſmum deferretur, a populo acclamatum: Tu eris filius pacis. Quum nutricis incuria infans e feneſtra caderet, admirabili Dei providentia illæſus manſit, ac ſervatus eſt. Studiorum rudimenta poſuit ſub *Bangerto*, laudi ſibi ducens, *Speneri* fuiſſe amicum, *Arndii* que æſtimatorem eſſe. Primum conſtitutus fuit Profeſſor roſtochienſis, inde Paſtor hannoveranus ad S. Ægydii, poſtea Epiſcopi lubecenſis Superintendens & eccleſiaſtes aulicus, denique, aſſumtis prius Doctoris theologiæ honoribus, Superintendens luneburgenſis, vir, omnium, qui cum eo familiariter converſantur, confeſſione, pius, probus, integer, candidus, SS. literarum variæque eruditionis probe peritus, nec malo, ſi errat, animo errans. Ob ſententiam de millenario Chriſti in terris regno publice traditam ab officio remotus, vivit iam privatus, hereditarius in Nieder Dodeleben & Thymena prope Magdeburgum, ſorte ſua contentus, & in Domino lætus, multaque edidit ſcripta, ab ipſomet indicata cum in Apologia contra Fechtium, tum in Vita a ſe ipſo conſignata, e quibus ſunt Diſputatio inauguralis de Chriſto, qui in articulis fidei etiam ſit omnia in omnibus, Conciones variæ, Catechiſmus, Confeſſio de regno Chriſti, Species facti cum adiectis prophetiis a nobiliſſima virgine Aſſeburgia per Chriſtum acceptis, varia ſcripta contra diſſentientes, Defenſiones *Horbii*, *Speneri* & *Arnoldi*, Myſterium puerperii mulieris apocalypticæ in ultimis temporibus revelandum, Nuptiæ agni & ſponſæ, Robur puerorum in ultimo tempore, Myſterium primogeniti omnis creaturæ, Myſterium iuſtificationis. Habet & multa edenda, dum modo eſſent, qui impenſas facerent: atque inprimis exſpectantur ab eruditis eius Carmina

na latina magno cum deſiderio: non enim negandum, excellentem eſſe poëtam, atque in heroico genere paucos habere ſibi pares. Denique ſi ſcire cupias, quinam contra eum, aut contra quos ipſe ſcripſerit, ſequentes ſeſe offerunt: Fridericus Chriſtian. *Büchér*, Frid. Vlric. *Calixtus*, Io. Benedict. *Carpzovius*, Io. Frid. *Corvinus*, Io. *Deutſchmann*, Io. *Fecht*, *Fiſchlein*, *Glaſſius* medicus erfurtenſis, Zach. *Grapius*, Herm. *von der Hardt*, *Heereboordus* batavus, Abr. *Hinckelmann*, Thom. *Ittigius*, Chriſtian Gottlieb *Koch*, Ferd. Helfr. *Lichtſcheid*, Val. Ern. *Læſcher*, Io. Frid. *Mayer*, Gebh. Theodor. *Meier*, Caſp. *Neumann*, *Neumeiſter*, Henr. Georg. *Neuſſ*, Io. Barthold. *Niemeier*, Oliger *Pauli*, Io. Georg. *Pertſch*, Io. Chriſtoph. *Pfaff*, Aug. *Pfeiffer*, *Piſtorius*, *Prætorius*, Caſp. Herm. *Sandhagen*, Io. Dav. *Schvverdtner*, *Spebt* chriſtianæ religionis deſertor, Sam. Chriſtian. *Teuber*, Theod. *Treuner*, Io. *Vake*, Godofred. *Weiſſius*, Io. *Winckler*, *Wittebergenſes* theologi, & Io. Iac. *Wolfius*. Vitam ipſe ſuam deſcripſit, lucique publicæ exponendam curavit A. 1717. quæ recenſetur in Teutonica bibliotheca, atque ex ea in Nova, Tomo VII. 731. & lectu digna iudicatur.

XXXIV.

Wolfg. MVSCVLI Loci communes theol. ſacræ. Editio ultima. Baſileæ 1599. Agitur in iis de Deo, Chriſti & Spiritus S. divinitate, operibus Dei, creatione in genere, lapſu angelorum, creatione hominis eiusque lapſu, lib. arbitrio, peccato, legibus, præceptis Decalogi, abrogatione legis, fœdere ac teſtamento Dei, diſcrimine vet. & novi teſtamenti, gratia Dei, redemptione generis humani, incarnatione Verbi, diſpenſatione gratiæ Dei ac ſalutis humanæ, euangelio, SS. ſcripturis, Miniſtris verbi, fide, electione ac reprobatione, pœnitentia, iuſtificatione, bonis operibus, meritis erga Deum, remiſſione peccatorum, ſacerdotio N. T. eccleſia, ſignis ſacerdotalibus in genere, baptiſmate, cœna Domini, miſſa papiſtica, vero Dei cultu, cultu angelorum, quare difficile ſit a falſis diſcedere cultibus, de nova doctrina, traditionibus humanis, de Dei natura, ſufficientia, omnipotentia, voluntate, veritate, bonitate, philanthropia, miſericordia, poteſtate, iuſtitia, providentia, præſentia, ira, iudiciis & cognitione, de ſpe, deſperatione, dilectione Dei, proximique ac fratrum, de timore & obedien-

tia

tia Dei, de oratione, votis, afflictionibus, perſecutionibus, patientia, hæreſi, ſchiſmate & Magiſtratibus. In Præfatione monet, caute legendos eſſe cuiusvis auctoris LL. Communes, ita nimirum, ut cuncta, veluti lydio lapidi, normæ SS. ſcripturarum adhibeantur ac probentur, & quæ illis ſunt conſentanea, cum gratiarum actione retineantur, quæ diverſa autem ſunt, vel eſſe videntur, ſine calumnia prætereantur. Exponit etiam, quo conſilio iſtos LL. tractaverit, videlicet eorum, qui ſcholæ pariter & eccleſiæ præſunt, in primis cum compertum haberet, pleroſque concionatores omnium rariſſime ad locum aliquem religionis chriſtianæ populo fidelium explicandum ſe ſe accommodare, ſed ſatis eſſe putare, ſi textum ſcripturæ utcunque & poſtillariter, ut loquuntur, aut certe, ſi in locum aliquem vel ſtudio vel per occaſionem incidunt, confuſe, indigeſte & impertinenter eum tractent. Denique ſcribit: Noſtrum inſtitutum eſt, libere incedere, nec ullo præcedentium ſcriptorum præiudicio impediri in hac cauſa. Elaborando huic operi, quod Melch. *Adamus* in Vitis theologor. p. 383. plane divinum appellat, decennium impendit.

Hieron. ZANCHII de Natura Dei ſeu divinis attributis libri V. Heidelbergæ 1577. In primo libro agitur de nominibus Dei, & in ſpecie de nominibus שדי אהיה יהוה אלהים, Θεὸς & Deus, Κύριος, & iis, quibus deſcribitur *Ex.* 34, 6. 7. in ſecundo de natura Dei in genere, & in ſpecie de Dei ſimplicitate, æternitate, immutabilitate, vita, immenſitate, & infinitate, perfectione, beatitate: in tertio de Dei omnipotentia, ſcientia ſeu ſapientia, veritate, voluntate: in quarto de Dei bonitate, gratia, amore, miſericordia, iuſtitia, ira, odio, dominatu: in quinto de Dei providentia ac prædeſtinatione, & libro vitæ. Multa heic philoſophica cum theologicis coniunguntur, quia plurima ſunt attributa divina, ad quæ explicanda, niſi quod a philoſophia porrigitur, acceptum afferatur, non modo non explicari, ſed ne intelligi quidem recte poſſint. In epiſtola dedicatoria, quæ ſatis longa eſt & doctiſſima, differit de variis rebus ad eccleſiam pertinentibus, videlicet de perpetua lucis & tenebrarum in eccleſia Dei viciſſitudine, de eccleſia chriſtiana, & ex quibusnam conſtet: ubinam ſit eccleſia? de notis eccleſiæ, & qualis epiſcoporum ſucceſſio eccleſiam demonſtret, deque officio Principis chriſtiani in religione.

Digitized by Google

XXXV.

Hier. ZANCHII Tractationes theologicæ. Neoſtadii 1597. Volumen hæc proxime ſequitur librum de Operibus creationis, & primam tractatus de Redemptione partem continet. Agitur in eo de malo in genere, de malo culpæ ſeu peccato in genere, de peccato originali, de libero arbitrio, de peccato actuali, de peccato in Spir. S. de lege in genere, de decalogo & ſingulis eius præceptis, de fine legis divinæ, de uſu ſeu officio legis, deque legis abrogatione.

Eiusdem Miſcellanea. Nova & auctior editio. Neoſtadii 1582. Totum opus in tres diſtribuitur libros, non iuxta rationem temporum, quibus hæc ab auctore ſcripta fuerint, ſed iuxta genera ſcriptionum ſuarum. In primo libro continetur 1. *epiſtola* ad PHILIPPVM ſeniorem, Landgravium Haſſ. in qua hiſtoria prioris dis ſidii argentinenſis, a Ioſ. *Marbachio* ſeniore, accuſatione adverſus Zanchium, ut ipſe refert, excitati, deſcribitur. 2. *Epiſtola* ad Io. *Wolfium* tigurinum, in qua & quænam ad Tigurinos examinanda miſerit auctor, & cur miſerit, ratio redditur. 3. *Supplicatio* ad Senatum argentinenſem, qua articuli aliquot aug. Conf. & articuli à compoſitoribus pro concordia conſcripti explicantur. In ſecundo ea, quæ in Miſcellaneis veteris editionis exſtabant, videl. 1. Theſes Zanchio obiectæ & ab accuſatoribus damnatæ, ab Academiis autem & Eccleſiis viriſque doctis comprobatæ. 2. Academiarum & eccleſiarum, doctorumque theologorum de Theſibus iudicia. 3. Prælectiones de fine ſeculi, perſeverantia ſanctorum, libro vitæ, gradibus noſtræ ſalutis, & in primis gratia Dei, prædeſtinatione, impiorum excæcatione, induratione & ad interitum prædeſtinatione, redemtione eccleſiæ, certitudineque noſtræ ſalutis ac prædeſtinationis ad vitam æternam, Chriſto advocato, peccatorum remiſſione, & ſtudio chriſtiani hominis. 4. Calumniarum de variis chriſtianæ doctrinæ capitibus, quorum poſtremum eſt de Cœna, brevis depulſio. In tertio Confeſſio de prædeſtinatione, perſeverantia & cœna Domini, Magiſtratui argentinenſi latine & germanice exhibita: in qua multa ſcitu digniſſima, ex variis eccleſiæ argentinenſis Confeſſionibus, Synodis & Diſputationibus tempore Buceri habitis collecta.

XXXVI.

XXXVI.

Dan. CHAMIERI Panſtratia catholica, ſive controverſiarum de religione adverſus Pontificios corpus: cum Supplemento Tomi IV. & Tomo V. per Io. Henr. *Alſtedium*. A. 1629. Videtur eſſe editio argentoratenſis; alias autem prodiit Genevæ & Francofurti. Frid. *Spanhemius* inde fecit epitomen ſub titulo, Chamier contractus, editam Genevæ 1643. f. In primo noſtri operis tomo agitur de canone ſacro; in ſecundo de Deo, Chriſto,& Dei cultu; in tertio de homine corrupto atque inſtaurato; in quarto de ſacramentis; in quinto de eccleſia.

Dan. *Chamierus*, delphinas, paſtor primum montellimartenſis, deinde montalbanus, acerrimus Pontificiorum, atque in primis Bellarmini oppugnator, ideoque Io. *Broſſardum* adverſarium nactus, ſcripſit Corpus theologicum, ſive Locos communes, Epiſtolas ieſuiticas, quæ illi inſertæ ſunt, & tractatum de œcumenico pontifice, idemque formavit Edictum nannetenſe, collocutus eſt Nemauſi cum ieſuita Petro *Cotono*, præſedit in aliquot Synodis,obiit quoque,citra ſacrorum tamen ſtudiorum detrimentum, non nullas functiones politicas, tandemque in obſidione urbis montalbanenſis, cum in vallo obambularet, globo grandiori ictus concidit, animamque creatori reddidit A.1621. *König* 184. *Lexic. univ.* hiſtor. T. I. 620.

Io. Henr. *Alſtedius*, per anagramma *Sedulitas*, huius laudem merito conſecutus eſt aſſiduis lectionibus, multiſque ſcriptis, quibus in profeſſione philoſ. & theologica tam Herbornæ quam Albæ Iuliæ in Tranſilvania operam dedit, inter quæ ſunt Conſiliarius academicus, ſive methodus formandorum ſtudiorum, Philoſophia reſtituta, Panacea philoſophica, Admiranda mathematica, ubi tamen ſumma tantum traduntur principia, Theſaurus chronologiæ, Encyclopædia, de qua vide *Conringiana* p. 86. obiitque Albæ Iuliæ A. 1638. æt. 50. In hiſtoriis & chronologia propter ordinem laudem meretur, reliqua magis a labore & ſedulitate, quam ab ingenio commendabilia ſunt, iudice *Craſſo* in Elog. P. II. 212. *Morhofius* Polyh. T. I. lib. II. p. 406. eum vocat multarum artium & diſciplinarum fabrum; ſed pag. 434. ſe ita explicat, ut dicat, valde largum fuiſſe in titulis nouarum artium, quos effinxerit inter-

dum, ut noua res videretur, quæ in aliis diſciplinis iam tum pertractata erat, & pertractari debebat. Vide etiam *Carpzov.* Theol. exeg. 20. *Leibnitium* in Felleri Monum. liter. inedit. 112. & *Cren.* diſſert. II. de furib. librar. p. 10.

XXXVII.

Io. FORBESII a Corſe Inſtructiones hiſtorico-theologicæ. Genevæ 1699. Earum ad ipſius auctoris caſtigationes emendata, plurimiſque eiuſdem additionibus inſigniter aucta editio habetur in Forbeſii huius operibus Amſtelædami editis A. 1703. f. & recenſitis in *Actis eruditorum* A. 1705. 226. In Inſtructionibus autem hiſce agitur de doctrina chriſtiana, & vario rerum ſtatu, ortiſque erroribus & controverſiis iam inde a temporibus apoſtolicis, ad tempora usque ſeculi XVII. priora, & abſolvuntur XVI. libris, quorum 1. tractat de Deo. 2. de myſterio incarnationis. 3. de varia eccleſiarum conditione, multiſque hæreſibus & diſſenſionibus, de V. oecumenico concilio aliiſque, & politico Italiæ regimine uſque ad Carolum magnum. 4. de Muhammede, belloque ſacro. 5. de Monothelitis, & HONORIO papa romano. 6. Contra hæreſin Adoptionariorum. 7. de obiecto religioſi cultus, & ſeptima atque octava ſic dictis oecumenicis ſynodis. 8. de hæreſi pelagiana. 9. de ſacramentis in genere. 10. de baptiſmo. 11. de euchariſtia. 12. de poenitentia. 13. de purgatorio & ſuffragiis pro defunctis. 14. de eccleſiæ unitate & ſchiſmate. 15. de primatu Petri apoſtoli. 16. de ſucceſſoribus Petri & aliorum apoſtolorum. Huic operi præmittuntur epiſtola dedicatoria ad CAROLVM Regem, Præfatio, & virorum doctorum hoc de opere iudicia, quæ auctor ipſe expetivit. In illa diſſerit de utilitate legitimi & iuſti regiminis: de cura Principis, quæ ſit duplex, videlicet, proſpicere, ut ſubditi non tantum temporali affluentia & tranquillitate gaudeant, ſed etiam ut tranquillam & quietam vitam agant in omni pietate & honeſtate; ideoque olim chriſtianos principes pro re nata ſynodos convocaſſe: de lectione S. ſacræ omnibus chriſtianis competente; ita autem eſſe legendam, ut verum eius ſenſum aſſequamur ex collatione ſcripturarum, & eccleſiaſticæ teſtimonio antiquitatis, non enim in verborum foliis, neque in eccleſiaſticarum cærimoniarum corticibus, ſed in radice ratio-

rationis & nucleo veritatis ac pietatis, in ſacris ſcripturis traditæ, conſiſtere religionem chriſtianam. In iſta de occaſione & ſcopo huius operis; nimirum fuiſſe in Scotia clancularios emiſſarios pontificios, qui ſuum cum catholica antiquitate unanimem conſenſum apud imperitos iactarent, ut ad ſuam eos perducere poſſent religionem; ex Synodi aberdonienſis igitur decreto ſibi demandatam fuiſſe profeſſionem theologicam, in qua daret operam, ut perſpicuo veritatis ſplendore, & manifeſtis catholicæ antiquitatis vindiciis ſcandalum illud amoliretur, atque ita ex illis lectionibus natum eſſe hoc opus, in eoque elaborando unam ſe quæſiviſſe veritatem, & ſedulo ac ſerio caviſſe, ne contradicentium argumenta diſſimularet, aut cuiusquam verba perverteret, vel inexplorata temere arriperet, alienave fide teſtimonia adferret, aut quidquam fraudulenter faceret. In hiſce *Theologi leydenſes* opus hoc vocant eximium, multæque lectionis & variæ eruditionis, ac ſubacti in antiquitate eccleſiaſtica iudicii, idque ſibi non uno nomine perplacuiſſe, & publico ſe gratulari, quod magnorum virorum vota ac deſideria, ut, quæ dogmaticæ theologiæ felicitas eſt, eadem & hiſtoricæ eſſet, iam ſint exaudita & impleta; *Vltraiectini* tale, in quo auctoris multiplex in theologicis & antiquitatibus eccleſiaſticis eruditio, nec non indefeſſa diligentia deprehendatur, adeo ut illud magno cum fructu non tantum a theologiæ ſtudioſis, ſed etiam a quibuscunque litteratis, præſertim theologis & eccleſiarum paſtoribus, legi poſſit; Andr. *Rivetus* orthodoxum, perſpicuum & methodicum; Io. *Cocceius* utiliſſimum antiquitatis eccleſiaſticæ theſaurum; Sam. *Mareſius* in ordine accuratum, in rebus, quæ tractantur, ſolidum, in teſtimoniis, quæ referuntur, exactum, ac undique ſummam auctoris longe doctiſſimi eruditionem, fidem & diligentiam comprobans, ita ut iunioribus poſſit eſſe inſtar iſagoges ad ſtudium antiquitatis, & pro theſauro ac faſciculo rerum ex illa petendarum; & denique Ger. Io. *Voſſius* opus auro magis aureum, atque aciei romanæ comparandum, cuius copiis ſemper ſit futurus locus, ſic armorum viribus, ſic ſcientia atque arte inſtructis ad nullum non pugnæ genus: habere igitur melioribus ſacratam Muſis adoleſcentiam, unde melius ſapiat, videntem, eos, qui ſic avocant ab antiquis, ſibi ſemitam non ſapere, licet aliis monſtrent viam; habere quoque mediam illam ac conſtan-

ſtantem ætatem, quo accendatur deinceps ad ſtudium antiquitatis, ſi prius neglexit, vel ſi ſerum id putet, ſaltem ut alienis videre oculis adſueſcat, ubi nequit ſuis; habere denique etiam in veteribus theologis ſubactos, unde proficiant, immo ſi ipſi pariter bene mereri de hoc ſtudio voluerint, non deeſſe hinc exemplum, quod ſcribendo æmulentur, optandumque, ut auctori cetera huius operis, videlicet IV. quæ promiſit capita, pertexere detur: ſicut *Morhoſius* Polyh. T. III. lib. V. n. 29. idem appellat opus doctum; & *Cave* in Prolegom. hiſtor. liter. p. 20. opus quantivis pretii, & antiquitatis eccleſiaſt. ſtudioſis apprime utile, multo utilius futurum, ſi modo ad telam, quam orſus erat, pertexendam longiorem lucis uſuram eruditiſſimo auctori Deus non denegaſſet. In libri I. capite 7. refutat Irenæi *Philaletha* Diſſertationem de pace & concordia eccleſiæ: is autem eſt Sam. *Przipcovius*. Notandum quoque, dari huius operis compendium ſub titulo *Forbeſii contracti*, adornatum ab Arn. *Montano*, quod prodiit A. 1663. 8.

Io. *Forbeſius*, Patricii Forbeſii, Domini a Corſe, Baronis de Oneil, & Epiſcopi aberdonienſis filius, poſtquam ſtudiis operam dediſſet in aberdonienſi & heidelbergenſi ſub cura D. *Parei*, aliiſque ſuperioris & inferioris Germaniæ academiis, ſcriptaque Patrum diligenter evoluiſſet, & linguam probe didiciſſet ebraicam, primus fuit, cui in lyceo patrio hiſtorico-theologica demandaretur profeſſio, quam quidem ille modis omnibus ornare allaboravit; ſed cum fœderi nationali contra epiſcopale regimen, Regiſque IACOBI I. placita V. ſubſcribere recuſaret, a Synodo aberdonienſi, A. 1640. cenſura notatus, atque a Claſſe edinburgenſi, cui Patres aberdonienſes ſententiæ executionem commiſerant, anno proxime ſecuto profeſſione theologica exutus eſt. Quam exauctorationem æquo ille ac miti animo tulit, & cum Presbyterianis amice concorditerque vixit; cumque A. 1642. novi fœderis Scotos inter & Anglos pacti ſubſcriptio vehementer urgeretur, conſcientiæ ſuæ ratione habita e patria maluit exire, quam ſubſcriptionem illam peragere. Seceſſit igitur in Belgium; unde tamen poſt pauculos annos reverſus, reliquum vitæ in prædio ſuo corſeo tranquille taciteque exegit, donec A. 1648. æt. 55. a turbis atque ærumnis mundanis liberaretur, ſine ulla exequiarum pompa vel monumento, iuxta ipſius voluntatem, in ſuæ parochiæ cæmiterio ſepultus, ac vel

vel ob hanc moderationis ſpeciem impenſius laudandus. Vide *Acta erud.* A. 1705. 227. & *Crenium* P. XIII. Animadverſ. p. 101. ubi neſcio quæ de *Forbeſii* deſertione, technis, ambitione & φιλαργυρία narrat: quæ ego mea non facio.

Io. IVELLI adverſus Thom. *Hardingum* volumen: item Apologia anglicana. Genevæ 1585. Volumen illud Guil. *Whitakerus* ex anglicana in latinam convertit, ediditque Londini 1578. 4. anglico autem idiomate, quam latino uti maluit Iuellus propter adverſarium ſuum *Hardingum*, qui uno & altero vernacule edito libro ipſum ad reſpondendum provocaverat. Occaſio huius diſceptationis erat Iuelli concio ad populum londinenſem habita A. 1560. dominica altera ante paſcha, in locum Pauli 1. Cor. XI, 23. *Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis*, &c. ubi monſtratis miſſæ erroribus atque abuſibus, Papiſtas omnes ad certamen provocavit, & propoſitis XXVII. articulis in ſe recepit, ſe ad eorum partes conceſſurum, ſi illos ſibi e ſcriptoribus VI. a nato Chriſto ſæculorum probare poſſent. Illos autem probare auſus eſt *Hardingus*, cum Lovanii commoraretur, cui heic reſpondet Iuellus. Et articuli quidem erant ſequentes: Intra ſexcentos a nato Chriſto annos fuiſſe (1) miſſam privatam. P. I. p. 3. Has enim adſcribam, quia in Elencho articulorum abſunt; earum autem abſentia evolventi moleſtiam & faſtidium creat. (2) communionem ſub una. p. 63. (3) preces publicas lingua peregrina recitatas. 101. (4) Romanum Pontificem pro univerſalis eccleſiæ capite habitum, & ſic adpellatum. 147. (5) creditum, Chriſti corpus realiter, ſubſtantialiter, carnaliter, aut naturaliter ineſſe in ſacramento. P. II. 1. (6) Chriſti corpus infinitis in locis ſimul eſſe. 21. (7) Sacerdotem ſacramentum ſupra caput ſuſtuliſſe. 34. (8) Plebem provolutam divino ſacramentum honore affeciſſe. 37. (9) Sacramentum in conopeo fuiſſe ſuſpenſum. 58. (10) In ſacramento poſt verba conſecrationis accidentia ſola remanere. 63. (11) Sacerdotem diſtribuiſſe ſacramentum in tres partes, ipſumque unum omnes accepiſſe. 73. (12) Pro hæretico fuiſſe habitum, qui ſacramentum figuram, pignus, ſymbolum, ſeu memoriam corporis Chriſti appellaſſet. 76. (13) Licuiſſe miſſas XXX. XX. XV. X. aut V. in uno templo celebrare eodem die. 95. (14) Conſtitutas fuiſſe in templis imagines, ut a populo adorarentur. 106. (15) Hominibus ple-

beiis interdictum fuiſſe ſcripturarum vernacula lectione. (16) Sacerdoti licuiſſe, ut verba conſecrationis tacite & ſubmiſſe ſibi recitaret. 133. (17) Sacerdotem Chriſti Deo patri in ſacrificium offerendi poteſtatem habuiſſe. 140. (18) Eidem licuiſſe, ſacramentum pro aliis ſumere. 156. (19) Eundem potuiſſe mortis Chriſti vim aliis in miſſa applicare. 159. (20) Miſſam ex opere operato peccatorum noſtrorum partem aliquam tollere. 160. (21) Sacramentum fuiſſe appellatum Dominum Deumque. 165. (22) Corpus Chriſti tantiſper in ſacramento remanere, dum panis accidentia integra permanerent. 174. (23) Murem aliumve vermiculum poſſe corpus Chriſti comedere. 178. (24) Pronomen HOC in verbis Chriſti, *Hoc eſt corpus meum*, non panem, ſed individuum vagum demonſtrare. 181. (25) Non panem & vinum, ſed accidentia, ſive formas aut ſpecies panis & vini eſſe corporis & ſanguinis Chriſti ſacramentum. 183. (26) Sacramentum eſſe ſignum corporis Chriſti in eo latentis. 186. (27) Ignorantiam eſſe verae pietatis atque obedientiae parentem ac cauſam. Operi ipſi praemittuntur 1) Praefatio Io. *Whitakeri*, qua occaſionem huius controverſiae, eiusque continuationis aperit, ſeque *Hardingum* plane & ingenue tranſtuliſſe, in *Iuello* autem liberius aliquando verſatum eſſe indicat. 2) Praefatio Rob. *Benetti*, in qua Iuellum, eiusque hoc volumen laudibus extollit. 3) Iuelli Vita, deſcripta a Laurent. *Humfredo*. Apologia anglicana, a *Iuello* ſcripta, & A. 1562. auctoritate regia, conſilioque epiſcoporum edita, eſt Confeſſio totius eccleſiae anglicanae, eiusque prior pars eſt verae doctrinae illuſtratio, & paraphraſtica quaedam XII. fidei chriſtianae articulorum expoſitio; poſterior ſuccincta & ſolida obiectionum refutatio. Monſtratur in ea conſenſus eccleſiae anglicanae cum aliis reformatis eccleſiis; & cauſſae adferuntur, cur Britanni ad concilium tridentinum non venerint. De qua *Humfredus* quidem in Prolegom. ſeu Vita Iuelli ſic iudicat: *Si ſpectetur ordo, nihil diſtributius; ſi perſpicuitas, nihil lucidius; ſi ſtilus, nihil terſius; ſi verba, nihil ſplendidius; ſi res, nihil nervoſius.* Ei oppoſuit *Hardingus* Antapologiam, quam *Iuellus* excepit defenſione Apologiae, eruditionis autem praeſtantia nataliumque ſplendore illuſtris femina *Bacona* Apologiam in vernaculum, h. e. anglicanum idioma tranſtulit.

Duran-

Digitized by Google

Pag. 131. *Durandus*, quid cauſæ ſit, quam ob rem ſacerdos *ad altare adſtans* ſe ipſe convertat.	Durandus ſive Durantes hoc habet l. 4. c. 14. p. 112. neque dicit, ad altare adſtans, ſed, *ante medium altaris*.
Ibid. *Bonifacium* etiam, epiſcopum romanum, a populo ſacerdotem in ſacra liturgia primum disiunxiſſe *Platina* tradit.	Sermo eſt de *Bonifacio II.* qui vixit ſec. VI.

Io. *Iuellus*, alias *Ievvell*, qui male ſcribitur *Ivellus*, Devonia-anglus, Petri Martyris diſcipulus, theol. D. Mariana tempeſtate per Germaniam exul, regnante autem ELISABETHA epiſc. ſarisburienſis, vir ſingulari eruditione, ingenio acutiſſimo, iudicio graviſſimo, pietate & humanitate egregia præditus, theologiæ cum primis cognitione inſtructiſſimus, gemma gemmarum (verba ſunt mutuo ſumta ab epitaphio auctoris noſtri, quod ei erexit *Humfredus*, quodque extat poſt Præfationem Iuelli) immaturo fato Monktonfarleæ præreptus A. 1573. æt. 49. menſ. 4. Mortem ipſe prævidit ac prædixit, gravemque orationem ante obitum habuit ad adſtantes, lectu omnino dignam. Adverſarii eius præter *Hardingum* fuere, Thom. *Dorman*, Thom. *Heskins*, Henr. *Colus*, Io. *Raſtell*, & alii. *Whitakero* in Præfat. dicitur fuiſſe in docendo perſpicuus, in refutando acutus, in reprehendendo gravis, in exhortando divinus, verbis amplus, ſententiis denſus, omni denique boni paſtoris virtute cumulatus. Neque Gul. *Forbeſius* in Conſid. controv. p. 395. diffitetur, fuiſſe virum doctiſſimum; ſed addit, eundem *Tigurinis* & *Petro Martyri* in controverſia ſacramentaria nimium fuiſſe addictum. Opera eius theologica edita ſunt Francofurti A. 1600. f. anglicana Londini 1609. *Heyde* Catal. biblioth. bodlei. T. I. 368.

XXXVIII.

Ger. Io. VOSSII Tractatus theologici. Amſtelodami 1701. Volumen hoc eſt pars omnium auctoris operum, quæ iunctim prodiere dicto loco Tomis VI. ab A. 1695. usque ad 1701. & recenſentur in *Actis erudit.* A. 1703. 145. atque in (cl. *Eccard.*) Extractis menſtr. 1702. m. Iun. p. 59. Tractatus autem ſunt ſequentes: 1) Chronologiæ ſacræ Iſagoge, ſive de ultimis mundi anti-

quitatibus, ac in primis de temporibus rerum hebræarum. p. 1. De qua tamen *Colomeſius* p. 438. iudicat, eam honori Voſſii detrahere, ſatiusque fuiſſe, nunquam publicari. 2) Diſſertatio gemina, una de Ieſu Chriſti genealogia. p. 49. altera de annis, quibus natus, baptizatus, mortuus, p. 65. 82. Cui præmittitur dedicatio de fructu doctrinæ temporum, quod nempe absque ea cœca ſit rerum veterum memoria. 3) Harmonia euangelica de paſſione, morte, reſurrectione ac adſcenſione Ieſu Chriſti. p. 95. Eſt ſcriptum poſt auctoris fata editum, neque abſolutum ac reviſum. *Colomeſius* pag. 492. complures ſe errores in ſuo exemplari notaſſe teſtatur. 4) de baptiſmo Diſpp. XX. & una de ſacramentorum vi & efficacia. p. 241. Illas *Boſius* vocat exaſciatiſſimas; at Io. Conr. *Durrius* in litteris ad Iac. Thomaſium (Faſc. VII. Act. litarar. Struvii) non dubitavit ſcribere, Voſſium in diſpp. de baptiſmo ex Mart. Chemnitii fontibus bibiſſe, quamvis eius non faciat mentionem. 5) Theſes theologicæ & hiſtoricæ de variis doctrinæ chriſtianæ capitibus, quas olim diſputandas propoſuit in academia leidenſi. p. 345. Agunt autem de Creatione, peccato primo Adami, bonis operibus, ſtatu animæ a corpore ſeparatæ, invocatione ſanctorum, reſurrectione carnis, iudicio extremo, adventu Chriſti ultimo, corpore glorioſo, mundi fine, cœnæ dominicæ ſymbolis, diviſione decalogi, orationibus & oblat. pro defunctis, virtutibus gentilium, & hæreſi Pelagii de peccato originali. *Colomeſii* iudicio pag. 442. ſunt omnium, quotquot a Proteſtantibus emanarunt, moderatiſſimæ. 6) Diſſertationes III. de tribus ſymbolis, apoſtolico, athanaſiano, & conſtantinopolitano. p. 497. 7) Hiſtoria pelagiana. p. 543. Iuxta editionem anni 1655. quæ priore, A. 1618. emiſſa, longe eſt locupletior. *Grotius* epiſt. 107. maximi eam Pariſiis ab omnibus æſtimari teſtatur, & ep. 221. refert, Iac. *Sirmondum*, æquum eruditorum æſtimatorem, omnibus prædicaſſe, quod nulla controverſia hoc ſæculo maiori iudicio, magisque ex vero tractata fuerit: quæ quidem ſunt *Ittigii* verba, diſſert. de Aramo, ſcriptore antipelagiano §. 1. Adde *Colomeſium* p. 440. *Crenium* Animadverſ. P. II. 114. & *Exerpta menſtr.* A. 1702. m. Iun. p. 70. 8) Fragmentum de Manichæis & Stoicis. p. 831. Quo Manichæorum ſententia, ex antiquorum monumentis eruta, perſpicue repræſentatur; non tamen eſt integer tractatus, ſed maioris de Gratia

Dei

Dei fragmentum. 9) Diſſertatio epiſtolica de iure magiſtratus in rebus eccleſiaſticis. 10) Reſponſio ad Iudicium Herm. *Ravenſpergeri* de libro Grotii pro cathol. fide de ſatisfactione Ieſu Chriſti, ſcripto adverſus Fauſtum Socinum. p. 875. In præfat. oſtendit, Ravenſpergerum male de Grotio ſuſpicari, nec feliciter librum eius de ſatisfactione Chriſti refutaſſe, ac VII. præclarorum virorum teſtimonia de libro illo producit.

Harmon. euang. l. 2. c. 7. p. 188. Crux Andreæ fuit *decuſſata*, referens figuram litteræ latinæ X.	Crux Andreæ *non alia fuit, quam Servatoris noſtri*, referens litteram T. *Colomeſ.* 492.
Lib. 2. c. 13. p. 215. Hebraicum Sheol *notare terram ſive ſepulcrum* minime eſt dubitandum.	Notat *inferos*, ſeu receptaculum animarum. Auctor *Hiſtor. Symb. apoſt.* (in Actis erud. A. 1704. 59.) *Pearſon* Expoſit. Symb. apoſt. 414. M. S. *Grabius* in Append. apolog. ad Vrbani Regii Form. caute loq. 189. 202. 206.
Diſput. I. de bapt. th. V. p. 256. Quod (*Beza*) ſentire dicit Scholaſticos, (quaſi ſtatuant, alio quam aquæ puræ liquore baptiſmum fieri poſſe) *metuo, ne eum memoria fefellerit.*	Quod *Beza memoria conſtiterit*, ex eo patet, quod *Thomas* & adſeclæ, carnium iuſculo, modo non ſit nimis pingue; *Sotus* cerevifia levi hordei decoctione facta; *Guido de Monte Rogerii*; urina; *Toletus*, *Becanus* & Gregor. *de Valentia*, aliique plures, lixivio baptizari legitime poſſe contendunt. Th. *Cren.* Animadverſ. P. IIX. 210.
Ibid. th. VI. Hieremias, patriarcha CPtanus, ad theologos *vvittebergenſes.*	Ad theologos *vvurtenbergenſes.* *Cren.* l. c. p. 211.
In Theſib. theol. diſp. XI. §. 7. p. 397. *Si libri de curandis Græcorum affectionib. Theodoreti cyrenſis eſſent*, meminiſſet eorum &c.	*De eo non eſt dubitandum:* nam ipſe Theodoretus eorum meminit Qu. I. ſuper Leviticum. *Colomeſius* 443.

Digitized by Google

Diſſert. de Symbolo apoſtol. §. 1. p. 503. Durandus mimatenſis *XL. ante Belethum annis claruit.*	Immo Durantes Magiſtrum *Ioannem Beleth plus vice ſimplici adteſtimonium citat.* Io. Tob. *Meior* diſp. de Symbolis §. 9,
Diſſert. de Symb. athanaſ. §. 16. p. 521. *Primi,* quos hoc argumento (de Symbolo athanaſiano) uſos eſſe legamus, *ſunt apocriſiarii* GREGORII IX. A. 1389. CPlim miſſi.	*iam ſaeculo IX.* notum fuiſſe, patet ex codice MSto Catecheſ. theotiſcæ, quo uſus eſt Io. Georg. *Eccardus.* Vide ipſum Præfat. 28.
Hiſt. pelag. l. 1. c. 7. p. 563. Caſſiodorus in Pſ. 69. Caſſianum non in omnibus ſequendum monet. Niſi potius *ea verba ab alio* ſint inſerta: quod verum puto. Neque enim commodam ſententiam elicere eſt ex lectione veteri, quæ talis eſt in ea, *qua prodiit Baſileæ anno* 1491. Sed non ſequendus in omnibus *generaliter. Hunc locum* facundiſſimus Caſſianus in decima collat. de eius utilitate diſſerens, tanto honore concelebrat.	Nullum dubium, quin *ſint Caſſiodori,* quippe qui & alibi ſcribit, iure eum de lib. arbitr. culpari a Proſpero. Præterea illico evaneſcet dubium, *ſi tollas punctum poſt vocem generaliter,* atque ſic legas: Sed non ſequendus in omnibus *generaliter, hunc locum* &c. Sicut habet *editio pariſina* de A. 1519. melior ſane baſilienſi illa de A. 1491. *Colomeſ.* 441.
Lib. II. P. III. th. 3. p. 632. Bellarminus citat librum *Hildephonſi toletani* de Virginitate & parturitione Mariæ.	Sed liber ille *eſt Paſchaſii Radberti. Colomeſ.* 441. & *Olearius* P. II. 57.
Lib. V. P. II. p. 729. *Clementis alexandrini liber* τις ὁ σωζόμενος πλούσιος, Quis ille dives ſit, qui ſalvatur, *deperiit.*	*Editus eſt* a Mich. Ghislerio, & poſtea a Fran. Combefiſio. *Colomeſ.* 441.

Ger. Io. *Voſſius,* Ruremondæ in lucem editus, primum Scholæ dordracenæ, deinde Collegii theologici leydenſis, dehinc eloquentiæ & chronologiæ in eadem academia, & tandem in gymnaſio amſtelodamenſi hiſtoriarum Profeſſor, atque a Rege Britan-

niarum CAROLO I. canonicatu cantuarienſi, raro inter exteros exemplo, donatus, *Oratoriis Inſtitutionibus* primam ſibi nominis gloriam peperit, ſtudiisque tam fuit deditus, ut plurimas noctes inſomnes traduceret, & ne inter ipſas quidem epulas ſibi temperaret, quo minus vel lectitaret libros, vel cogitationibus inhæreret: nec minus liberis, quam libris ornavit ſeculum, Franciſco nimirum, Gerardo, Matthæo, Dionyſio, & Iſaaco, ut dubium effecerit, ſcriberetne accuratius, an gigneret felicius, cumque numero IX. eſſent filii filiæque, & omnes pariter linguarum peritia, ac quovis ſtudiorum genere inter ſe certarent, merito ipſius ædes *Apollinis novemque Muſarum* vocaſſes *habitaculum*. Ipſe autem, vir ſupra quam dici poteſt ingenio candido mitique præditus, immortalitate dignus, fatis ceſſit A. 1649. æt. 73. De quo, eiusque ſcriptis ſi plura noſſe cupis, adi Henr. *Wittium* Memor. philoſ. P. II. 96. *Königium* 856. *Magir.* 801. *Pope-Blount* 969. *Craſſum* P. I. 317. *Ruar.* Epp. P. I. 59. Vinc. *Fabricium* Epp. p. 315. 623. *Boineburg* Epp. p. 130. *Critopulum* in Cenſ. eclogar. I. Fr. *Mayeri* 70. *Scioppium* Animadverſ. in Voſſii lib. de Vitiis ſerm. lat. 3. 33. 34. *Sorberiana* 227. *Salmaſium* apud *Cren.* P. I. Animadverſ. philol. 25. & ipſum *Crenium* P. IV. 201. & P. XIV. 132. item Diſſert. de Furib. libr. 115.

Henr. DE NORIS Hiſtoria pelagiana: cum diſſertatione de Synodo V. œcumenica, & Vindiciis auguſtinianis. Amſtelodami 1677. Primum impreſſa Patavii A 1673. deinde recuſa Lipſiæ & Pariſiis; ſed hæc poſterior editio ob cauſſam, a Greg. *Leti* T. III. dell' Ital. regnante & in *Lexic. univ. hiſt.* T. IV. p. 42. indicatam, ſubito fuit ſuppreſſa. Vltima autem & perfectiſſima editio eſt amſtelodamenſis de A. 1702. quippe quæ ab auctore locupletata V. diſſertationibus hiſtoricis, quarum prima eſt in hiſtoriam controverſiæ de uno ex Trinitate paſſo; ſecunda, Apologia monachorum Scythiæ, ab anonymi ſcrupulis vindicata; tertia, anonymi Scrupuli circa veteres Pelagianorum ſectatores evulſi; quarta, Reſponſio ad appendicem auctoris ſcrupulorum; quinta, Ianſeniani erroris calumnia ſublata. Et hæc editio recenſetur a *Clerico* Tomo I. de la Biblioth. choiſ. p. 13. In libro I. Hiſtoriæ pelagianæ, quæ bis fuit examinata, & orthodoxa contra accuſatores declarata, agitur de *Origene* & *Ruffino* aquileienſi, illo ſectæ pelag. principe; hoc origeniſta; de *Pelagii* patria, profeſſione monaſtica, doctrina;

Cele-

Celeſtio, *Theodoro* mopsveſteno, *Dextri* chronico, *Iuliano*, *Anniano* pelagianis; *Auguſtino & Hieronymo*, Pelagianorum refutatoribus: in II. de *Caſsiano*, *Fauſto*, *Vincentio* lerinenſi ſemipelagianis, ac de *Prædeſtinatianis*. In Diſſert. de Synodo V. œcumenica, *Origenis* ac *Theodori* mopſveſteni, pelagiani erroris auctorum, iuſta damnatio exponitur, & æquileienſe ſchiſma deſcribitur. In eius Appendice, de *Auguſtino*, eum ſatis feciſſe argumentis Iuliani, deque *Caſsiano* *Fauſto*, & *Gennadio*, eos fruſtra purgari a ſemipelagianiſmo. Denique in Vindiciis auguſtinianis, S. doctoris ſcripta adverſus Pelagianos & Semipelagianos a recentiorum cenſuris aſſeruntur.

Henr. *de Noris*, veronenſis, auguſtinianus, S. theologiæ profeſſor, & romanæ univerſalis Inquiſitionis qualificator, deinde Magni Etruriæ Ducis theologus, & primus hiſtoriæ eccleſ. in alma Piſana profeſſor, poſtea bibliothecæ vaticanæ curator, mox præfectus, tandemque Cardinalis, ſtilo uſus, quamquam non ciceroniano, tolerabili tamen & ad res tractandas ſatis apto, a iuſtis ingeniorum cenſoribus multum laudatus, nec ſatis laudandus, obiit A. 1704. æt. 73. Fran. *Blanchinus* (italice Bianchini) in eius Vita, quæ extat in I. Tomo degli Arcadi p. 199. Greg. *Leti* nell' Ital. regn. 453. P. *Gandolfi* nel Diſpaccio iſtorico, e nell' Addizione allo ſteſſo, Apoſt. *Zen* nel Giorn. de' letter. d' Ital. T. XI. f. 44. & *Lexic. univ. hiſt.* T. III. 42. Ex ſcriptis eius ſunt Cenotaphia piſana CAII & LVCII Cæſarum, Epiſtola conſularis, Annus & epochæ Syro-Macedonum, Parænesis ad Io. *Harduinum*, Diſſertationes de cyclo paſchali, & Thraſo ſive Miles macedonicus, ſub larva Hannib. *Corradini*, ſicut, ſub nomine P Fulgentii *Foſſi*, Somnia L. Franciſci Macedo, unius ex adverſariis: in quorum numero, præter *Stillingfleetum*, *Dodvvellum*, *Baſnagium*, erant *Pezron*, *Toinardus*, *Harduinus*, *Piccinardus*, *Du Pinius*, *Garnerius*, *Abbas de Longuerüe*, *Pagi*, *Chiflet*, *Tillemont*, & duo anonymi. Qui tamen bene meriti ſunt de publico, quoniam anſam doctiſſimo viro dederunt eruditionis ſuæ copiam latius diffundendi. Elogiis eius, a *Blanchino* allatis, adde ea, quæ leguntur in *Magiri* Eponymol. crit. 618. *Ittigii* Diſſert. de Aramo p. 468. C. *Cellarii* Orthograph. lat. 10. 13. 32. 38. 106. & Diſſert. acad. 682. *Schurzfleiſchii* Præf. in Orthograph. rom. 4. & Epp. arcan. T. I. 18. 308. ac T. II. 86. denique *Cristopuli* Cenſura Eclog. I. F. Mayeri 56.

XXXIX.

XXXIX.

Phil. a LIMBORCH Theologia chriſtiana. Amſtelædami 1715. Editio quarta, ab ipſo auctore recognita, emendata & aucta, (vide *Relat. innoc.* A. 1715 684.) a Gisberto *Oſtens* autem poſt auctoris obitum quam emendatiſſime in lucem producta, cum eiusdem Præfatione, Io. *Clerici* in obitum Limborchii Oratione, Excerpto aurei in mortem Iac. *Arminii*, auctore Hug. *Grotio*, carminis, quo libidinem pugnandi, eaque, quorum ſcriptura S. non facit mentionem, temere definiendi ac præſcribendi caſtigat, nec non C. D. carmine egregio, quo Reformati diſcordes ad concordem theologiam Remonſtrantium, a Limborchio editam, invitantur. Prima huius theologiæ editio, quæque in *Actis erud.* A. mox dicendi p. 515. & a Io. *Clerico* T. II. de la Biblioth. univ. art. 3. recenſetur; prodiit A. 1686. in 4. ſecunda A. 1695: tertia A. 1700. Præſenti noſtræ editioni acceſſit Relatio hiſtorica de origine & progreſſu controverſiarum in Fœderato Belgio de prædeſtinatione, in qua oſtendit auctor, *Auguſtinum* fervore diſputandi, cum Pelagium aggrederetur, abreptum, ſententiam de abſoluta prædeſtinatione primum propoſuiſſe, eamque ſecutos *Calvinum* & *Genevenſes* novum de fide inamiſſibili articulum ſuperaddidiſſe: & quamvis in eccleſiis belgicis ſemper conditionatæ prædeſtinationis patroni fuerint, *Arminium* tamen, propter negatam abſolutam prædeſtinationem, non modo Petrum *Plancium*, verum etiam Fran. *Gomarum* adverſarios nactum eſſe, cumque poſt Arminii mortem Eccleſiaſtici omnes illos, qui cum Arminio de prædeſtinatione ſentiebant, eccleſiis expellerent, non nullos ex Arminianis libellum ſupplicem, V. articulos comprehendentem, titulo *Remonſtrantiæ*, unde nomen Remonſtrantium, Ordinibus Hollandiæ obtuliſſe, cui adverſarii alium nomine *Contraremonſtrantiæ*, a quo ipſi Contraremonſtrantes vocati, oppoſuere, atque hos ſchiſma molitos eſſe; cum e contrario Remonſtrantes mutuam in articulo prædeſtinationis diſſentientium tolerantiam urgerent, prout Ordines in Collatione hagienſi antea decreverant: agitatam fuiſſe hanc controverſiam inter Iac. *Taurinum* & Iac. *Triglandium*, donec in Synodo nationali dordracena, inſuper habito H. *Grotii* conſilio ad pacem & tolerantiam, edicto illuſtriſſimorum Ordinum Generalium

Remonſtrantibus conventus religioſi publici interdicerentur, privato religionis exercitio, unde novæ controverſiæ de ſeparatis Remonſtrantium cœtibus, libertate conſcientiarum, ac hæreticidio ortæ, interim conceſſo: cumque *Confeſſionem fidei ſua* ederent Remonſtrantes, quæſtionem de auctoritate confeſſionum renovatam fuiſſe. Tandem concludit *Limborchius*, Remonſtrantes cum Contraremonſtrantibus, niſi abnegata ſua ſententia, quam pro vera habent, nullam habere poſſe concordiam, neque eos ſchiſmatis huc uſque continuati reos eſſe, etiamſi, poſt ſuam a Contraremonſtrantibus in Synodo dordracena factam condemnationem, ſeparatos cœtus religioſos celebraverint, ac celebrare pergant. Hanc recenſionem mutuo ſumſi ex *Actis erud* A. 1715. 524. & ſeqq. Scopus theologiæ huius limborchianæ ex eo cognoſcitur, quod in titulo dicitur, eam ad praxin pietatis & promotionem pacis chriſtianæ unice directam eſſe: non enim ſatis fuit auctori, dogmata proponere, niſi eorum uſum ad pietatem exercendam pariter monſtraret; dumque cavet, ne quid præter vel extra ſcripturam ſacram, tanquam ſcitu neceſſarium, tradat, atque a conviciis & condemnationibus aliorum, qui ſcripturæ S. ſeſe ſubiiciunt, abſtinet, viam ad concordiam, aut certe tolerantiam aperire ſibi videtur. Hoc opus ſeſe commendat brevitate, perſpicuitate, ac ordine; quodque nec *Epiſcopius*, nec *Curcellæus* ſuis præſtare potuerunt Inſtitutionibus, ut eas ad finem perducerent, quæ quidem iuſto etiam diffuſiores erant, in primis Epiſcopiana, id divinitus conceſſum fuit Limborchio. *Oſtenſius* quidem illud vocat doctiſſimum & conſummatiſſimum, Collectores *Actor. erud.* ad A. 1686. p. 522. ob perſpicuitatem & eruditionem, in diſputationibus adverſus Pontificios, Reformatos, Anabaptiſtas, H. Grotii ſententiam de antichriſto, laudandum, & auctor *Oſtenſionis* (der Vorſtellung der conſiderationen,) librum, in quo multæ magni momenti veritates proponantur, valideque probatæ ſint; quanquam mox eum carpat, & abductionis ad oppido laxum chriſtianiſmum inſimulet. Quibus adde *Strimeſ.* Annot. in Spanhemii Protheor. hiſtor. armin. 27. in Annot. in pent. art. Armin. 24. *Acta erud.* A. 1711. 478. & A. 1713. 41. & Thom. *Bennetum* in Actis erud. 1716. 207. Denique notandum, Theologiam hanc non tantum in belgicum, ſed etiam anglicum idioma translatam eſſe.

Hoc

Digitized by Google

Pag. 39. *Vnus quisque fidelium* ſibi ipſi eſt interpres, ſeu iudex, qui genuinum Scripturæ ſenſum a falſo diſcernat.	Hoc concoquere non poteſt auctor *Oſtenſionis* (der Vorſtellung) editæ A.1710. in 4. eccleſiæ rom. addictus, qui putat, *tantas difficultates* hinc naſcituras, ut liquido pateat, doctrinam iſtam inutilem eſſe ad ſuppeditandum certum & generale medium perveniendi ad ſenſum ſalutarem. p.28.
Pag. 41. Non eſt neceſſe, ut ex omnibus ſe controverſiis idiotæ expediant: ſufficit, ut *adhæreant neceſſariis* ad ſalutem: hoc autem illis facile eſt, quia *Scriptura hæc plene & perſpicue tradit.*	Sit ita: ſed *idiota inter primos chriſtianos non habebant hanc perſuaſionem*, ſe omnia, quæ in libris V. T. & epiſtolis paulinis continentur, intelligere. Auctor *Oſtenſ.* 29.
Pag. 723. Figmenti de purgatorio abſurditas patet, *quod nulla purgatorii mentio in ſcriptura S.* occurrat: 1. nihil de *voce purgatorii.* 2. nihil de *purgatione animarum* poſt mortem. 3. nihil de *igne* animas purgante.	Neque etiam vocabulum *perſona* in ſcripturis legitur. Reliquorum *probationem* non iudicat difficilem prædictus *Auctor* in den Altchriſtl. Gedancken. p. 733. ſeqq.

Phil. *a Limborch*, amſtelodamenſis, Caſp. *Barlæi*, Ger. Io. *Voßii* & Steph. *Curcellæi* diſcipulus, munus concionatoris harlemenſis, quod cruda adhuc eius ſtudia eſſent, recuſans, poſtea paſtor goudanus, inde eccleſiaſtes Remonſtrantium Amſtelædami, ac tandem profeſſor theol. in eorum ſeminario, vir gravis ſine tetricitate, comis ſine ſimulatione, hilaris & facetus ſine ſcurrilitate ac malignitate, veri, candoris ac manſuetudinis ſtudioſus, ſcripſit ſermone belgico libellum de tolerantia mutua adverſus Io. *Sceperum*, IV. libros contra librum ſententiarum Inquiſitionis tholoſanæ, diſſertationem contra Io. *Van der Wayen*, libellum belgicum de ratione bene moriendi, & conſolandi ægros, & alia, quæ commemorantur in Orat. *Clerici*, & in *Bucherſaal* T. II. 602. obiitque A. 1712. æt. 79. Vid. Gisb. *Oſtens* in dedicat. huius operis, Io. *Clericus* in

 orat.

Digitized by Google

orat. funebri, & *Bucherſaal* T. II. 601. Liceat & hoc addere ex prædicta Præfatione, eccleſiæ anglicanæ presbyterum quendam, qui libros & ſcripta ſua amiſerat, dixiſſe, ſatis ſibi ſupereſſe librorum, nec defuturum unquam concionum argumentum, dum ſibi Scriptura ſacra, & Theologia limburgiana ſuppeterent. Inter adverſarios Limborchii fuit quoque Chriſtoph. *Franckius*, celebris Doctor ac Profeſſor theol. in academia Kilonienſi.

XL.

PRÆSTANTIVM AC ERVDITORVM VIRORVM Epiſtolæ eccleſiaſticæ & theologicæ. Amſtelodami 1704. Editio tertia, (prius enim prodiverant A. 1660. in 8. ſatis vitioſe, & 1684. f.) curata a ſolo Phil. *a Limborch*, ſicut & altera, novoque augmento plusquam trecentarum epiſtolarum locupletata. *Placcius* de Anon. 165. Dicuntur *eccleſiaſtica & theologica* a potiſſima ſui parte, non obſtantibus argumentis philoſophicis, quæ ſubinde interſperſa ſunt. Maior earum pars ſcripta eſt ab *Arminio*, *Vytenbogardo*, Conr. *Vorſtio*, G. I. *Voſſio*, H. *Grotio*, *Epiſcopio*, Caſp. *Barlæo*. *Repræſento hic*, ait *Limborchius* in altera præfatione (tres enim totidem editionum præfationes hic exhibentur, inter quas verboſior eſt prima, cuius auctores, Chr. *Hartſoecker* & *Limborchius*, utilitatem harum Epiſtolarum, ut quæ non tantum pietatis atque eruditionis ſuorum ſcriptorum egregia monumenta, verum etiam ad veritatis & omnium virtutum inveſtigationem propagationemque maxima momenta ſint, prædicant, ſtudium ſuum ſeligendi meliores exponunt, viroſque celebres, Conr. *Vorſtium*, *Epiſcopium*, H. *Grotium*, *Curcellæum*, *Poelenburgium*, iuſtis laudibus extollunt) *viros maximos*, *tanquam in imagine viva & minime fucata*, *in epiſtolis ſuis ad amicos*, *in quorum ſinum abditiſſima cordis ſui candide effundunt*. Scripta autem, quibus nova hæc & elegantiſſima editio locupletata eſt, ſunt ſequentia: IV. *Arminii* Epiſtolæ de ſuſcipienda profeſſione theologica; III. *Epiſcopii* de ſtatu academiæ lugdunenſis, & rectoratu G. I. Voſſii; Fragmentum epiſtolæ Io. *Regii* de geſtis Synodi dordracenæ; *Ordinum Traiectenſium* litteræ ad Deputatos ſuos, ut ſubſcribant iis, quæ a Synodo ſtatuantur; *Reformatio academiæ lugdunenſis* poſt finitam Synodum dordracenam; Narratio proceſſus contra Fran. *Auratum*, eccleſiæ ſedanenſis miniſtrum, ob Remon-

monſtrantium ſententiam exauctoratum; *Epiſcopii* ad Grotium epiſtola de ſuo contra Cameronem tractatu; Epiſtolæ Io. *Bergii* fragmentum de ſententia Spanhemii; Epiſtola *Synodi Hollandiæ borealis* ad Coſſ. & Senatores reip. bremenſis; Tractatio de mutua tolerantia inter *Contraremonſtrantes* & *Remonſtrantes ultraiectenſes.* Ceterum notabis, epiſtolæ Regis Britan. contra *Vorſtium* & Pet. *Bertium* (hunc enim intelligit, p. 284. dicens, *unum eorum in civitate leydenſi blaſphemum emiſiſſe librum de apoſtaſia ſanctorum*) auctorem non eſſe Caſaubonum. Vide *Caſauboniana* p. 7. *Morhofius* quidem Polyh. l. 1. c. 24. n. 101. ſimpliciter tantum meminit harum Epiſtolarum; ſed auctor annotationis, ſine dubio Io. *Moller*, earum valorem æſtimans, hiſtoriæ eccleſiaſticæ atque litterariæ ſtudioſis non minus, quam ipſis theologis, ob multiplicem uſum, commendatiſſimas iudicat eſſe debere. In quo ei præluxerunt celeberrimi *Actorum erudit. collectores* ad A. 1684. p. 296. & *Rechenberg.* Exercitat. in N. T. p. 482.

Pag. 285. a Ecce tibi una *Epilogum* præcipuarum blasphemiarum.	Lege, *Catalogum.*
P. 665. b. Donellum conceſſiſſe Noribergam, atque *ibi* docuiſſe ius.	Docuit *in academia altorfina* illuſtris Reip. Noribergenſis. Vide *Omeiſii* Gloriam acad. altorf. II. 44. 162.

XLI.

Alcoranus Lud. MARRACCII. Patavii 1698. recuſus, ut fertur, Francofurti, ſed non ita nitide, nec ita correcte. Vide *Giornale* de' letter. d' Ital. T. XXI. 432. Diſtribuitur in II. Partes, quarum altera Prodromum iam olim Romæ excuſum complectitur, in quo vita Mahumetis deſcribitur, agiturque de Alcorani nomine, auctore, idiomate, ſtilo, ſumma apud Mahometanos veneratione, & per IV. veræ religionis notas ſectæ mahumetanæ falſitas oſtenditur, chriſtianæque religionis veritas comprobatur; altera vero ipſum textum arabicum ex optimis ſiſtit codicibus, cum verſione latina, non plane literali, ſed ad paraphraſeos quaſi naturam accedente, & notis ſive ſcholiis, quibus iuxta Arabum interpretum mentem, obſcuriora, & præſertim, quæ ad hiſtoriam

ſpectant, dilucidantur, iisque ſubiuncta eſt refutatio. Huic poſteriori parti præfationem auctor ſatis amplam præmiſit, in qua, quid ad opus hocce hac forma edendum ipſum potiſſimum impulerit, quodque inde commodum in eccleſiam redundare poſſit, pluribus exponit. *Acta erud.* A. 1699. 248. Sciendum autem, *Al* in voce Alcoran eſſe articulum, *Coran* vero ſignificare, ſi *Salmaſium* audimus in Prolegom. in Solinum p. 14. συναγωγην ſive collectionem; & ſic vocari hunc librum, quia ex multis compoſitus eſt præceptionibus, quas diverſis temporibus ab angelo Gabriele ſibi traditos eſſe mentitus eſt impoſtor; *Abubakr* autem, eius in imperio ſucceſſor, collegit, & Curanon appellavit, id eſt, συναγωγην Collectionem; ſi *Marraccium*, lectionem, ſive librum lectu dignum, & omnino legendum. Diſtinguitur in *Suratas*, & *Signa*, ſive in capita, & periodos. Non tamen omnia in eo ſecundum litteram ſunt intelligenda, ut bene docent *Hackſpanius* ad Nizach. *Lipmanni* 348. & *Hottinger* Hiſt. or. 127. ac prior obſervat p. 245. & 265. Alcoranum Cabbaliſtis multa debere. De Corano legi poſſunt G. T. *Meier* Hiſt. relig. 334. Aug. *Pfeiffer* in Faſcic. Diſſert. p. 53. auctor *Relig. medic.* ſect. 22. & *Ancillon* Mel. crit. P. I. 75. ut de Verſionibus Corani *Wagenſeil* præfat. in Tela ignea ſatanæ 47. R. M. *Meelfuhrer* in Prodromo German. oriental. p. 1. & Diſſert. de fatis erud. orient. §. 9. item Rich. *Simon* Tomo II. de la Nouv. biblioth. choiſ. c. 12. p. 187. Io. Andreæ *Abdalla* Mauri verſionem pro optima agnoſcit Io. *Gregorius* præf. in Not. & Obſervat. ſuas. (T. VII. Criticor. ſacr. 540.) Prima Corani inter Europæos editio arabica eſt veneta, per Paganinum brixienſem curata, & in publicum producta A. 1530. ſed a Pontifice abolita; de quo vide I. M. *Langii* diſp. de Alcorani prima inter Europæos edit. arab. §. 16. altera hamburgenſis A. 1694. 4. curante Abr. *Hinckelmanno*; ſed verſio eius, quam animo conceperat, cuique manum admoverat, fortaſſe ob difficultates, quas ille opinione ſua maiores reperit, aut alia ob impedimenta, nec dum comparuit. At de Guil. *Poſtelli* editione Corani arabici quod ſpargitur, mera eſt fabula. Fortaſſis etiam manebit in numero ſcriptorum promiſſorum Alcoranus cum verſione & notis cl. Io. Andr. *Danzii*, cuius meminit *Meelfuhrer* in Acceſſion. & Almeloveen p. 22.

Mahu-

Digitized by Google

Mahumetus, arabice Mohammad, i. e. laudatus, alias quoque *Ahmad*, quod idem prope ſignificat, & *Abalcaſem*, i. e. pater Caſemi dictus, Meccæ, metropoli Arabiæ petrææ, e nobiliſſima familia Coraſina A. C. 571. natus, usque ad annum ætatis quadrageſimum, ipſa ſequacium ſuorum confeſſione, peccator & idololatra, ceterum rudis litterarum, gravitatem, ſi corpus reſpicias, & maieſtatem præ ſe ferens, dulcis æque ac parcus in loquendo, vir 21. uxorum, & 4. pellicum ancillarum, adhæc prædo, impius, maximusque hypocrita, & divinarum revelationum, quibus familiarem ſibi epilepſiam palliare ſuſtinebat, confictor, obiit dura morte ex veneno in ovis armo accepto A. C. 633. æt. 63. Hegiræ, id eſt, fugæ ipſius, 11. *Marraccius* in Vita Mahumeti, I. M. *Lang* de fabulis mahhommæd. 72. *Lexic. univ. hiſt.* T. III. 410. Neque vero ipſe auctor eſt Alcorani, ſed revelationes, quas iactabat, famulo dictavit ſuo, qui folia ſine ordine ſervavit, collecta autem ea ſunt poſt obitum, uti iam dictum, atque in ordinem, ſi quis eſt, redacta ab *Abubacr*.

Lud. *Marraccius*, presbyter Congregationis clericorum, & INNOCENTII XI. Pontificis olim a confeſſionibus, arabicæ linguæ a iuventute operam dedit, eamque aliquandiu publice profeſſus eſt Romæ, huic autem operi plusquam XL. annos impendit, anno 1700. ætatis 88. defunctus, & prius quidem, quam illud typis erat totum impreſſum. Errores eius modeſte caſtigat Andr. *Acoluthus* in προσφωνησει, quam Specimini Alcorani quadrilinguis, Berlini anno 1701. edito, adiecit. Huic adde Io. Mich. *Langium*, qui in diſſert. de fabulis mahhommæd. p. 75. etiam in eo errare contendit Marraccium, quod Mahumetum non ſanctam & chriſtianis creditam; ſed abſurdam illam Trinitatem Collyridianorum, quæ ex patre, matre, ſcil. Maria, & filio confingitur, reieciſſe ſibi perſuadet. Interim nullo negari poteſt modo, neque etiam a binis monitoribus negatur, eccleſiam pariter & orbem eruditum Marraccio, ob multos divulgando, & verſione notisque illuſtrando Alcorano impenſos labores, plurimum debere, eiusque nomen, dum linguis ſuus conſtat honor, fore immortale atque æternum.

XLII.

ALCORAN cum Confutationibus, ex editione Theodori *Bibliandri*, Baſileæ, 1543. Variis in locis G. Calixtus quædam manu

nu ſua adſcripſit. Prodiit hoc opus etiam anno 1550. ſed in poſteriore hac editione, græca ſcripta omnia omiſſa ſunt, ſolæque verſiones latinæ retentæ. Conſtat tribus partibus; & in prima quidem continentur 1) M. *Lutheri* ad Alcorani lectorem Præmonitio: Quæ in editione anni 1550. Phil. *Melanchthoni* tribuitur: 2) Theodori *Bibliandri* Apologia pro editione Alcorani: non arabica, ſed latina vulgata. I. M. *Lang* diſp. de Alcorani prima edit. 12. 3) *Petri*, abbatis cluniacenſis, Epiſtola de translatione Alcorani. p. 1. 4) Eiusdem Summula quædam brevis contra hæreſes & ſectam diabolicæ fraudis Saracenorum. p. 2. 5) Præfatio *Roberti* retenenſis de Alcorani verſione. p. 7. 6) Codex authenticus Alcorani, verſus per *Robertum* retenenſem, & *Hermannum* dalmatam. p. 8. Sed huic verſioni non multum fidendum eſſe, monet G. *Calixtus* in diſp. de verit. relig. chriſt. §. 38. Adornavit quoque latinam Alcorani verſionem Io. Alb. *Widmanſtadius*, teſte Wagenſeilio in Addendis ad Confut. Carm. lipmann. Mmmm 4. 7) Doctrina *Mahumetis* ſummatim comprehenſa, ab eod. *Hermanno* ex arabico translata. p. 189. 8) De generatione Mahumetis, & nutritura eius, eod. *Hermanno* interprete. p. 201. 9) Chronica mendoſa & ridiculoſa Saracenorum, de Vita Mahumetis & ſucceſſorum eius, eodem interprete. p. 213. 10) Annotationes eruditi cuiusdam & recentioris ſcriptoris, quæ in Alcorani MSti marginibus adiectæ fuerunt. p. 224. In ſecunda 1) Lud. *Vivis* de Mahomete & Alcorano ipſius Cenſura. 2) *Volaterranus* de Mahomet eiusque legibus & Saracenorum rebus. 3) Hieron. *Sauonarola* Commentatiuncula de Mahumetanorum ſecta. 4) Diſputatio chriſtiani & ſaraceni. pag. 1. 5) Nicolai *Cuſani* Cribrationes Alcorani. p. 21. 6) *Richardi*, frat. ord. Prædicator. Confutatio latine & græce. Translatio græca autorem habet *Demetrium* cydonium, ſicut latina Bartholom. *Picenum*. p. 83. 7) Chriſtianæ fidei confeſſio, Saracenis facta, græce & latine. p. 166. In tertia, 1) *Lutheri* Epiſtola ſeu Præfatio ad lectorem. p. 1. 2) Tractatus de moribus, religione, conditionibus & nequitia Turcorum, auctore Septemaſtrenſe quodam. p. 7. 3) Epiſtola PII II. ad Morbiſanum, Turcarum principem, de erroribus ſectæ mahumetanæ, & amplexanda religione euangelica. p. 60. 4) *Morbiſani* Reſponſio. p. 99. 5) Ordinatio politiæ Turcarum. p. 100. 6) Turcicarum rerum com-

commentarius, auctore Paulo *Iovio* p. 107. 7) Ordo ac diſciplina turcicæ militiæ, eodem auctore. p. 135. 8) Io. Lud. *Vives* de Conditione vitæ chriſtianorum ſub Turca. p. 140. 9) Fel. *Petancii* liber, quibus itineribus Turci ſint aggrediendi. p. 153. 10) Iac. *Sadoleti* Homilia de regno Hungariæ ab hoſtibus Turcis oppreſſo & capto. p. 154. Hæc ſcripta excipit 11) Ioannis *Cantuzeni* chriſtiana & orthodoxa contra mahometicam fidem Aſſertio, conſtans 4. Apologiis & totidem orationibus: quæ Aſſertio etiam græce annectitur.

Theod. *Bibliander*, helvetius, linguarum ſtudium cum theologico naviter tractans, apuod Tigurinos ſacrarum literarum poſt Zwinglium profeſſor tam celebris fuit, ut & adulti, ipſique doctoctores ad eum audiendum confluerent, Biblia tigurina a Leone *Iuda* cœpta ad umbilicum perduxit, & magno convertendi Turcas deſiderio flagravit, rudeque ob rationem politicam donatus quum eſſet, peſte extinctus eſt A. 1564. æt. 50. vir, ut Melch. *Adamus* loquitur p. 403. ingenio ſummus, theologiæ & multarum linguarum cognitione nobiliſſimus, humanus & facundus. Huic adde *Morhof* Polyh. T. I. l. 4. c. 4. n. 2. *König* 109. *Lexic. univ. hiſtor.* T. I. & Rud. 370. & *Gualther.* in epiſt. nuncupat. Ioannis Cantacuzeni Aſſertioni præmiſſa. In præfatione vivis muhammediſmum coloribus depinxit, maiusque contra Muhammadanos opus meditatus eſt; quod tamen mors eius intercepit.

Petrus Mauritius, ex nobili dominorum de Monte Buxerio ſtemmate in Arvernia prognatus, abdicata militia monachus, deinde abbas cluniacenſis, ob morum gravitatem vulgo dictus *Abbas venerabilis*, tantam ſui opinionem excitavit in animo pontificis EVGENII, ut eum, ad componenda diſſidia civitatum Tuſciæ, in Italiam evocaret, ac quinquennio poſt Romam ingreſſum ingenti honore exciperet. Scripſit Epiſtolas, Tractatus adverſus iudæorum inveteratam duritiem, libros II. de miraculis ſui temporis, & alia, quæ iunctim prodierunt Ingolſtadii A. 1546. & Pariſiis opera ac ſtudio Martini Marrieri & Andreæ Ducheſnii A. 1614. & continentur etiam in Biblioth. Patr. T. XXII. p. 813. obiitque A. 1156. Vide *Cave* P. I. 458. *Olear.* P. I. 475. & *Labbeum* de Scriptor. eccleſ. T. II. 193. Hic Petrus Alcoranum in latinam curavit transferendum linguam: quæ verſio in Indice rom. prohi-

bita eſt, non tantum ob impiam, quæ in eo continetur, doctrinam, ſed & ob notas marginales. (Rich. *Simon*) Biblioth. Choiſ. P. II. 193.

Robertus Retenenſis, natione anglus, peragratis Gallia, Italia, Dalmatia & Græcia, tandem in Syriam venit, & arabicæ linguæ cognitionem ſibi paravit; reverſus autem in Europam, in Hiſpania conſedit, & Pampelonæ archidiaconus creatus, obiit A. 1143. Compendium Alcorani, quod ille fecit, *Huetius* de Clar. interpret. p. 141. pro ineptiſſima habet interpretatione. *Cave* 456. *Olear.* Biblioth. ſcript. eccleſ. P. II. 138.

Hermannus *Dalmata*, cum Roberto Retenenſe in Hiſpania aſtrologicæ arti ſtudium impendit, quum iuxta cum illo Roberto a Petro abbate cluniacenſe multo pretio conduceretur ad vertendum Alcoranum. Vixit ſeculo XII. & a prædicto abbate appellatur acutiſſimi & literati ingenii ſcholaſticus.

Raphaël *de Maffeis*, volaterranus, vir habitu corporis venuſto, facundia elegante, & morum gravitate vitæque ſanctimonia clarus, ſcripſit Commentarios urbanos, (ſic dictos, quod in urbe Roma compoſiti eſſent) & libros X. de Fide chriſtiana, ac *Procopium* de Bello perſico & vandalico, ſincere, an non? convertit. Mediocris certe ei tribuitur eruditio, & in verſione auctorum græcorum lapſus eius plurimi notantur. Obiit Volaterris in Etruria A. 1521. plusquam ſeptuagenarius. Opera eius prodierunt Lugduni A. 1599. Vide *Voſſ.* de Hiſtor. lat. l. 3. c. 12. p. 208. & *Giornale* de' letter. d' Italia T. XV. 31.

Hieron. *Savonarola*, ferrarienſis, ordinis Prædicatorum, excellentis vir ingenii, multarumque ſcientiarum copia præditus, declamator fuit ſermone quidem ſimplex & incomtus, ſed ſenſu acris & actione vehemens, ſanctitatisque opinione ita omnibus admirandus, ut Florentinæ urbis populus eum cum Deo loqui, & ab eo futurorum eventuum prophetiam accipere crederet, & ideo nollet remp. & communia totius civitatis imperia, niſi eius nutu, adminiſtrari. Quæ res quum primariis civibus diſpliceret, ſtudii rerum novarum, mox etiam, cumprimis quod Papæ, Cardinalium & Clericorum vitia detexiſſet & carpſiſſet, hæreſeos accuſatus, ad mortem condemnatus, ſtrangulatus & crematus, cineresque eius in profluentem Arnum proiecti ſunt, A. C. 1498. ætatis ipſius 46.

Vitam

Vitam eius Iacobus *Queiſ*, ſeu quis alius, 2. Tomis in 8. edidit Pariſiis A. 1674. Occiſum defenderunt ſcriptis publicis Io. *Picus* mirandulanus, & Marſilius *Ficinus*. Inter ſcripta eius in primis laudantur a Simlero Triumphus crucis ſive de fidei chriſtianæ veritate libri IV. de Simplicitate vitæ chriſtianæ libri V. Reliquorum catalogus exſtat apud *Wharton*. Append. ad Cavii H. L. p. 110. Vide *König*. 726. *Pope-Blount* 490. G. *Arnold* K. und K.H. T. I. lib. 15. c. 5. *Cren*. Animadverſ. philol. P. I. 127. Mart. *Beerii* Propagat. verit. euang. 72. *Deckherr*. de Script. adeſp. 22. *Novam biblioth*. T. I. 542. I. F. *Picum* de divin. & human. philoſ. l. 1. c. 7. p. 82.

Nicolaus, a vico natali Cuſa ad Moſellæ ripam in trevirenſi diœceſi ſito *Cuſanus* dictus, pauperculi cuiusdam piſcatoris filius, S. theolog. & decretorum doctor, canonicus regularis, deinde monaſterio witebergenſis præpoſitus, poſtea archidiaconus leodienſis, & decanus S. Florini conſtantienſis, primo concilii baſilienſis auctoritatem propugnavit, poſtea autem ad EVGENII partes deficiens, legationibusque functus in Germaniam & Galliam, galerum cardinalitium obtinuit, ſed & propter epiſcopatum brixienſem, quem a Papa acceperat, rixas cum Imp. SIGISMVNDO habuit, ab eoque obſeſſus captusque, grandi auri pondere ſoluto & remiſſis eccleſiæ ſuæ privilegiis libertatem redemit, caducam vitam deponens Tuderti in Vmbria A. 1464. æt. 63. Præter alia adornavit libros III. de Docta ignorantia, eorumque Apologiam, & Dialogum in principium Geneſeos; ſed hunc tantæ obſcuritatis, ut vix a doctiſſimis poſſit intelligi. Scripta eius recenſet *Wharton* in Append. ad Cavii H. L. p. 89. Omnia autem opera ſimul edita ſunt Pariſiis A. 1514. & Baſileæ 1565. Vide etiam *Caſſandrum* p. 819. *Richer*. Hiſtor. concil. l. 1. p. 58. & *Olear*. Biblioth. ſcript. eccleſ. P. II. 19.

Demetrius Cydonius, patria byzantinus, vel, ut alii volunt, theſſalonicenſis, CANTACVZENI Imp. aulicus non ultimus, inter alia reliquit librum de Proceſſ. Spir. S. orationem de Morte contemnenda, & librum de Contemtu mundi, deſertaque vita aulica monaſterium ingreſſus eſt cum ipſo Imperatore, ac poſtea Mediolani latinis literis & theologiæ operam dedit, vitæque finem fecit in cretenſi quodam monaſterio, inclinante ſeculo XIV. *König* 230.

Wharton in Append. ad Cavii Hiſt. lit. 32. Tantus Thomæ aquinatis fuit amator, ut eius Summam græce verteret, & contra Nic. *Cabaſilam*, alioquin amicum ſuum, ſed Thomam aggreſſum, arma ferret.

(Barth.) Æn.Sylv. *Piccolomineus*, corſinianenſis, Papæ ab epiſtolis, ad FRIDERICVM III. legatus, ab eoque corona donatus poëtica, immo & huius ſecretarius & legatus, primum creatus fuit tergeſtinus, dein ſenenſis epiſcopus, porro Cardinalis ac tandem Pontif. nomine PIVS II. Obiit Anconæ, dum bellum in Turcas adornabat, A. 1464. æt. 59. ſepultus Romæ in eccleſia S. Petri. Acta Concilii baſil. quod ſtatuebat, Pontificem ſubeſſe Concilio, omnino probavit, ac defendit; ſed in thronum papalem evectus, aliter ſentire cœpit. Vnde illud: *Quod* Æneas *probavit*, Pius *damnavit*. E ſcriptis eius eminent Epiſtolæ, Hiſtoria bohemica, & liber de Moribus & orig. Prutenorum. Omnia ſimul edita ſunt Baſileæ A. 1571. Vide *Voſſ.* de Hiſt. lat. l. 3. c. 7. p. 184. *Giorn.* T. XIV. 359. *Platinam* in eius vita p. 320. *Biblioth. Schrader.* P. II. I 2. *Cren.* diſſert. I. de furib. librar. p. 13.

Paulus *Iovius*, novocomenſis, epiſcopus nucerinus, compoſuit Hiſtoriam ſui temporis, Guicciardino, uti *Conringius* & alii viri eruditi ſentiunt, impar fide & prudentia, venali ad hæc animo, & amicis inimicis favore atque odio obnoxius; item Elogia virorum bello, doctrina, aut dignitate illuſtrium, cum eorum iconibus: quod opus a viris doctis, teſte *Boſio*, magno in pretio habetur. Obiit Florentiæ A. 1555. æt. 69. Opera eius exſtant 2. voluminibus, edita Baſileæ A. 1578. Vide P. *Giuſtiniano* l. 1. dell' Hiſt. ven. p. 2.

Iac. *Sadoletus*, mutinenſis, LEONIS X. ſecretarius, deinde epiſcopus carpentoractenſis & Cardinalis, vir plane doctus, & feliciſſimus ciceroniani ſtili imitator, ad hæc a faſtu & perſecutione in religione diſſentientium alienus, reliquit Epiſtolas & Comment. in Pſal. 50. & epiſt. ad Rom. Romæque exſpiravit A. 1547. æt. 70. non ſine dati veneni ſuſpicione. *König* p. 714. *Pope-Blount* 573. *Muretus* vol. II. orat. 19. p. 365. *Acta erud.* A. 1701. 119. *Lexic. univ. hiſtor.* T. IV. 327. Mortuo parentarunt Card. *Caraffa*, & Iac. *Gallus*. Opera eius edita ſunt Moguntiæ 1607. in 8.

Felix *Petantius*, cancellarius ſegnenſis, claruit A. 1480. aliquot ad Portam ottomannicam legationes obiit, ediditque, præter memoratum

ratum tractatum, Genealogias turcicas. *Cuſpinianus* de Turcarum orig. *Voß* de Hiſt. lat. l. 3. c. 8. p. 188.

IOANNES CANTACVZENVS, byzantinus, diſtinguendus a duobus aliis eiusdem nominis, primum Sacro cubiculo praefectus, deinde magnus domeſticus, & Thraciae praefectus, tum liberorum caeſareorum tutor, tandem, ad inſtantiam Procerum & militum, Imperator, dignitatem hanc praeclare geſtam, ut contentionum & bellorum finis fieret, cum vita monaſtica, ſub nomine Ioaſaphi, vel Ioſaphati, commutavit, atque in hac Hiſtoriam rerum ab ANDRONICIS Impp. & ſe ipſo geſtarum, ab A. 1320. ad annum 1357. ſub *Chriſtoduli* nomine, condidit, multa ad vitam politicam utilia immiſcens. Floruit A. 1360. & ſunt, qui eum usque ad A. 1374. perveniſſe exiſtimant; ſcripſitque praeterea adverſus *Iſaacum Argyrum*, & de dogmate *Barlaami* atque *Acindyni* adverſus *Paulum*, e Latinis patriarcham CPtanum, Epp. VI. ad eundem *Paulum*, Edictum pro tomo ſynodico A. C. 1347. factae excommunicationis *Ioannis Caleca*, patriarchae CPtani, Barlaamo & Acindyno faventis, & paraphraſin Ethicorum Ariſtotelis. *König* 161. *Wharthon* Append. ad Cavii H. L. 25. *Voß.* de Hiſtor. gr. l. 2. c. 29. p. 155. *Neu* in Acceſſ. ad Wheari Relect. 177. Io. Alb. *Fabricius* Bibl. gr. l. VI. 469.

XLIII.

Georgii WICELII Poſtilla, ſive Sermones in epiſtolas & euangelia de ſanctis Dei, Winter-und Sommer-Theil, ad S. victoris apud Moguntiam 1546. Cui praemittitur Oratio eccleſiae catholicae ad cariſſimum maritum ſuum Chriſtum Ieſum in magnis eius anguſtiis, inter hoſtes tam viſibiles, quam inviſibiles, qua de multitudine ſectarum, tumultibus ac diſſidiis regnorum & principatuum, atque inobedientia maliſque moribus ſuorum filiorum conqueritur. Ceterum in ipſis Sermonibus multae bonae reperiuntur ſententiae, e. g. P. I. Non tantum in Chriſtum eſſe credendum, ſed etiam confitendum, eum te ab aeterna morte redemiſſe; nec verbis duntaxat confitendum, ſed opere. p. 2. Omnia eſſe vana ac perdita, niſi obedias euangelio. p. 4. Chriſtum non dixiſſe de Ioanne definitive, Hic diſcipulus non morietur, ſed conditionaliter: *Si volo eum manere* ſive vivere. p. 31. Tempore V. T. myſterium

 fidei

fidei fuiſſe abſconditum, ut totus mundus illud non videret & intelligeret, ſicut poſtea, cum apoſtoli miſſi ſunt ad prædicandum euangelium. Fidem quidem euangelicam iam tum etiam fuiſſe, ſed in abſcondito, quoniam omnia in promiſſione ſtabant, nec eorum impletio cernebatur. Fide, per apoſtolorum aununciationem revelata, Deum miſericordem iuſtificare Iudæos & Gentiles, id eſt, pro iuſtis habere & declarare, ſecundum dicta *Geneſ.* 15, 6. *Habac.* 2, 4. p. 57. P. II. Si alterutrum ceſſare debet, melius eſſe, ut omittantur ſacrificia, quam opera miſericordiæ. p. 156.

Eiusdem Quadrageſimale catholicum, ſeu Sermones in epiſtolas & euangelia, quæ in diebus Quadrageſimæ prælegi atque explicari ſolent: item Sermones in Hiſtoriam paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti. Ibidem, anno eodem. In Epiſt. dedicat. ad OTTONEM S. R. E. Cardinalem & epiſcopum auguſtanum docet de præſtantia & utilitate ſcripturæ ſacræ: Oppido utilem eſſe eius æſtimationem, auditionem, lectionem. Nullum eſſe in toto mundo librum, cui maior firmiorque fides adhiberi poſſit debeatque: abeſſe igitur hinc debere, ipſius iudicio *Auguſtini*, argumentationes ſophiſticas, eidemque cedere debere ſcripta philoſophorum, Alcoranum, Talmudem, atque, ut famulas, Decretum & Decretales. Ex illo fonte Patres doctrinas ſuas derivaſſe, atque ex iſta ſatis inſtructa pharetra ſagittas prompſiſſe contra iudæos & hæreticos; ideoque epiſcopos & ſacerdotes eam aſſidue ante oculos habere, legere, ac meditari debere, tanquam præclarum inſtrumentum ac medium, quo apti reddantur ad munia ſua. Verbum Dei requirere a nobis fidem & opera, & hæc eum poſſe facere, qui vere credit, ſpiritu Dei. Scripturam verum ſecum ferre ſenſum, nec eſſe propriæ i. e. humanæ interpretationis, modo attendas, quis loquatur aut ſcribat, ad quem, quando, ubi, quæ ſint antecedentia & conſequentia &c. Ad rectam ſcripturæ intellectionem multum facere cognitionem linguarum, hebrææ in primis, græcæ & latinæ. In ipſis Sermonibus inter alia hæc leguntur: Bene quidem ſtare, ſi orationes, erogationes eleemoſynarum & ieiunia coniungantur, non tamen maiorem in iis ponendam eſſe fiduciam, quam in Chriſti morte cruci affixi. A 3. Certo reſpectu quemvis laicum inter chriſtianos eſſe diaconum, immo clericum. Bona & chriſtiana fidelium opera Deum remunerari

rari vita æterna, ſed per gratiam ita coronare: gratiæ enim omnino illam benignitatem eſſe, ut pro rebus minimis & viliſſimis cæleſte regnum, & tantus honor tribuatur; itaque fideles hoc tantum bonum meritis ſuis non acceptum ferre. E 2.

Georgius *Wicelius*, ſive *Vicelius*, natus Vachi in Haſſia, primum monachus, deinde ab anno 1521. usque ad 1531. lutheranus, ac paſtor niemecenſis haud procul Witteberga, propter Ioannis autem *Campani*, de arianiſmo ſuſpecti, familiaritatem carceri wittebergenſi incluſus, tandemque ſub fide ac iureiurando non amplius in terras electorales ſaxonicas revertendi dimiſſus, tutelam & requiem invenit Lipſiæ ſub Georgio Duce, poſtque eius obitum ſermones ſacros habuit Fuldæ, Moguntiæ & Coloniæ, & ſubinde quædam ſcripſit contra Lutheranos, a quibus ex hac receſſerat opinione, quod non ſatis urgerent bonorum ſtudium operum, tamque doctrina, quam diſciplina eccleſiaſtica, ſine ſectarum tumultibus, ad priſtinam poſſit reduci ſtatum ac puritatem. Ex hoc concordiæ ſtudio innotuit Auguſtis, FERDINANDO I. & MAXIMILIANO II. ita ut eum ornarent dignitate conſiliarii in ſacris, eiusque conſiliis æque, ut G. Caſſandri, uterentur. Fuit amicus Iul. *Pflugii* & Io. *Feri*, ac deceſſit Moguntiæ anno 1573. æt. 70. ſi non 72. *Kœnig* 868. *Conring* præfat. ad Wicelii Viam regiam, Thom. *Iameſius* in Vita & doctrina Wicelii, *Seckendorf* Lutheran. l. 3. p. 1802. *Lexic. univerſ. hiſtor.* T. IV. 679. I. F. *Feller* Monum. ined. T. I. 574. Scripta edidit plurima, quæ recenſentur a *Friſio* in Epit. bibl. Geſner, pag. 278. & *Callidio* in Catal. illuſt. Germ. interque ea ſunt de vera Iuſtificatione, Defenſio bonorum operum, Præconium euangelicæ gratiæ, de Eccleſia chriſtiana contra Iuſtum *Ionam*, Reſponſio ad articulos *Lutheri* de Concilio, Annotationes in Biblia wittenbergenſia, Reſponſio ad ſcripta *Eckerlingi* nomine edita, de Raptu epiſtolæ privatæ cum criminatione contra ludum Syl. *Heſſi*, Apologiam contra calumniatores, Catechiſmus eccleſiæ, & Catechiſticum examen, Querela euangelii contempti, Enarrationes in pſalmos pœnitentiales & Haggæum, atque Ordinandorum examinationes, & latuit aliquando ſub nomine Agricolæ *Phagi*, mox refutatus a Balthaſ. *Raida*. Varia de eo iudicia dabunt *Magirus* 804. *Eraſmus* ap. Crenium Animadverſ. P. V. 72. Io. *Bona* Rer. liturg. l. 1. c. 12.

Digitized by Google

c. 12. p. 117. *Sainjore* Biblioth. crit. T. II. 242. anonymus auctor der *Altchriſtl. gedancken* p. 80. in Narratione de illis p. 11. & in Abriſs der cathol. Kirche 253. 295. 352. 650. *Voſſ.* de Hiſtor. lat. 95. *Nouvelles* de la Rep. des lettres A. 1709. 138. *Lutherus* Colloq. menſal. 261. & in Gen. 19. *Rivius* apud M. Adamum de Vitis philoſ. 158. Io. *Gerhardus* Conf. cathol. 13. G. *Calixtus* de Coniug. clericor. 440. Ger. *Titius* Oſtenſ. ſummar. 91. *Vnſchuld. nachricht.* A 1711. 309. I. Fr. *Weiſſenborn* diſp. de Eccleſ. luther. non babel. 13. &, ſi quid mei licet adiungere, *Conſideratio* controverſ. cum Pontif. & Ref. 280.

XLIV.

Mart. LVTHERI Kirchen-Poſtilla, Poſtilla eccleſiaſtica, ſeu explicatio epiſtolarum & euangeliorum in omnibus dominicis & feſtis diebus per totum annum. Cum præfatione Philippi Iac. *Speneri*. Berolini 1700. Vt ſcias autem, unde nata ſint Poſtilla hæc, ſic habeto. A 1521. prodiere latina in euangelia & epiſtolas Adventus Chriſti, quæ poſtea in germanicum ſunt translata. A. 1522. Poſtilla in euangelia & epiſtolas ab Adventu usque ad dominicam I. poſt Epiphaniam. A. 1525. ab Epiphania ad paſcha. Quæ omnes partes iunctim ſumtæ, vocantur Pars brumalis, der Wintertheil der Kirchen-Poſtille. A. 1527. Pars æſtiva, der Sommertheil, ex ſparſim editis explicationibus collecta per Steph. *Roth*. A. 1528. Poſtilla feſtalia, ubi Summa poſt ſingula euangelia eſt *Bugenhagii*. A. 1543. integra, per D. Caſp. *Crucigerum*. Et hæc editio Poſtillorum habetur pro meliori inter omnes, quæ Lutheri ætate lucem viderunt. Poſteriores editiones fere omnes caſtigationem paſſæ ſunt, usque dum *Spenerus* ſingulari ſtudio eas cum veteribus conferret, & integram atque incorruptam nobis daret. *Franzius* tamen de Interpret. ſcript. S. p. 695. etiam ienenſem laudat, tanquam wittebergenſi accuratiorem. Vltima omnium eſt lipſienſis de A. 1710. El. *Frick* in Append. ad Seckendorf. lutheran. p. 2727. *Spenerus* in ſua præfatione etiam agit de hac materia, ac præterea de Lutheri donis, reformationis cauſis, & diſcrimine Poſtillorum eccleſiaſticorum & domeſticorum. Poſtilla eccleſiaſtica hæc ipſe *Lutherus* præ ceteris libris ſuis æſtimavit, ceu patet ex tractatu, Daſs die worte Chriſti noch veſt ſtehen, T. 3. ien. german. 381. nec minus Catecheſin ſuam, & librum de Servo arbitrio, teſte Melch. *Adamo* in Vita Lutheri 170. Eadem commendantur a *Matheſio* in Hiſt.

Hiſt. Lutheri 30. *Carpzovio* in Explicat. Hodeget. pat. 271. *Spenero* in præfat. prædicta, A. H. *Franckio* in Obſervat. bibl. 445. & *Crenio* de libris Scriptor. optim. 20.

P. 100. *Epikia* (ἐπιείκεια) *Phil.* IV, 5. æquitas, clementia, commoditas, quod germanice neſcio aliter reddere, quam Gelindigkeit, qua ſe quis alteri accommodat, eique ſervire & placere cupit. *Latinus interpres* reddidit *Modeſtiam*; & quidem bene: niſi modeſtia vulgo intelligeretur de potu, cibo, & veſtitu.

In fonte, & meo quidem exemplari, extat *adiectivum neutrum* τὸ ἐπιεικές. Nec ſolum latinus interpres, ſed etiam *Eraſmus*, & Henr. *Stephanus* reddunt modeſtiam. Ad hæc, latinum *Modeſtia* etiam ad mores refertur. Io. Caſp. *Grunevvald* Dubior. grammat. dub. V. dodec. III. p. 42.

XLV.

Mart. LVTHERI Hus-Poſtilla, Poſtilla domeſtica, ſaxonico idiomate. Wittebergæ 1582. Sunt illa in euangelia dominicalia, & feſtalia potiora, integrum per annum, iam recognita & aucta, cum explicatione hiſtoriæ paſſionis Chriſti. Recuſa ſunt Luneburgi A. 1637. 8. Enim vero Lutherus, ut boni patris familias munus obiret, & patriarcharum V. T. veſtigia premeret, quoties cunque publicis concionibus vacare non licebat, prædicavit in dominicis familiæ ſuæ, euangelicam explicans pericopen. Conciones haſce calamo excepit eius commenſalis Vitus *Dietericus*, cumque eas editurus exhiberet Luthero, hic propoſitum adprobavit, ſicut ex ipſius præfatione, noſtro etiam volumini præmiſſa, apparet. Michaël *Röting* latina ea edidit A. 1545. Sunt & alia Poſtilla domeſtica, quæ M. Georg. *Rorarius* (Rörer) e concionibus a Luthero domi habitis, atque a ſe veloci manu exceptis collegit, in earumque marginibus, quando & ubi dictæ fuerint, annotavit. Hæc demum poſt Lutheri obitum in publico comparuere, tantæ in Saxonia electorali auctoritatis, ut ſynodali decreto præſcriptum fuerit, ludimagiſtros debere illa in filialibus, ubi Paſtores declamare nequeant, eccleſiæ prælegere. El. *Frick* in Append. ad Lutheran. Seckendorf. 2730. Et Vitus *Dietericus*, ſicut ipſe ſcribit in præfatione hic præmiſſa, vult eadem eſſe formam ſanæ doctrinæ,

quam imitari debeant Paſtores non ſatis eruditi, & patres familias proponere liberis, miniſtris, ſervis atque ancillis ſuis. Figuræ in hoc volumine ſunt magnam partem Lucæ *Kranachii*, quippe cuius ſignum conſpicitur p. 119. 146. & alibi. De Poſtillis Lutheri ſaxonici idiomatis vide *Spenerum* in præfat. in Poſtilla eccleſiaſt. d. Denique notandum, *Daumium*, ut ipſe refert in ep. ad Io. Fidlerum, habuiſſe IIX. tomos concionum MSStarum Lutheri, quæ nondum lucem viderunt, a M. Georg. Rorario & Stolſio olim exceptarum. Vide Godofr. *Ludovici* Hiſtor. Rector. & gymnaſ. ſcholarumque celebr. P. III. 108.

XLVI.

GEORGII, Principis anhaltini, Conciones & alia ſcripta, germanice. Francofurti 1561. Prima editio prodiit A. 1555. altera, ni fallor, hæc noſtra; tertia ante annum 1570. quarta, eaque latine reddita per Chriſtoph. *Pezelium*, A. 1570. quinta iterum germanice A. 1576. Continentur hic 1) *Sermones* de nativitate, paſſione, ſepultura & reſurectione Chriſti, deque ſacramento altaris, falſis prophetis, & coniugio, in *Pſ* 128. 2) de auctoritate & lectione Scripturæ ſacræ. p. 298. 3) Adhortatio ad iuventutem, ut ſibi caveat a ſcortatione. p. 300. 4) *Epiſtolæ*, de initio reformationis deſſavienſis, & Nic. *Hauſmanno*, ac (Georg. *Helto*) *Forcheimio*. p. 302. de doctrina & cærimoniis. p. 311. deque coniugio clericorum. p. 346. 5) G. *Maioris* oratio de Principe Georgio, Mich. *Mackreyi* Oratio funebris, & G. *Maioris* concio funebris in eiusdem honorem, atque epicedia. p. 378. 386. 397. Operi autem præmittitur 1. Principis illius effigies. 2. Philippi *Melanchthonis* præfatio, ſeu epiſtola dedicatoria de divina eccleſiæ inter tot ſectas & hoſtes conſervatione, & laude horum ſcriptorum, eorumque auctore. 3. Contenta huius operis. 4. Deſcriptio huius Principis per Ioach. *Camerarium*.

Georgius, natus patre *Erneſto*, Principe anhaltino, & matre *Margaretha* Duce münſterbergenſi, initio iuriſprudentiam didicit, atque apud ALBERTVM, Cardinalem & Electorem moguntinum conſiliarii aulici munus obiit: poſtea autem, lectis Lutheri ſcriptis, hauſtisque græca & ebraica linguis, doctrinam eccleſiarum euangelicarum amplexus, ſuæ ditionis eccleſias inſtauravit; in

in cœlibe vita caſte vixit, Capitulum magdeburgenſe & martisburgenſe, illius præpoſitus, huius epiſcopus, præclare rexit, AVGVSTVM Saxoniæ Electorem cum ANNA Regis Dan. filia matrimonii vinculo copulavit, annuis in Synodis orationes latinas graves & utiles, atque a *Melanchthone* præſcriptas, in paſtorum præſentia recitavit, eorumque ſtipendia ante obitum ſuum, qui ſecutus eſt Deſſaviæ A. 1553. d. 17. Octob. æt. 47. aliquo modo adauxit, ſibi pariter comparans famam nominis maiorem atque immortalem. Melch. *Adamus* in Vitis theol. 245. *Melanchthon* præfat. in Tomum V. Opp. Lutheri, e qua pæne tota deſcripta eſt oratio Tom. III. Select. declam. Philippi p. 183. *Seckendorf* Hiſtor. lutheran. ad A. 1534. p. 1413. 1423. 2119. & C. *Cellar.* in Orat. X. 202. Perſpicuo dicendi genere uſus eſt, nec mutationibus obnoxius in vita & moribus ſuis, vereque de eo dici poteſt, *omnibus, quæ in clerico requiruntur, virtutibus inſtructum fuiſſe, ita ut decus eſſet ſuo tempore, & poſteris exemplum praberet incomparabile. Si quis etiam huius Principis ſcripta legerit, & veræ deditus fuerit pietati, is præclaras dotes, quibus eum Deus ornavit, maximi æſtimabit, & fatebitur, vix ei ullum temporis illius doctorem iure præferri poſſe:* quæ ſunt verba *Seckendorfii* p. 2326. *Hutterus* in Form. concord. p. 1041. & *Gerhard.* Method. ſtud. theol. 149. vocant piiſſimum, *Waltherus* Offic. bibl. 376. feliciſſimæ recordationis, & Io. *Micralius* Hiſtor. eccl. l. 3. p. 753. eminentiſſimum inter noſtrates theologos. *Fechtius* in Diſſert. de nobilit. ſtudii theol. §. 24. ſcribit, *ita eum theologiæ ſtudio incubuiſſe, ut, cum ex illuſtriſſimo ſtemmate natus eſſet, longe tamen illuſtriorem lucem religioni ipſi, eiusque ſalutari emendationi, editis inæſtimabilibus divini ingenii, quæque ad hanc usque ætatem exſtant, monumentis & intulerit ipſe, & eandem ſimul acceperit.* Plures, qui de eo egerunt, excitat Reinh. Henr. *Rollius* in Biblioth. nobil. theol. p. 48.

Chriſtoph. Iac. BLVMII Concio funebris in obitum sereniſſimi RVDOLPHI AVGVSTI, Ducis brunsv. & luneb. e *Pſ.* 92, 13-16. Brunsvigæ 1704.

Blumius hic, vir litteratiſſimus, paſtor ſenior brunsvicenſis ad S. Catharinæ, Collegiique S. Matthæi decanus, & ſer. Ducis Saxo-Vinarienſis conſiliarius eccleſiaſticus & conſiſtorialis, animam Deo reddidit Brunsvigæ A, 1712. æt. 58.

Alberti Fidleri KNOPFII Concio in funere ſeren. ELISABETHAE IVLIANAE, Ducis Brunsvic. ac Lun. natæ Ducis Sleſvico-Holſatæ, ex ep. ad Ebr. 12, 22. 23. 24. Wolffenbuttelii 1704.

A. F. *Knopf*, Groninga-halberſtadienſis, primum diaconus eccl. aulicæ wolffenbuttelenſis, deinde inſpector regius, & paſtor prim. mindenſis, obiit A. 1715. æt. 50. ſcripſitque diſputationem de Moralitate facti *Simſonis*, polemica quædam, Conciones caſuales, & Præfationes in Biblia mindenſia, atque *Arndii* Verum chriſtianiſmum.

Conr. Gottfr. BLANCKENBERGII Concio in funere D. Phil. Iac. *Speneri*, ex *Rom.* 8, 10. cum Concione ipſius *Speneri* in eundem textum, olim ab eo habita, & Catalogo ſcriptorum ab eod. editorum. Francofurti ad Moenum 1705.

C. G. *Blanckenberg*, Ylzena-luneburgicus, primum eccl. in ſuburbio wolffenbuttel. paſtor, inde hohenſtedtenſis in terris hanoveranis, tum vice-præpoſitus, ſive adiunctus Speneri, ac denique poſt eius obitum Præpoſitus, & paſtor berolienſis ad S. Nicolai, morbo, ut vocant, pectorali occubuit A. 1712. æt. 55.

Deſcriptio vitæ ac mortis Frid. Lud. *Reichii*, auctore Iuſto Chriſtoph. BOEHMERO. Helmſtadii 1715.

Iuſt. Chriſtoph. *Böhmer*, hanoveranus, primum polit. & eloq. iam vero, cum Doctoris titulo, theol. & eloq. profeſſor in academia Iulia, pluribus ſcriptis, quæ ſuo a nobis tempore recenſebuntur, clarus, ſcitæ & amoenæ eloquentiæ laude floret, atque elegantioribus theologis annumerari meretur.

Lucæ Henr. THERINGII Concio in funere Ferdin. Helfreichi *Lichtſcheidii*, e pſal. 71, 7. Coloniæ ad Spream 1707.

L. H. *Thering*, natus Stendaliæ in Marchia A. 1648. archidiaconus ad S. Petri, & Miniſterii ſenior, edidit tempore peſtis Cogitationes mortis, Abſconditum & noviter repertum theſaurum, e ſcriptis Lutheri erutum, Theologiam moralem emblematicam, & Theologiam in ſymbolis, omnia germanice, & Tirocinium linguæ ebraicæ, atque etiam nunc vivit.

Io. Chriſtoph. BIELEFELDII Concio in funere D. Io. Ern. *Gerhardi*, ex ep. Phil. 3, 7-12. Gieſſæ A. 1707.

I. C.

I. C. *Bielefeld*, ſupremi Senatus eccleſiaſtici aſſeſſor, Superint. primus, ac theol. D. & prof. princeps, in acad. claret gieſſenſi.

Frid. WEISII Concio in funere D. Io. Eiſenharti, ex Apocal. Ioannis 14, 13.

Frid. *Weiſe*, Camburgo-thuringus, natus A. 1649. primum Facult. philoſoph. ienenſ. Adiunctus, deinde Bergæ ad Elyſtrum inter Variſcos, aut ſi mavis Oſterlandos, paſtorum primus, poſtea Numburgi in Miſnia concionator cathedralis & ſcholæ inſpector, inde Quedlinburgi a concionibus aulicis conſiliisque conſiſtorial. & eccleſiaſticis, pariterque Gymnaſii inſpector, denique Helmſtadii paſtor primarius, Superintendens generalis, & S. theol. D. ac profeſſor ordinarius, vir pietate, induſtria, zelo, & antiqua fide inclytus, orbi erudito dedit 1) diſpp. de Voto, Virtute hervoica, Virtutibus gentilitiis, Natura hermen. Officio hermeneutæ, de Interpretatione, Interpretatione falſa, Crimine falſi, Senſu, Damnis proximo illatis, Vita æterna, & Renatis, an peccent. 2) Tractatus, & quidem de Iure patrio, qui & germanice redditus, notisque eſt illuſtratus, de Herŏe, Luce naturæ luci gratiæ prælucente, Reſolutionem catechiſmi Lutheri in quæſtiones, Commentarium in ep. ad Galatas, & Sanctuarium euangelicum. 3) Programmata de Vnctione, Filii Dei incarnatione ac nativitate, Ieſu Chriſti educatione, Pericopis euangelicis & apoſtolicis, Miniſterio verbi eiusque dignitate, Studio biblico, Deique cura circa eccleſiam. 4) Varias conciones funebres.

Deſcriptio iobelæi coniugalis, quem celebrarunt Brunſvigæ Henric. *Haeſeler* & Gertrud. Maria Eltzenia, poſt elapſos 50. annos coniugii. Vbi 1) commemorantur circumſtantiæ pompæ, qua itum eſt ad eccleſiam, & alia. 2) exhibetur concio tunc habita a Iord. BODENIO, e Pſ. 115, 13. 3) Auguſti *Heſeleri*, pueri & nepotis denuo ſponſorum, oratio de ſenectute, quæ ſimilis eſt florenti iuventuti, cum gratiarum actione ad ſeren. Ducem *Antonium Vlricum*. 4) Chriſtoph. Iac. BLVMII Narratio de variis annis iobelæis, ac præcipue coniugalibus: additurque Catalogus eorum coniugum, qui vel ſolemniter eiusmodi feſtivitates celebrarunt, vel certe tam longævi fuerunt. 5) Phil. Iul. REHTMEIERI Myſterium perfectionis numeri LXXIII. 6) Variorum Acclamationes & gratulationes ad novos coniuges.

XLVII.

Io. BRENTII CXXII. Conciones ſive Sermones in Acta apoſtolorum, germanice. Noribergæ, 1551. In Dedicatione ad Ioannem Schopperum, abbatem heylbrunnenſem, celebrat auctor præſtantiam illius libri, quippe in quo non tantam itinera & miracula apoſtolorum, verum etiam ſaluberrimæ eorum prædicationes ſive inſtructiones deſcribantur, & quatuor præclara adfert dicta in iis extantia, quaſi totidem pretioſiſſimas gemmas, quibus conciones illæ ornatæ ſint, meritoque ſuperbiant.

XLIIX.

EIVSDEM Conciones in Catechiſmum, translatæ ab Hartm. *Beyero* in germanicum idioma. Francofurti 1552. Recuſæ Norimbergæ A. 1565. 8. Cum figuris, ſingulis Catechiſmi partibus, in earum ornamentum, præfixis, in quibus tamen hiſtoria ſacra ab artificibus non adeo bene fuit obſervata: nam p. 116. ubi explicatio Symboli apoſtolici incipit, ſedet Maria Servatoris noſtri mater in medio apoſtolorum, & ipſa æque, ac apoſtoli, habens in capite *linguam ignitam*: p. 167. ad Orationem dominicam, duo homines, alter ſtans, alter genibus innixus, ſiſtuntur precantes *cum roſariis*: p. 213. Moſes *cornutus* legem a Deo accipit: & p. 346. ubi tractatur de S. cœna a Chriſto inſtituta, Chriſtus & diſcipuli eius menſæ non adcumbunt, ſed *adſidentes* more hodie recepto.

Hartm. *Beyer*, francofurtenſis, Iac. *Micylli* & Io. *Moſeri*, deinde etiam *Lutheri*, *Melanchthonis* aliorumque in academia wittebergenſi diſcipulus, talem ſe in miniſterio eccleſiaſtico, quod ipſi a Senatu Reip. patriæ iniunctum fuerat, geſſit, qualem illius dignitas, & conſcientiæ ratio poſtulabat. Inſtructus erat rerum theologicarum, artium, diſciplinarum, & linguarum ſcientia, hisque, quod omnium optimum maximeque laudabile, acceſſit vitæ morumque integritas & innocentia, ac tanta animi humilitas, ut nunquam ſe aliis doctrina præſtantiorem, rerumve uſu ſuperiorem iactaverit. In motibus interimiſticis variam ſenſit fortunam: nam & loco ſuo deiectus, mox tamen in integrum reſtitutus fuit. Scripſit non tantum Quæſtiones ſphæricas, ſed etiam in omnes SS. bibliorum libros Commentaria, Epitomen bibliorum, ſubque Andr. *Epitomi* no-

Digitized by Google

nomine quædam de Miſſa contra *Sidonium* epiſcopum, & non nulla contra Theobald. *Thamerum.* Melch. *Adamus* in Vitis theol. 516.

Io. BRENTII Conciones in euangelia feſtalia, germanice verſæ a Iac. *Grettero.* Cum aliquot aliis eiusdem Brentii Concionibus. Francofurti 1561. Atque hæ Conciones, quæ illis acceſſere, agunt de grandine & tempeſtate, de officio Magiſtratus & patrum familias, de vocatione ſive officio quorumvis hominum, de expeditione bellica contra Turcas, de oratione pro impetranda pace, deque encæniis, ſive beneficiis, quæ Deus per ædes ſacras parochiales erogat.

Io. BRENTII Conciones in pericopas euangelicas, quæ in eccleſia quotannis præleguntur & explicantur, ex latino in germanicum translatæ a Iac. *Grettero.* Francofurti 1562. Brentius haſce Conciones non ipſe litteris mandavit, ſed tantum in ſchedis pro memoria quædam latine conſignavit, e quibus poſtea Gretterus formavit Conciones ſtilo uſus latino, quas iam in uſum eorum, qui latinæ linguæ imperiti ſunt, teutonico induit habitu, in dedicatione ad Fridericum Comitem limburgenſem de uſu docens atque abuſu bonorum operum.

Iac. *Gretter,* eccleſiaſtes, ut videtur, Halæ Suevorum, edidit quoque homiliam de beatitudine, floruitque declinante ſæculo XVI.

XLIX.

Iac. RAVPPII Bibliothecæ portatilis Pars practica. Francofurti 1663. Eſt Theologiæ practicæ Syſtema integrum, ſecundum ordinem Locorum theologicorum, quos auctor in quarta, ut loquuntur, forma ediderat, digeſtum, in uſum non modo ſuum ipſius, ſed & miniſtrorum eccleſiæ, huiusque officii candidatorum, in primis pauperum, ut ſepelleſtilem haberent ad formandos ſermones ſacros, quos homilias ſive conciones vocant. Neque vero omnia, quæ hic traduntur, in ſuggeſtum ſunt afferenda, ſed eorum delectus faciendus, ſciendumque, non nulla tantum pro paſtorum vel ſtudioſorum cognitione conſignata eſſe. Sunt autem omnia excerpta e melioribus atque gravioribus, quos auctor hoc in ſtudiorum genere habebat, ſcriptoribus. Pau-

cis:

Digitized by Google

cis: Bibliothecam homileticam hic habes in compendio, Iliada in nuce. Et, ſi ei adiungas Bibliothecam eiusdem portatilem, ſive Ianuam S. theologiæ, & Syſtema locorum theologicorum, integram habebis bibliothecam, qua contentus eſſe poteris, ſive in militia, ſive alibi obeundum tibi ſit munus ſacrum. Certe non defuere concionatores bellici, qui hoc conſilium ſecuti res ſuas præclare potuerunt peragere, reverſique magnas pro eo gratias egerunt. Indici ſubiunguntur Poſtilla poſtillorum, in quibus dantur diſpoſitiones, eæque plures, concionum varii generis, videlicet ad explicandos textus euangelicos p. 1. feſtales. 78. epiſtolicos. 104. feſtales. 120. paſſionales. 135. pœnitentiales. 141. connubiales. 191. encæniales. 200. & exequiales. 202. Tale hoc eſt promtuarium, quod ne quidem L. annorum ſpatio totum exhaurias.

Iac. *Rauppius*, paſtor herleshuſanus in comitatu hohenloico, ſuo illo excerpendi labore præclare meritus de pauperibus ſtudioſis & miniſtris eccleſiæ, Synopticum ſuum in univerſa Biblia commentarium, ut emtorum ſumtibus parceret, in epitomen redegit, & Aphoriſmos biblicos inſcripſit, edidit quoque Memoriale biblicum, extinctus A. 1667. æt. 63. Equidem Aug. *Pfeifferus* de eius Annotationibus biblicis duriuſculum fert iudicium, in Theſ. hermen. p. 521. ſcribens, eas æque, ac Friedliebianas, ſæpius *ſine magno iudicio*, & aliquando *fide ſubleſta* conſarcinatas eſſe; ſed mitius cenſent *Theologi ienenſes* in Teſtimonio Bibliothecæ portatili præfixo, dum aiunt, *ſe ſe non dubitare, cordatos quoslibet auctori bona verba dicturos, & congratulaturos eſſe de labore improbo exantlato, quem in evolvendis auctoribus probatiſſimis impenderit, & nucleum a cortice ſeiunxerit.*

L.

Chriſtiani Ludovici ERMISHII Kirchen-Redner, i. e. Orator eccleſiaſticus, ſeu Conciones in euangelia, epiſtolas & pſalmos. Tomi II. Lipſiæ 1716. Et binæ quidem in pericopas euangelicas, unæ autem in epiſtolicas, & ſelectiora dicta pſalmorum. In quibus auctor non longe lateque vagatur, atque a textu diſcedit, & ambitioſis frequentibusque capitum & verſuum S. ſcripturæ citationibus gloriolam captat, ſed præſenti textui inſiſtit, eumque perſpicue explicat, & doctrinam fundamentalem inde cum

ad-

adhortatione deducit ac derivat, in uſum auditorum, id curans, ut prodeſſe queat, non autem ut methodo artificiali, ſeu potius abſona & contorta, ludos faciat.

Chriſt. Lud. *Ermiſch*, natus Cellis in Ducatu luneburgico A. 1652. 15. Nov. S. theol. D. & eccleſiarum ac ſcholarum brunſvicenſium Superintendens, vir diſertus, gravis ac laborioſus, edidit præter diſputationem inauguralem de Catena aurea cauſarum ſalutis, ex *Io*. 3, 16. ſub F. V. Calixti moderamine habitam, alios quoque ſermones ſub titulo Triplicis euangelicæ delectationis animi, *der dreyfachen evangel. Herzens-luſt*, Miſcellaneas conciones, Florilegium, Sermones poenitentiales, & Spicilegium biblicum, edendaque promittit in latino idiomate Theologiam hiſtoricam N. Tti per omnes locos theologicos & per omnia a N. C ſæcula, Auguſtanam confeſſionem cum notis variorum ex diverſis religionibus, Colloquia theologica ſollemnia diſputatoria a ſæc. I. usque ad reformationem, & Varia litteraria; vernaculo autem omnia Concilia germanica a ſæc. IV. in Germania celebrata, Breves annotationes in euangeliſtas, Conciones paſſionales, & catecheticas, & Continuationem concionum miſcellanearum, aliarumque. Cui propoſito felicem adprecamur ſucceſſum.

LI.

Simonis VAN LEEVWEN Corpus iuris civilis. Amſtelodami 1663. Conſtat Pandectis ad florentinum archetypum expreſſis, Inſtitutionibus, Codice & Novellis, addito textu græco, cum notis Dionyſii *Gothofredi*. Præter IVSTINIANI Edicta, LEONIS & aliorum Impp. Novellas, ac Canones apoſtolorum, græce & latine, Feudorum libros, Leges XII. tabularum, & alios ad ius pertinentes Tractatus, Faſtos conſulares, Indicesque titulorum ac legum, & quæcunque in ultimis pariſienſi vel lugdunenſi editionibus continentur, huic editioni nove acceſſerunt *Pauli* receptæ ſententiæ cum ſelectis notis Iac. *Cuiacii*, & ſparſim ad univerſum Corpus Ant. *Anſelmi* Obſervationes ſingulares, Remiſſiones & Notæ Iuris civilis, canonici & noviſſimi, ac in praxi recepti differentiam continentes, denique Lectiones variæ & Notæ ſelectæ *Auguſtini*, *Bellonii*, *Goveani*, *Cuiacii*, *Duareni*, *Ruſſardi*, *Hotomanni*, *Contii*, *Roberti*, *Ravardi*, *Charonda*, *Grotii*, *Salmaſii* & aliorum.

Typographi ad Lectorem gloriantur, ſeque optimo iure gloriari poſſe aiunt, nunquam antea emendatius Iuris Corpus in lucem prodiiſſe, operam ad hoc ſuam conferentibus Conr. *Gœdenhuſio* IC. & Corn. *Schrevelio*, Med. D. Gymnaſiique lugdunenſis rectore. Recuſum eſt, ut de prioribus editionibus taceamus, Lipſiæ A. 1705. in 4. maiori, (Francofurti ad Mœnum A. 1713. 8.) atque nunc iterum ibidem recuditur. Confectum autem eſt hoc Corpus iuris civilis, exceptis Novellis, quæ poſt mortem demum IVSTINIANI privato cuiusdam auſu, teſte *Stephano* Proœm. in Novel. IVSTIN. p. 14. collectæ creduntur, a *Triboniano* aliisque gravisſimis ei aſſociatis ICtis: de quo vide Vinc. *Placcii* Inſtitutiones reconcinnatas, Io. *Eichelii* Notas in Procopii Ἀνέκδοτα, & Fran. *Hotomanni* Antitribonianum.

Tribonianus, pamphylius, celebris ICtus, ſplendidisque a IVSTINIANO muneribus admotus, fuit enim Magiſter Exquæſtor S. Palatii & Exconſul, ſed ob populi contra eum irati tumultum depoſitus, ac poſtea reſtitutus in integrum, laude quidem eruditionis floruit, ſed ob avaritiam & turpis lucri ſtudium, quo leges ſæpius mutaverit, atque Imperatorem ad mala ſeduxerit, peſſime audivit. G. *Calixtus* Theol. mor. 109. *König* 817. *Lexic. univerſ. hiſt.* T. IV. 576. *Magirus* 783. *Pope-Blount* 321. *Schoock.* Epiſt. de lege regia p. 5. *Rupertus* in Synopſ. Beſoldi 506. illuſtris *Thomaſius* in Kleinteutſch. Schriften 641. cl. I. W. *Gœbel* Orat. de cauſ. corrig. Iurisprud. 20. *Dippel* 622.

Dionyſ. *Gothofredus*, pariſienſis, Iuris doctor & profeſſor primum genevenſis, deinde, cum ad Iuræ montis radices, ab HENRICO IV. vocatus, tres præfecturas adminiſtraſſet, & dignitate conſiliarii Curiæ parlamentariæ ſupremæ gaviſus eſſet, argentinenſis & heidelbergenſis alternis vicibus, donec ob turbas germanicas Argentoratum rediret tertium, in ædibus Matth. Berneggeri privatam degens vitam, quidquid mortale habebat depoſuit anno 1622. æt. 73. Expetitus etiam fuit a Batavis, & denuo a Rege chriſtianiſſimo, ſed noluit decedere e Germania, tantaque etiam in ſenectute valuit memoria, ut præcipua auctorum loca promte edere ac recitare ſciret, vir certe ſcriptis iuridicis & philologicis, quorum catalogus apud *Wittium*, celebratiſſimus, & ICtus ſui ſæculi maximus. *Witte* Memor. ICtor. p. 86. *König* 355. *Lexic.* univ. hiſtor. T. II. 275. *Magirus* 396.

Sim.

Sim. *van Leuvven*, ICtus batavus, vulgavit etiam Obſervationes in Witſeni tractatum de Avaria, libellum de origine, progreſſu, uſu atque auctoritate Iuris civilis, & Cenſuram forenſem theoricam & practicam, floruitque anno 63. ſæculi XVII.

LII.

Corpus iuris canonici, a Petro & Franciſco PITHOEO reſtitutum & notis illuſtratum. Iuxta exemplar pariſienſe A. 1687. Lipſiæ 1705. Quæ editio illam & elegantia & accuratione vere æmulata eſt. Præmittitur hic 1) Claudii *le Peletier* ad Mich. *le Tellier* Franciæ cancellarium epiſtola dedicatoria, in qua eius virtutes ac merita celebrat. 2) Petri Pithoei Vita, & Teſtamentum. 3) de Petro & Fran. Pithoeo clariſſimorum virorum teſtimonia. 4) Vtriusque tumulus. 5) Fran. *Deſmares* præfatio de editione pariſienſi. 6) Pet. *Pithoei* Synopſis hiſtorica eorum, qui canones & decreta eccleſiaſtica collegerunt. 7) GREGORII Papæ XIII. Diploma de privilegio imprimendi & vendendi Corpus iuris canonici emendatum & correctum, & cavendis eius mutationibus. Ipſum autem Ius canonicum conſtat duobus voluminibus, quorum alterum eſt Decretum, alterum Decretales, videlicet epiſtolæ. Decreti Partes ſunt III. Prima pars habet Diſtinctiones CI. Secunda Cauſas XXXVI. Atque hæc pars continet etiam tractatum de Pœnitentia, qui inter Cauſæ XXXIII. quæſtionem 3. & 4. interiectus eſt. Tertia eſt de Conſecratione, habetque Diſtinctiones V. Decretalium itidem III. poſſunt conſtitui Partes: Prima pars ſpeciatim Decretalium nomen retinet, & habet libros V. appellaturque *Extra*. Secunda dicitur *Sextus*, ſcilicet liber, qui & ipſe habet libros V. Nota, omnes Secundæ huius Partis titulos haberi etiam in I. Parte, ſed non vice verſa; & quidem eodem in libro, non autem titulo eodem. Tertia Decretalium Pars eſt Conſtitutionum, & habet 1) Conſtitutiones Clementinas. Sunt & hic V. libri, & omnes tituli in Prima quoque Decretalium Parte contenti, non contra, eodem libro, non titulo. 2) Conſtitutiones Extravagantes, quæ ſunt IOANNIS Papæ XXII. 3) Extravagantes communes, quæ diverſorum ſunt Pontificum; atque harum rurſus V. libri ſunt, & omnes quoque tituli eodem in libro, ſicut in Prima Decretalium Parte. Operi noſtro ſubiuncta

eſt Appendix, continens 1) librum Septimum Decretalium, A. 1590. a Pet. *Matthæo* editum, 2) Io. Pauli *Lancelotti* Inſtitutiones Iuris canonici. Præfatio (Frid. Ben. *Carpzovii*) Pithoeorum fratrum utiliſſ. atque illuſtriſſ. laudat laborem. *Placcius* de Anon. 206. Decretum in Iure canonico ſe habet, ut Digeſta in Corpore iuris civilis; Decretales in ſpecie, quæ etiam dicuntur *Extra*, ut Codex; Sextus vero & Conſtitutiones, item Extravagantes IOANNIS XXII. & Extravagantes communes, ut Novellæ. Vid. *Vulteius* in Prolegom. in Iurisprud. p. 40. & Io. *Serpilius* in Compendioſa totius Iuris canon. declinatione. Decreti collector eſt *Gratianus*, qui tamen non fecit delectum auctorum, e quibus collegit, plurimisque in locis excitat Chryſoſtomum, tanquam auctorem Operis imperfecti, & Hieronymum pro Origene; interdum etiam adfert ſententias parum convenientes, aut mutilatas, & canones ſæpe inaniter accumulat, non nullos quoque adducit alicubi, qui ex veteri diſciplina ſui temporis ſtatui eccleſiaſtico prorſus repugnant, neque in allegandis legibus romanis uſus eſt codice Theodoſiano, ſed Aniani interpretationibus. *Bellarm.* de Scriptor. eccleſ. 233. 234. *Gloſſ.* ad Diſt. 36. c. 3. *Melanchthon* in Sentent. Patrum de S. cœna B 8. C 2. Caſp. *Ziegler* de orig. & increm. Iur. canon. §. 38. Decretales collegit Raymundus *a Pennaforti*; Additiones autem Decretalium ſunt Fran. *Pegne*, hiſpani; ſicut Numeri & Summaria, ſingulis præfixa capitibus, auctorem habent Ant. *Contium*, & Canonibus ſingulis additæ Notæ Io. *Doniatium*, teſte *Placcio* de Anonym. 205. 206. 209. Gloſſatores autem Corporis iur. canon. ſunt Laur. *Cremenſis*, Vincent. *Caſtilioneus* mediolanenſis, *Hugo* ſeu *Hugut* vercellenſis, & Io. *Seneca* teutonicus. *Placc.* de Anon. 215. & *Gerhard* Conf. cathol. 1267. Ceterum de Iure canonico videantur *Agrippa* de Van. ſcient. c. 92. *Luther* T. III. ien. german. 388. *Capella* de Cognit. libror. Iur. can. Ant. *Auguſtinus* de Emendat. Gratiani, cum Annotat. Ger. *Von Maſtricht*, Io. *Werner* diſp. de Orig. uſu & auctorit. Iur. can. in foro civili, *Dannhauer* Theol. conſcient. T. I. 949. Fran. *Florens* de Orig. arte & auctorit. Iur. canon. (in Tomo II. Conlect. libr. rar. 209.) *Schilter* Inſtit. iur. canon. l. 1. tit. 2. Bened. *Carpzov.* ep. dedic. Iurisprud. conſiſtor. *Keyſer* in Hiſtoria iuris; *Chytræus* orat. de ſtud. theol. recte inſtit. D 3. Ioan. *Strauch* Amœnit. iur. canon.

p. 23.

Digitized by Google

p. 23. Chriſtian. *Thomaſius* præfat. in Lancelotti Inſtitut. iur. canon. cl. *Keſtnerus* de Iurisprud. papiz. 35. Io. Alb. *Fabricius* Biblioth. lat. 843. & in Supplem. 338. De Decretalium auctore legi poſſunt *Ziegler* præfat. in Lancolotti Inſtitit. iur. canon. §. 69. & in Diſſert. prædicta §. 67. celeber. Iuſt. Henn. *Boehmer* in Iure eccleſ. Proteſtant. *Hildebrand* de Nupt. vet. chriſtianor. L 3. *Caſaubonus* Exercitat. p. 370. & plures alii a *Crenio* citati P. XVIII. Animadv. p. 73. De Sexti Decretalium auctoritate in Gallia Io. *Wuſer* in not. ad Orat. inauguralem 141. & *Extracta menſtrua* A. 1701. m. Ianuar. p. 70. deque ſeptimo idem *Wüſer* 140. Optima Decretalium editio eſt pariſina in 8. mai. teſte *Daumio* Epp. p. 14. Spuriæ Decretales ſunt, quæ SIRICIVM Papam præcedunt. *Perroniana* 107. *Papebroch.* in Actis erud. A. 1698. 82. & *Blondellus* Prolegom. in Pſeudo-Iſidoro & Turriano vapul. 77. Et magna parte Decretalium atque Clementinarum, iudice *Wicelio* in Via regia p. 101. carere poſſemus. Quare autem *Lutherus* Ius canonicum combuſſerit, ipſe exponit Tomo II. Opp. latin. ienenſ. 316. & videantur *Ziegler* Diſſert. alleg. §. 64. atque Henr. *Linck* in Diſc. prælimin. commentarii in Decretales l. 2.

Diſt. X. c. 9. p. 9. (liceat enim ſic allegare, perſpicuitatis cauſſa) De Capitulis vel Præceptis imperialibus veſtris, veſtrorumque *Pontificum* prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis & conſervandis.	Vocabulum *Pontificum* eſt delendum, *Conring* de Orig. Iur. germ. c. 17. p. 93.
Diſt. XXXVII. c. 7. p. 50. Beatus Hieronymus *ab angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat.*	*Fabula* hæc exploditur ab *Eraſmo* in Vita Hieronymi, & in G. *Richteri* Epp. p. 96.
Diſt. LXIII. c. 22. 23. p. 85. de Iure Imperatoris in electione pontificis. Hæc quidem capita *Bellarminus*, *Baronium* ſecutus, habet *pro confictis*, lib. de ſcriptor. eccleſ. p. 233.	Quidquid ſit de hiſce Bullis, id certum eſt, *ius illud ab Imperatore exercitum*, omnesque Pontifices rom. nec non archiepiſcopos & epiſcopos pedum epiſcopale ab Imperatore accepiſſe, donec rem omnem turba-

baret GREGORIVS VII. *Conring* diſp. de Imperatore rom. german. §. 49.

C. 30. p. 86. *Pactum* Conſtitutionis Imp. I. Ludovici cum rom. Pontificibus. Quo Papæ *indatur libere imperandi in urbe eiusque provinciis*, & Imperator *iuri ſuo renuntiat in electione Pontificis*.

Neutrum ceſſit LVDOVICVS I. ut pluribus docet auctor *Iuris Imperatoris in Italiam*, annexus Io. Sylv. *Germani* Statui Imperii german. p. 18.

Cauſa XXIV. c. 15. p. 333. Eius (S. Petri) ſedes primitus apud vos (Antiochiæ) fuit: quæ poſtea, iubente Domino, *Romam translata eſt*.

At vide auctorem des *Moyens pour convaincre les heretiques*, T. I. 63.

De Conſecrat. Diſt. II. c. 16. p. 455. Item *Fabianus* Papa ait.

Burchardus hoc tribuit SYLVERIO, teſte *Galeno* Catech. CXLII. p. 454.

C. 42. p. 458. Berengarius confitetur, verum Chriſti corpus non poſſe ſenſualiter niſi in ſolo ſacramento manibus ſacerdotum *tractari*, vel *frangi*, aut fidelium *dentibus atteri*.

Huius formulæ hodie pudet Romano-catholicos, ut *Boſſuetus* iam dicat, non corpus, ſed *accidentia* dentibus frangi, albedinem & rotunditatem. *Basnage* Hiſt. de religione reform. eccleſiar. c. 9. (in Actis erudit. A. 1690. 529.)

Decretal. Gregorii IX. lib. III. tit. XXII. c. 1. p. 158. Clericus *fideiuſſionibus inſerviens, abiiciatur*.

Durum hoc eſt, ſæpiusque tum neceſſitatis, tum pietatis caſus officium eiusmodi ſuadere poteſt. H. E. *Keſtner* Iurisprud. papiz. 76.

Lib. IV. tit. III. c. 1. p. 206. Si quis clam deſponſaverit aliquam, & mulier *vel vir* negat huiusmodi deſponſationem, viro incumbit probatio.

Verba, *vel vir*, irrepſerunt, & ſenſum turbant. I. H. *Boehmer* in Corvini Iure can. 189.

Hæc

Digitized by Google

Extravag.comm. lib. I. tit. VIII. p. 394. *Bonifacius VIII. Vnam ſanctam* Eccleſiam catholicam & ipſam apoſtolicam urgente fide credere cogimur & tenere. — *Vterque eſt in poteſtate eccleſiæ,* ſpiritalis ſcilicet gladius & materialis. — *Subeſſe Romano Pontifici* omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus, definimus & pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis.

Hæc *Conſtitutio irati* contra Galliam eſt *Pontificis,* neque auctoritatem habet. *Launoius* Ep. II. p. 109.

L. V. tit. IX. c. 1. p. 422. Vnusquisq; *plus merebitur,* & indulgentiam efficacius conſequetur, *quo Baſilicas ipſas amplius & devotius frequentabit.* Et c. 2. p. 423. Annus quinquageſ. *in lege Moſaica.*

Hæc ſunt refutata ab illuſtri I. P. *Ludevvig,* prorectore tunc Halenſis acad. in Dica iubilæor. p. 4.

Gratianus, Cluſii Etruriæ oppido natus, monachus benedictinus, Petri Lombardi & Petri Comeſtoris ſive frater germanus, isque cum illis ſpurius vel adulterinus, ſive amicus, in epitaphio Iuris cæſarei & pontificii enucleator prope divinus adpellatus, Decreto, ſive, ut prius vocabatur, Concordiæ diſcordantium canonum conſcribendæ 24. creditur impendiſſe annos, vixitque ſæculo XII. Multa petiit ex *Burchardo* & *Ivone*, qui ſimilem ante ipſum telam orſi erant. Decretum iſthoc ab EVGENIO III. approbatum, ſtatimque in academia bononienſi prælectum fuit; PIVS IV. autem & V. multis uſi ſunt viris doctis ad eius correctionem, quos inter erat quoque Hugo *Boncompagnus*, qui in papali throno collocatus, nomenque adeptus GREGORII XIII. illud revidendum & imprimendum curavit. *Lexic. univ. hiſtor.* T. II. 288. *König* 360.

Raimondus *de Pennaforti*, ſive Raymundus *de Rupeforti*, barcinonenſis, Ius canonicum docuit Bononiæ, factusque Barcinone canonicus & archidiaconus, ingreſſus eſt ordinem Dominicanorum. GREGORIVS Papa IX. tanti eum fecit, ut ſibi eligeret in capella-

pellanum & confeſſionarium, Generalemque conſtitueret prædicti ordinis; ille autem hanc dignitatem non niſi per biennium retinuit, & epiſcopatum tam tarraconenſem, quam barcinonenſem humilitatis ſtudio recuſavit, ſine dubio honorem quoque canoniſationis, quo eum CLEMENS IIX. affecit, fugiturus, ſi penes ipſum ſtetiſſet, deque eo certior fuiſſet redditus. Obiit A. 1275. ætatis, uti fertur, 100. *Lexic. univ. hiſtor.* T. IV. 257. *König* 618.

Fran. *Pithoeus*, Petri frater, ICtus, & in regia Navarræ Supplicum libellorum magiſter, collegii trecenſis fundator, antiquitatis omnis ſacræ, profanæ, gallicæ, exoticæ admirator, indagator & vindex, ab HENRICO IV. Procurator generalis extra ordinem, & ad collationem inter Dav. Perronium ac Mornæum Pleſſeum cognitor electus, denique inter delegatos regios, qui de regni finibus cognoſcere deberent, adſcriptus, ea fuit modeſtia, ut ſcriptis doctiſſimis, quæ publica fecit, nomen ſuum inſcribi recuſaret, fatis cedens A. 1621. æt. 77. *Lexic. univerſ. hiſtor.* T. IV. 206. Laudatur a laudatiſſimis viris: nam a *Cuiacio* (a) vocatur vir non minore eruditione, quam probitate præditus; ab Hieron. *Bignonio* (b) clariſſimum lumen; a *Lipſio* (c) vir & clarus pariter & magnus, ſed non pro magnitudine etiam clarus. Vide *Magirum* p. 669. Teſtimonia *clariſſ. viror.* huic operi præmiſſa, eiusque tumulum, *Scaligerana* 314. 72. & *Sammarthanum* Elog. lib. IV. p. 99.

Io. Paul. *Lancelottus*, ICtus peruſinus, iuſſu Pontificis PII IV. conſignavit Inſtitutiones iuris Canonici, ſed earum confirmationem non potuit impetrare, ut adeo non pares ſint auctoritate Inſtitutionibus IVSTINIANI Imp. edidirque Comparationem Iuris pontificii & cæſarei, Reſponſa, Enchiridion Iuris continens definit. Decret. & tractatum de Subſtitutionibus, denatus in die natali A. 1591. æt. 80. *Lexic. univ. hiſt.* T. III. 274. *Magirus* 503. & excell. *Thomaſius* præfat. in Lancelotti Inſtitut. iur. canon. a 2.

LIII.

Melch. GOLDASTI Conſtitutiones imperiales, Tomi IV. volumina II. Francofurti ad Moenum 1713. De præcedentibus editionibus videatur nobiliſſimus Herm. Dieter. *Meibomius* Orat.

(a) Lib. X. Obſervat. c. 18. (b) Præfat. in Marculphi Form. (c) Epp. ad Germ. & Gallos, ep. 95. p. 723.

Digitized by Google

Orat. de genuin. Hiſtoriæ german. fontib. p. 45. Hæc autem prioribus eſt auctior, nitidior & emendatior. Et hic quidem exhibentur Imperatorum, Cæſarum & Regum S. Imp. rom. germ. Receſſus, ordinationes, reſcripta, mandata & edicta, in publicis Comitiis promulgata, aut alias edita, inde ab inſtauratione primæ monarchiæ germanicæ usque ad Imp. MATTHIAM: in quibus quidquid de iurisdictione Imperii & Eccleſiæ, poteſtate Imperatoris & Papæ, autoritate & libertate Regum, & ceterorum Imperii occidentalis Ordinum, per Magnam Germaniam, i. e. Theutoniam, Franciam, Italiam, Hiſpaniam, Angliam, Vngariam, Poloniam, Bohemiam, Daniam &c. de iuribus civilibus & feudalibus, pace religioſa ac civili, aliisque rebus omnibus ad eccleſiam & politiam ſpectantibus, ab anno O. C. 1812. uſque ad annum a Chriſto nato 1613. conſtitutum & ſancitum eſt, fere comprehenditur: adiunctis etiam iis, quæ antea a Carolo M. uſque ad Carolum V. & reformationem religionis, & inde uſque ad Rudolphum II. prodierunt. Vt vero de ſingulis contentis tibi liquido conſtet, ea curate recenſere haud pigrabimur. Nimirum in Tomo I. cui præmittuntur 1) Dedicatio ad Imp. MATTHIAM de maieſtate Imperatoris, capitibus harum Conſtitutionum, abhibitaque in iis colligendis induſtria ac diligentia. 2) Corpus membrorum Imperii germanici. 3) Præfatio, quæ obiectionibus de vanitate Conſtitutionum Tuiſtonis, Herminonis & Franci intercedit, exſtant *Tuiſtonis* monarchæ Leges & inſtituta. A. M. 1812. *Herminonis* monarchæ ſimilia. 2070. *Marcomiri* I. regis Inſtitutum de monarchia Imperii francici. 3547. *Anthenoris* I. Confirmatio inſtituti præcedentis. 3562. *Baſani* I. Leges & inſtituta. 3698. *Clodomeri* I. Reſcriptum ad Gallos, terram occupatam repetentes. 3720. *Anthenoris* II. Lex de non immolandis hominibus. 3807. *Franci* Edictum de nomine Francorum. 3949. *Clogionis* I. Repetitio inſtituti de monarchia francica, Anno Chriſti 11. *Hriveri* de negligentia Ducum. 23. *Clogionis* II. de ætate Regis. 309. *Clodomeri* II. Reſcriptum ad petita Turingorum auxilia contra Suevos. 323. *Dagoberti* I. pro libertate Francorum, ad Valentinianum Imp. tributa exigentem. 395. *Genſerici* Conſtitutio de primogenitura regni. 471. *Theodorici* Imp. leges. 492. Eiusdam Sacra ad Burgundionum, Herulorum, Varinorum & Turogorum Reges, pro pace & mutua

Digitized by Google

auxilii unitate adverſus Francorum regem, (Clodoveum) Imperii æmulum. 509. Eiusdem & *Anaſtaſii* Imp. Legatio ad Theodonem Ducem & ceteros Bavariæ proceres, ut ſe Imperio romano ſubiiciant. 515. *Gilimeru* Imp. Reſcriptum de depoſitione Regis, & primogenitura Regni, ad Iuſtinianum Imp. 526. Imperatore Germano indignum eſſe, ut ſe Græcorum Regis poteſtati & imperio ſubiiciat. 527. *Athalarici*, Super provinciis legitimo iure belli quæſitis, ad Beliſarium. 528. *Theodahati* Pactum cum Iuſtiniano Imp. de tradendis ei Imperii occidentalis habenis. 536. *Vitigu* Oratio ad Proceres Imperii de provinciis Imperii remotioribus in inſtanti periculo dedendis. 536. Ordinatio de obedientia Papæ, Senatus populique romani, Imperatori Germano debita. 536. *Hildovaldi* Oratio ad Proceres Imperii de bello non temere ſuſcipiendo. 540. *Totila* Oratio de ſervandis & recipiendis in gratiam civibus, per vim ab Imperio abalienatis. 543. De iniuriis hoſtiliter illatis emendandis. 544. Reſcriptum ad Iuſtinianum Imp. de ſocietate Imperii poſt captam Romam. 546. Edictum de non lædendis civibus dedititiis & imbellibus, iuſtitiæ correctione, & pœna perfidiæ. 547. *Clotharii* I. de tributo a bonis eccleſiaſticis exigendo. 555. Decretum de electione & depoſitione epiſcopi. 560. *Chariberti* ſimile. 566. *Chilperici* Mandatum de aſylis. 579. Lex canonica de pœna criminoſi epiſcopi. 580. Decretum in eccleſiaſticos heribannitos. 581. de deſcriptionibus cenſuum fiſcalium. 583. Indiculus de ſumma Trinitate. 583. Edictum de literis alphabeto addendis. 584. Contra regiorum mandatorum contemtores. 586. Revocationes inofficioſarum donationum, epiſcopis & eccleſiis factarum. 587. *Guntheramni* Sanctio in parricidas Regum. 587. In eccleſiaſticos heribannitos. 588. de graſſationibus militum. 588. Receſſus comitiorum andelavenſium de pace publica. 591. *Childeberti* II. Decretum de diviſione hereditatis inter matrem & filiam. 594. de aſylis. 596. *Caroli Martelli*, Principis Francorum, Edictum de fide publica vel ſalvo conductu dato pro Bonifacio, epiſcopo moguntino, legato ſedis romanæ. 724. *Carolomanni* I. de reformatione collapſæ religionis chriſtianæ, & diſciplinæ eccleſiaſticæ, morumque cleri ac populi. 742. de metropoli moguntina. 745. *Pipini* contra errores Græcorum de proceſſione Spiritus S. & adoratione imaginum. 767. *Caroli* Magni Formulæ iuramentorum, fide-

delitatis & homagii. 774. Senatus conſultum romanum de Lege regia, qua a Papa & S. P. Q. R. ius omne & poteſtas in Carolum M. confertur: item de electione rom. Pontificis, & inveſtituris epiſcoporum. 774. *Caroli* M. conſtitutio de metallifodinarum privilegio Comitibus gleichenſibus conceſſo. 786. Decretum in rebelles Imperii & læſæ maieſtatis reos. 788. Decreta eccleſiaſtica contra Elipandum & Felicem hæreticos: item contra Acta concilii nicæni II, in cauſa imaginum. 794. contra eosdem hæreticos. 794. Capitulare de non adorandis imaginibus, contra Synodum nicænam II. 794. Reſcriptum ad Imp. CPtanum de pace inter utrumque Imperium. 803. Conſtitutio de pace conſtituenda & conſervanda, & diviſione Regni facienda inter filios. 806. Leges variæ. *Ludovici I.* Decreta comitiorum aquisgranenſium. 814. 817. Mandatum de reformatione abuſuum cleri. 817. in Regem Rom. & complices eius, rebelles Imperio & læſæ maieſtatis reos. 818. *Michaëlis* & *Theophili* Impp. CPtan. Epiſtolæ ad Ludovicum Imp. de non adorandis imaginibus. 866. *Ludovici* I. & *Lotharii* I. Collatio pariſienſis de cultu imaginum. 825 *Lotharii* I. Conſtitutio de electione Pontificis, & legibus Romanorum. 825. Decreta comitiorum imperialium pro confirmanda libertate eccleſiæ germanicæ & gallicanæ, contra Lotharii Cæſaris & Gregorii IV. Papæ machinationes in Ludovicum Imp. 833. *Ludovici* I. Sacra de colligendis & transferendis S. Dionyſii monumentis. 834. Edictum de electione epiſcopi. 834. *Lotharii* I. de reſtitutione archiepiſcopi in ſedem & diœceſin ſuam, ex crimine infidelitatis amiſſam. 840. *Ludovici* II. & *Caroli* II. Compoſitio pro tuenda regnorum Germaniæ & Galliæ libertate contra uſurpationem & oppreſſionem Imp. rom. 842. *Caroli* II. Conſtitutio de rebus eccleſiæ ablatis reſtituendis, & in poſterum ad ſæculares uſus non transferendis. 847. *Ludovici* II. Decreta comitiorum moguntinenſium. 850. Decreta comitiorum viſurgenſium. 851. Decreta comitiorum erfurtenſium. 852. *Lotharii* I. Reſcriptum de Cardinale presbytero, quem Papa, quod eccleſiam ſuam reliquiſſet, in ius ad ſynodum vocaverat. 853. Receſſus comitiorum confluentanorum de pace publica, & concordia inter Reges Francorum, i. e. Germanorum & Gallorum, ſtabilita. 860. *Ludovici* II. & *Carolomanni* Decreta eccleſiaſtica wormatienſia, contra cultum imaginum,

aſſertum a Græcis & Papa romano. 863. *Ludovici* II. Diffidatio contra Carolum Calvum, regni lotharingici invaſorem & uſurpatorem. 870. Decretum eccleſiaſticum colonienſie. 870. Reſcriptum de excellentia & ſuperioritate Imperii romani, ad Imp. CPtanum. 871. *Caroli* II. de poteſtate regia. 871. *Ludovici Balbi* contra ſacrilegos. 868. *Caroli* III. Conſtitutio de expeditione romana. 881. *Arnulphi* Decretum in rebelles Imperio reges ac tyrannos, Galliæ & Italiæ invaſores. 890. Edictum ad Principes Imperii in expeditione romana. 895. Confirmatio contractus concambialis cum Eccleſia facti. *Zuendepoldi* de reſtituenda poſſeſſione per iniuſtitiam ablata. 898. *Ludovici* IV. Leges portoriæ. 904. *Conradi* I. Decreta conciliorum althaimenſium. 916. Confirmatio concambii prædiorum cum Eccleſia facti. 917. *Henrici* I. Reſcriptum de ſui electione & promotione ad Imperium. 917. Eiusdem Leges & Inſtituta. 924. Statuta & privilegia ludorum equeſtrium, ſive haſtiludiorum. 938. *Ottonis* I. Proceſſus in inauguratione aquisgranenſi. 946. Conſtitutio de locatione & privilegio Cameræ imperalis magdeburgenſis. 947. *Ludolphi* Supplicatio ad Ottonem Imp. pro venia rebellionis & læſæ maieſtatis. 954. *Ottonis* Reſponſum de Ioannis (XII.) Papæ iniquitate. 963. Receſſus Synodi rom. ſuper depoſitione Ioannis Papæ XII. & electione Leonis VIII. 963. Senatus conſultum rom. de Lege regia, qua a Papa & S. P. Q. R. ius omne & poteſtas Ottoni M. confertur: item de electione rom. Pontificis & inveſtituris epiſcoporum. 964. Aliud de reſtituendis Rom. Imperio omnibus temporalibus, quæ per Reges & Imperatores Eccleſiæ rom. in damnum Imperii ſimul, & ipſius Eccleſiæ, collata fuerunt. 964. *Ottonis* Decreta comitiorum wormatienſium. 966. Edicta Romæ propoſita. 966. Edictum ad Duces & Præfectos Germaniæ. 968. *Ottonis* II. Conſtitutio de otioſis civibus. 997. de iure ac poteſtate Imperii; de donatione Conſtantini & Caroli; de aſſignatione bonorum, quibus Pontifices rom. ad ſui ſuæque Eccleſiæ ſuſtentationem uti frui debeant. 998. *Henrici* II. Reſponſum, Imperatorem non debere, in vindictam alicuius Principis, bona ſubiectorum devaſtare. 1002. Conſtitutio de regalibus rom. Eccleſiæ conceſſis. 1014. Decreta comitiorum altſtetenſium. 1022. *Conradi* II. Reſponſum, Imperatorem iuſtitiam petentes audire & iudicare, rebus relictis omnibus, debere. 1024. De-

Decretum in Papienſes rebellionis reos. 1025. Reſcriptum, quod virtute hoſtes, non fraude ſint ſuperandi. 1028. Senatus conſultum rom. de Lege regia, qua a Papa & S. P. Q. R. ius omne & poteſtas Henrico III. & in eum confertur; item de electione rom. Pontificis & inveſtituris epiſcoporum. 1040. *Henrici* III. Conſtitutiones de iuſtitia & privilegiis bambergenſium Miniſterialium. *Henrici* IV. Reſcripta varia. Reſcriptum ad abbatem, quem propter contumaciam depoſuit. 1069. Mandatum ad monachos, ne abdicato per ſententiam imperialem Abbati ulterius obediant. 1069. Decreta conciliorum wormatienſium contra Gregorium VII. Papam. 1076. *Rudolphi* Decreta comitiorum forcheimenſium de Lege regia, & ne Imperium procedat ſucceſſione, ſed electione. 1077. *Henrici* IV. Iuramentum, Gregorio VII. Papæ corporaliter præſtitum Canuſii. 1077. *Eiusdem* & *Rudolphi* Iuramenta in concilio rom. præſtita. 1079. *Rudolphi* Propoſitio in Synodo rom. contra Henricum Imp. 1080. *Henrici* IV. Imp. & Ordinum Imperii Decreta brixinenſia, contra Gregorium Papam. 1080. Edictum ad Clerum populumque rom. ut a Papæ obedientia recedant. Mandatum abdicationis & depoſitionis a papatu, ad Gregorium Papam. *Hermanni* Regis Iuramentum, legato rom. Pontificis, in præſentia Principum Imperii, præſtitum Goſlariæ, poſt ſui electionem. 1082. *Henrici* IV. Reſcriptum de recipiendo Clemente per Proceres Imperii electo, & reiiciendo Gregorio, per ſententiam imperialem depoſito. 1083. *Hermanni* Decreta comitiorum goſlarienſium de abdicatione Henrici IV. Imp. 1085. Decreta comitiorum quedlinburgenſium. 1085. *Henrici* IV. Decreta comitiorum moguntinenſium adverſus Gregorium pſeudopapam; & Hermannum pſeudoregem. 1085. Receſſus comitiorum ulmenſium. 1093. Receſſus comitiorum conſtantienſium. 1094. *Conradi* Pactum cum rom. Pontifice. 1095. *Henrici* IV. Decretum ſuper depoſitione Conradi Regis, Papæ rom. contra Imperium adhærentis, & electione atque capitulatione Henrici V. 1096. Reſcriptum ad filium Henricum V. ne Papæ & eius aſſeclis obtemperet, impia & naturæ contraria ſuadentibus. 1106. Reſcriptum ad filium Regem de perfidia & impietae eius in Imperatorem patrem. 1106. Proteſtatio ad Principes Imperii ſuper iniuſta ſui depoſitione. 1106. Reſcriptum ad Principes Imp. de ſua exauctoratione. 1106. *Henrici* V. Decreta

Digitized by Google

comitiorum northuſenſium. 1105. Edictum de vindicandis iniuriis, in Imperii contumeliam illatis. 1106. Reſcriptum ad Henricum IV. Imp. exauctoratum. 1106. Edictum contra impia & turbulenta decreta Paſchalis Papæ & conciliabuli tricaſſini. 1109. Ad Paſchalem, ut eccleſiaſtici regalia & feuda ſua Imperio ac Cæſari reſignent, & decimis contenti in eccleſia vivant. 1110. Pactum cum Paſchale, de pace & iuribus Imperii & Eccleſiæ. Transactio cum Paſchale de inveſtituris eccleſiaſticorum. Conventio cum Papa de pace publica & inveſtituris eccleſiaſticorum. 1111. Privilegium, a Papa datum, de inveſtituris epiſcopatuum & abbatiarum. Edictum, ut archiepiſcopo propter rebellionem & perfidiam, per imperialem ſententiam damnato, nulla obedientia præſtetur. 1116. Conventio cum Calixto papa de inveſtituris epiſcoporum & abbatum. 1122. Formulæ iuramentorum fidelitatis & homagii. Principum Imperii edictum de nova electione Imperatoris facienda. 1126. *Lotharii* III. Mandatum, ut epiſcopus in eccleſia ſua reſideat, ſub pœna depoſitionis. Proceſſus in cauſſa abbatis caſinenſis cognoſcenda & diiudicanda. 1139. Senatus conſultum rom. de recuperandis Imperii rom. iuribus per electum Imperatorem ab iniuſta Papæ uſurpatione & tyrannide. 1140. *Conradi* III. Reſcriptum ad Imp. CPtanum de præcellentia & auctoritate Imperii rom. 1142. *Friderici* I. Reſcriptum ad Papam de iuribus Imperii, & poteſtate in Papam, Cardinales, & ceteros Status eccleſiaſticos. 1156. Edictum de iuribus & dignitate Imperii atque Eccleſiæ tuendis, & vindicandis a tyrannide Papæ & Cardinalium eius. 1157. Edictum de Papæ rom. tyrannide & uſurpatione in Imperio, & pſeudovicariatu in Eccleſia reprimendis; deque primatu Sedis trevirenſis. 1157. Reſcripta ad Papam de diſtinctione Imperii & Eccleſiæ, & quod Imperium non habeatur a Papa. 1158. Formulæ iuramentorum fidelitatis & homagii. 1158. Leges caſtrenſes. 1159. Edictum de rebellibus Imperii per Italiam in ordinem redigendis, & de honore Imperii germanici tutando & conſervando contra papicolas. 1158. Conſtitutio de pactis conventionis, & conditionibus pacis cum Mediolanenſibus factæ. 1159. Edictum de electione novi Pontificis rom. & de concordia Germanorum, Gallorum & Britannorum ſeu Anglorum. De deſtruenda rebelli civitate. De Indictione concilii papienſis, ad

ſchiſma

ſchiſma papale tollendum. Mandatum ad pſeudopapam, & eius Cardinales, ut ſe ſiſtant in conſilio papienſi, ubi de iuſtitia eorum cognoſcatur. Edicta ſuper depoſitione pſeudopapæ, & electione novi Papæ. 1160. Mandata & Reſcripta varia, ſtatum Imperii & Eccleſiæ concernentia. Decretum ſuper controverſo Ducatu Bavariæ & Marchionatu ſuperiori Auſtriæ. 1166. Pactum cum Romanis, de eorum ſubiectione & privilegiis in Imperio. 1167. Decretum de duobus ſchiſmaticis Archiepiſcopis ſalisburgenſibus removendis, & novo ab ſe confirmato & inveſtito recipiendo. 1177. Reſcriptum ad Imp. CPtanum, de præcellentia & ſuperioritate rom. Imperii. Decretum de translatione fori remittenda; & quod bona cum conſenſu Imperatoris ſint ad eccleſiam tradenda. 1180. Reſponſum ad Imp. CPtanum, pro ſuperioritate romani Imperii, tam in Græcos, quam Latinos, & cunctos orbis populos. 1189. Sententia in Imperatorem CPtanum, ſuper eadem re. Reſponſum legatis Soldani, & filii eius, nec non Admiralis datum. 1190. *Henrici* VI. Edictum de indicendis militiæ ſacræ privilegiis. 1195. Decreta francofurtenſia de Imperii ſucceſſione, & aliis capitulis. 1197. Principum Imperii Diploma de electione Ottonis IV. Imp. 1200. *Ottonis* IV. Decretum de bonis eccleſiaſticis in neceſſitatem publicam erogandis, de perſonarum eccleſiaſticarum reformatione, & de bello Papæ & Regi Francorum, qui Papæ contra Imperium adhærebat, inferendo. 1212. *Friderici* II. Imp. Aurea bulla de libertate eccleſiaſtica. 1213. Decreta francofurtenſia. 1219. Conſtitutio de iuribus & privilegiis Civitatis norimbergenſis. Edictum de tollendis Statutis adverſus libertatem eccleſiæ editis. 1220. Conſtitutio de libertate eccleſiaſtica. Conſtitutiones contra hæreticos. 1221. Decretum proſcriptionis in Comites habſpurgenſes, latæ propter vim eccleſiæ beronenſi illatam. 1223. Præceptum de capiendo & plectendo decano patavienſi, Papæ adverſus Imperium adhærente. 1226. Edictum de Papæ rom. tyrannide & antichriſtianiſmo, contra coniurationem Principum Imperii in comitiis budiſſinis congregatorum. 1227. Mandatum ad Regem Bohemiæ, ut Imperio fidem adverſus Papæ tyrannidem & iniquas machinationes conſervet. Præceptum de metallifodinis in Comitatu palatino Rheni. 1229. Aliud de metallifodinis in diſtrictu blauenſi. 1232. Decretum in Regem Romanorum, qui ab Imperatore ad

Papam

Digitized by Google

Papam defecerat. 1237. Lex de Saracenis. 1238. Confirmatio ſententiæ ſuper controverſo Ducatu Bavariæ. 1245. Formula de iure ac privilegio Regis in Imperio. Edictum de uſurpatione Papæ rom. in iurisdictione & auctoritate ſæculari; & quod Papa non poſſit inſtituere aut deponere Imperatorem, Reges ac Principes. Ordinatio teſtamentaria. 1251. *Henrici* VII. Reſcripta, ne homines monaſteriorum & collegiorum a Dominis ſecularibus exactionibus onerentur. 1233. Decretum de argentifodinis, & de foreſto ferarum ſeu wildbanno. 1234. *Ludovici* IX. Regis Franciæ Reſponſum ſuper iniuſta depoſitione Friderici Imp. per Papam facta, & irrita electione Roberti, Comitis atrebatenſis. 1239. *Wilhelmi* Regis Proceſſus in inauguratione aquisgranenſi obſervatus. 1249. *Alphonſi* Reſcriptum de officio boni Regis. 1253. *Richardi* Conſtitutio, ne bona ad eccleſiam devoluta, a conſuetis tributis eximantur. 1257. Edictum de viarum cuſtodia & ſecuritate. 1260. Edictum, quo civitas tigurina ab iniqua proſcriptione eximitur, & Imperio aſſeritur. 1262. Reſcriptum ad diffidatores Regis Angliæ. 1262. *Conradini* Regis Edictum de iniuriis ſibi per Pontifices rom. illatis. 1268. *Rudolphi* I. Imp. Edictum de diplomatibus & inſtrumentis lingua germanica concipiendis. 1274. Reſponſum de coronatione romana, quod ſine ea, electus a Principibus, ſit verus Imperator. Decretum de iure eligendi Imperatorem, inter Regem Bohemiæ & Ducem Bavariæ controverſo. 1275. Decretum in actione emti & venditi caſtri Beckelheimenſis, vertente inter Archiepiſcopum moguntinum & Comites ſponheimenſes. 1281. De diſtinctis Burggravii & Senatus populique civitatis iuribus, eorumque concordia & integritate. 1285. Reſcriptum, ut de civibus Imperii, tanquam hominibus liberis, nemo ſervilis conditionis iudicare poſſit. 1291. Conſtitutio, ne cives imperiales extra civitatem ad duellum & extranea iudicia provocentur. Principum Electorum Diploma pro ratificandis donationibus Pontifici rom. factis. 1279. *Adolphi* Conſtitutio de inſulis Rheni & aliis capitulis. 1293. *Alberti* I. Conſtitutio, ne bona ad eccleſiam devoluta a conſuetis tributis eximantur. Principum Electorum Sententia exauctorationis & depoſitionis Adolphi Cæſaris, & de iure Electoris palatini. 1297. Conſtitutio de privilegiis Eccleſiæ rom. conceſſis. 1303. Decretum de abſolutione Regis Bohemiæ a banno imperiali. 1305.

Man-

Mandatum de vindicandis Imperii provinciis. 1307. Principum Electorum Sententia in Albertum Cæſarem, propter eius exceſſus in iniuſtitia & tyrannide, & de iure Electoris palatini. 1300. *Henrici* VII. Reſponſum, quod civium imperialium dominus ſit ſolus Imperator, & non magiſtratus municipalis. 1308. Reſcriptum, ne civitatum imperialium incolæ ad extranea iudicia pertrahantur. Formula de officio foreſtarii. 1309. Reſcriptum de redintegranda ſilva imperiali, in agros exciſa. Edictum, quo Communitas, quæ ſe a domini ſui poteſtate liberavit, in immediatam Imperii protectionem ſuſcipiatur. 1310. Mandatum de furrentis (foreſtis) vaſtatis aut abalienatis reſtaurandis. De reſtauranda ſilva imperiali, in agros deſtructa. Super coronatione romana. 1311. Sententia proſcriptionis & banni in Regem Siciliæ-Imperio rebellem. Conſtitutio de officio ſculteti in civitati imperiali, & de privilegiis civium. 1313. *Ludovici* V. Reſcriptum, quo civitates a proſcriptione Iudicii rotvilenſis, & excommunicatione epiſcopi conſtantienſis abſolvuntur, ac Imperii ſocietati piorumque coetibus reſtituuntur. 1315. Edictum de fidelibus Imperii, contra tyrannidem Papæ & Regis Franciæ tutandis ac defendendis. 1321. Contra iniuſtam excommunicationem Papæ romani. 1323. Decreta ratisbonenſia de iuribus Regni & Imperii conſervandis, adverſum iniquas uſurpationes Papæ romani. 1324. Contra Papam romanum, de iuribus Regni & Imperii. De exauctoratione & abdicatione Ioannis XXII. propter tyrannidem, iniurias, faſtum & ambitionem Reip. pernicioſam, veritatique chriſtianæ & religioni exitioſam. 1328. Conſtitutio de officio Comitis palatii lateranenſis in urbe Roma. Formula de facultate civitatis condendæ & privilegiandæ. Decreta comitiorum francofurtenſium. 1338. Reſcriptum apologeticum contra Papæ Bullam excommunicatoriam, concernens iura Regni & Imperii. Conſtitutio de Imperii iuribus & excellentia, ac poteſtate electi Romanorum Regis. 1339. Declaratio ſuper divortio matrimonii inter Ioannem, filium Regis Bohemiæ, & Margaretam, Ducem Carinthiæ. 1343. Principum Electorum Reſcriptum ad Papam, de diſcordia Imperii & Eccleſiæ. 1338. *Caroli* IV. Confirmatio de electione Regis Bohemiæ. 1348. Reſcriptum de primariis precibus. 1353. Formula conceſſæ ſedis liberæ & freygraviatus. 1354. Recognitio, quod Imperatrici impo-

nitur diadema in Aquisgrano. 1354. Conſtitutio de officio archicancellarii Imperatricis romanæ in coronatione eius, & alias obſervando. Confirmatio de iure & ſucceſſione Electorum palatinorum. Conſtitutio de incorporatione Ducatuum Poloniæ, & Sileſiæ & Marchionatus Luſatiæ, quod in perpetuum Regno Bohemiæ ſint indiviſibiliter counita. 1355. Cum Principum Electorum Confirmatione iſtius incorporationis, & privilegiorum Regni Bohemiæ. Decretum de iure & ſucceſſione Electorum palatinorum. 1356. Aurea Bulla. Conſtitutio de foreſtariis & zeidlariis. 1358. Formula de iuribus ac privilegiis Principum Imperii. 1363. Bulla de iure & ſucceſſione Electorum Saxoniæ. 1376. *Wenceslai* Conſtitutio de primariis precibus. Reſcriptum de impedimentis, cur de ſchiſmate papali cognoſcendo & tollendo nondum inſtituta ſit tractatio. 1398. Eiusd. & *Caroli* VI. Regis Franciæ Decretum de extirpatione ſchiſmatis papalis. Confirmatio Friderici & Carolinæ conſtitutionis de libertate eccleſiaſtica per *Bonifacium* IX. Papam. 1393. Principum Electorum Sententia ſuper exauctoratione & privatione Wenceslai Cæſaris. 1400. *Ruperti* Conſtitutio de Vicariatu Imperii germanici in abſentia Imperatoris. 1401. Edictum pro confirmatione *Gregorii* XII. papæ, & reiectione *Alexandri* V. antipapæ. 1408. Formula conceſſæ ſedis liberæ & freygraviatus. 1410. *Ladislai*, tyranni Romanorum, Reſcriptum de facto unionis inter ſchiſmaticos Papas. 1407. Mandatum de unione ſchiſmaticorum Paparum tractanda. 1408. *Sigismundi* Mandatum ad Regem Franciæ, ut veniat ad concilium conſtantienſe, pro tollendo ſchiſmate Paparum, & reformatione eccleſiæ inſtituenda. 1413. Edictum de ſalvo conductu Ioannis Huſſi ad concilium. 1414. Sacra ad Concilium conſtantienſe, ne abſente ſe quidquam definire aut decernere aggrediantur. 1416. Aviſamenta ſuper materia apoſtolicarum reſervationum, & collatione beneficiorum, hactenus per ſummos Pontifices & ordinarios collatores practicata. De quibus omnino videndus *Von der Hardt* c. 15. Prolegom. in Concil. conſtant. p. 31. Decretum in cauſſa vertente inter Archiepiſcopum Civitatemque colonienſem ex una, & Ducem montenſem ex altera parte, ſuper erectione novi telonii, & exſtructione novi caſtelli ad Rhenum. 1417. De officio Vicarii generalis, & iure primogenituræ. 1434. Bulla de iure & ſucceſſione Electorum palatinorum.

Confirmatio Friderici & Carolinæ conſtitut. de libertate eccleſiaſt. per *Ioannem* XXIII. Papam. 1413. *Alberti* II. & *Caroli* VII. Regis Franciæ Capitula pragmaticæ ſanctionis. 1438. *Friderici III.* Aviſamenta, quæ tempore Concilii baſilienſis a Statibus Imperii Moguntiæ fuere deliberata. 1440. Vide iterum *Hardtium* l. c. p. 32. Mandatum ad Regem Franciæ, ut veniat ad Comitia moguntina, pro tollendo ſchiſmate papali, & confirmatione decretorum Concilii baſilienſis tractanda. Concordata Nationis germanicæ cum Sede romana, pro eccleſiæ unione, ac pace & tranquillitate inter eandem & Nationem prædictam perpetuo fovendis. 1447. Reſcriptum ad Regem Angliæ, Imperii ſocium, pro vindicandis iniuriis, a Rege Franciæ Cæſareæ Maieſtati & ipſi Imperio illatis, in perpetrato raptu ſponſæ cæſareæ. 1492. Proceſſus & ordinatio in unctione Imperatoris & Imperatricis, in eorum coronatione & conſecratione romana. *Maximiliani* I. Gravamina adverſus Sedem ac Curiam romanam. 1510. Eiusdem & Ludovici XII. Regis Franciæ Edicta de convocatione & celebratione concilii piſani, pro neceſſitate & utilitate Reip. chriſtianæ, contra tyrannidem Iulii II. Papæ romani. 1511. Edictum de vitio ingluviei & ebrietatis. 1512. Conſtitutio de notariis & tabellionibus, eorumque officio. Propoſitio de bello Turcis inferendo, ad Principes & Ordines Imperii. 1518. Principum Electorum Reſcriptum, factum ad legationem Papæ, qui volebat leges præſcribere Electoribus ſuper electione futuri Imperatoris. 1519. *Caroli* V. Mandatum procuratorium ad Principes Electores ſuper ſua electione acceptanda & præſtanda. Iuramentum poſt impoſitam ſibi coronam regiam aquisgranenſem. 1520. Edictum contra Lutherum & eius ſectatores. Gravamina adverſus Papæ rom. & univerſæ Curiæ rom. eiusque aſſeclarum iniuſtas uſurpationes & tyrannides. 1522. Reſcriptum ad Clementis VII. Papæ criminationes, cum appellatione & generalis conciili indictionis poſtulatione. 1526. Reſcriptum ad Clementem VII. Papam, pro ſua iuſtitia, contra eius iniuſtitiam. Mandatum ad Senatum ſive collegium Cardinalium, ut negante ſeu differente Papa generalis concilii indictionem, ipſi indicant. Iuramentum ante impoſitam ſibi coronam romanam. 1530. Propoſitio in comitiis auguſtanis. Reſolutio ad orationem legati papalis. Deliberatio de mediis concordiæ & pacis inter utriusque religio-

ligionis Status uſque ad futurum concilium ſervandis. Sententiæ binæ pro decreto religionis recipiendo. Sententiæ binæ de Confeſſione ſuevica. Reſcriptum ad Articulos Proteſtantium Principum atque Ordinum de pace publica. Edictum de compoſitione pacis cum Proteſtantibus. 1532. Formula de inſignibus ſive armis gentilitiis portandis. 1541. Confirmatio Articulorum lovanienſium de fide & religione chriſtiana. 1545. Mandatum ad Ducem wurtenbergicum rebellionis reum, ut ſe ſuaque omnia ultro dedat, aut læſæ maieſtatis indignationem pœnamque perferat. 1546. Interim, ſeu Declaratio religionis, quam alii Interreligionem appellant. 1548. Conſtitutiones de pace publica tenenda. Reformatio politiæ imperialis. Mandatum de revocando & inhibendo conciliabulo bononienſi, per Paulum III. inſtituto. Proteſtatio contra conciliabulum bononienſe a Paulo III. congregatum. 1549. Conſtitutio de ceſſione atque translatione provinciarum belgicarum & burgundicarum, Philippo filio facta. 1555. Conſtitutio de abdicatione Imperii & ſubſtitutione Ferdinandi Regis. 1556. Edictum de ſua adminiſtrationis Imperii rom. ceſſione, reſignatione, & translatione, Ferdinando Regi facta. *Ferdinandi* Regis Transactio paſſavienſis de pace publica. 1552. Declaratio de libertate religionis, conceſſa nobilibus & communitatibus ſub Epiſcoporum & Abbatum ditione conſiſtentibus. 1555. Decretum in cauſa Archiepiſcopi rigenſis & Regis Poloniæ ex una, & Magiſtri Livoniæ ex altera parte. 1557. Mandatum de methodo articulorum fidei iuxta Auguſtanam confeſſionem conſcribenda & explicanda. 1564. Aliud ſuper eadem re. *Maximiliani II.* Reſcriptum de via regia reformandi abuſus, in eccleſia & fide catholica obortos. Sacra ſuper eadem re. *Rudolphi II.* Edictum de pace religionis conceſſa Bohemis, & coniunctarum provinciarum incolis, ut S. rom. Imperii membris. 1609. *Matthiæ* Mandatum de tollendo novo vectigali, atque demolienda nova munitione ad Rhenum. 1612.

In II. Tomo, cuius Dedicatio ad Chriſtianum II. Elect. Saxon. agit de Imperio iuſto & legitimo, de diviſione legum, de *διανοια* legum, quæ magis ſpectanda, quam *το ρητον* earum, deque ratione ſtatus, quæ ſit ius a tyrannis inventum, *Caroli* M. Edictum de ſumma Trinitate & fide catholica. A. C. 794. Reſcriptum de

non

non adorandis imaginibus, adverſus Conſtantinum & Irenen, Græcorum Impp. Conſtitutio de Iuramento, pro defenſione Eccleſiæ apoſtolicæ præſtando. 800. De ſede imperiali trans Alpes, Iudicio Imperii, & aliis rebus. 804. *Ludovici* Pii Conſtitutio de Hiſpanis ad Imperium confugientibus, propter perſecutionem Saracenorum. 815. De Hiſpanis colonis in Imperio, contra oppreſſiones Comitum. 816. De rebus S. Petro donatis & reſtitutis, & electione rom. Pontificis. 817. De percuſſoribus clericorum, cum inſerta Synodo triburienſi. 821. De expiatione peccatorum facienda. 828. De pace publica, & diviſione regni facienda inter filios. 837. *Lotharii* I. Edictum de exauctoratione Ludovici Pii. 833. *Ludovici* II. Receſſus ſive Capitula comitiorum ticinenſium, cum Capitulis Lotharii I. 854. Conſtitutio de diſciplina eccleſiaſtica, cum adiunctis Capitulis ſynodi ticinenſis. 855. *Ludovici Germanici* & *Lotharii* II. Reſcriptum ad Nicolaum I. Papam de pace confluentana, ut eius fractores eccleſiaſtica pœna diſtringantur. 860. *Epiſcoporum Germ.* Decretum de divortio inter Regem Lotharium II. & Reginam, factum in ſynodo aquisgranenſi. 861. Receſſus ſive Decretum comitiorum ſablonariaſiorum, a Regibus German. & Gall. celebratorum. 862. Receſſus comitiorum ticinenſium de ſacramento & obedientia, *Carolo Calvo* præſtanda. 876. Acta ſynodi romanæ de electione & conſecratione Caroli Calvi. 877. Conſtitutio de presbyteris ex crimine diffamatis, qualiter iudicari debeant. 878. Senatus populique rom. iuramentum, Imp. Arnolpho præſtitum. 895. *Henrici* Aucupis Leges haſtiludiales, ſive de torneamentis. 930. *Ottonis* I. Conſtitutio de libertate eccleſiaſtica. 937. De protectione rom. Pontificis. 960. de Regalibus B. Petro conceſſis. 962. *Ottonis* III. Reſcriptum ad Abbatem & conventum monaſterii S. Galli. 997. *Henrici* II. Conſtit. de familiis monaſterialibus & epiſcopalibus compeſcendis, & iurisdictione Prælatorum. 1023. Receſſus comitiorum alſaticorum, ſub *Henrico* III. Imp. de conventione pacis publicæ. 1051. *Innocentii* II. Papæ Decretalis de obedientia epiſcoporum Daniæ & Norvegiæ, metropolitano ſuo hamburgenſi præſtanda, per *Lotharium* II. Imp. edita. 1133. Eiusdem Decretalis de obedientia epiſcoporum Suediæ, eidem metropolitano facienda, per eundem Imp. edita. Acta comitiorum geilenhuſenſium *Friderico* I. Imp. contra Papam. 1184.

Friderici II. Reſcripta LXXX. variis de rebus edita. Conſtitutio de libertate, conceſſa gentibus ad catholicæ fidei unitatem converſis. 1232. Apologia contra Papam, per Epiſcopos Imperii reſcripta. 1239. *Friderici*, Regis Antiochiæ, Vicarii S. rom. Imperii per Italiam, Sententia proſcriptionis, lata contra contumaces, accuſatos de homicidio. *Guilhelmi* Conſtit. contra Margaretam, Comitem Flandriæ, quæ ob fidem non præſtitam terris imperialibus privatur. 1252. *Conradi* IV. Reſcripta V. Conſtitutio de privilegiis extraneorum in regno Siciliæ. De privilegiis Iudæorum. *Rudolphi* I. Conſtit. de iure electoratus in rom. Imperio, Regibus Bohemiæ competente. 1390. *Henrici* VII. Iuramentum pro defenſione eccleſiæ rom. 1311. *Ludovici* IV. Conſtit. ne fideles Imperii coram alio iudicio, eccleſiaſtico vel ſeculari, quam imperiali, ratione bonorum ab Imperio collatorum, reſpondeant. 1338. De divortio matrimoniali. 1342. De diſpenſatione ſuper affinitate conſanguinitatis. 1343. Acta comitiorum francofurtenſium, ſuper iniuſtis Papæ rom. articulis, quibus ſtatum & iura Imperii labefactare voluit. 1344. *Ruperti* I. Compalat. Vicarii S. rom. Imp. Conſtitutio de iure electoratus in rom. Imp. Regibus Bohemiæ competente. 1378. *Bonifacii* IX. Papæ Decretalis de confirmatione Conſtitutionum imperialium ſuper libertate eccleſiaſtica reſtauranda. 1396. *Concilii conſtantienſis* confirmatio Conſtitutionum imperialium de libertate eccleſiaſtica. 1415. Eiusdem Decretum de decimis, quando ſint ſolvendæ, vel denegandæ. *Martini* V. Papæ Decretalis de confirmatione Conſtitutionum imperialium. 1417. *Sigismundi* Conſtit. de privilegiis & immunitatibus clericorum. *Maximiliani* I. de blaſphemis. 1495. Reformatio liberorum ſcabinorum iudicii vetiti in Weſtphalia. Conſtit. de vinis & vinariis. 1508. De formula Articulorum militarium. Edictum bandi ſive proſcriptionis imperialis contra Ducem & Remp. Venetorum. 1509. Gravamina Germanicæ nationis & S. rom. Imp. adverſus Sedem apoſtolicam, cum remediis & aviſamentis, & Cæſ. Maieſt. Edicto. 1510. Epitome pragmaticæ ſanctionis. Conſultatio de expeditione in Turcas ſuſcipienda per univerſitatem Chriſtianorum. 1518. Electi Rom. Regis & Imperatoris Articuli, Pacta, & Obligatio, Principibus Electoribus præſtanda. 1519. *Caroli* V. Miſſiua ad Mart. Lutherum, qua ad comitia wormatienſia vocatur. 1521. Reſcriptum

ad

ad Ordines Imperii de Luthero. Edictum contra Lutherum & novatores religionum. De ſucceſſione fratris ſororisque liberorum cum patruo vel avunculo in defuncti patris vel avunculi hereditatem. Ad Cardinales ſuper confirmatione electi Pontificis. 1522. Edictum de cauſſa lutherana. 1523. Mandatum ad Comites mansfeldenſes in cauſſa lutherana & turcica. 1524. Conſtit. de ſucceſſione fratris ſororisque liberorum in patrui vel avunculi hereditatem. 1529. De Anabaptiſtis. Confeſſio auguſtana. 1530. De hac dicit auctor in epiſt. dedicat. ſe eam huc retuliſſe, non quod ſit comitialis conſtitutio, ſed quia conſtitutionibus firmata, in eamque pax publica ſancita. S. Rom. Imp. Principum & Ordinum Proteſtantium Reſcriptum de iniuſtis Proceſſibus Iudicii cameræ imperialis. 1538. Vbi quædam alia inſerta. Acta colloquii ratisbonenſis. 1541. Vbi rurſus quædam alia inſerta. Receſſus ſive Decretum de militibus vagantibus & graſſatoribus. 1546. Decretum in negotio Pruſſiæ & civitatum imperialium, Dantiſci & Elbingæ. 1548. Ordinatio Iudicii cameræ imperialis. Cuius auctores, ſi Io. *Deckherro* credendum, quem *Placcius* de Anon. p. 204. excitat, ſunt Caſp. *Cuno*, & Conr. *Viſchius*. Reformatio eccleſiaſtica, Statibus Imperii exhibita in comitiis auguſtanis. Mandatum ad omnes Imperii ſubiectos, de iurisdictione rom. Imperii. Receſſus ſive Decreta in comitiis auguſtanis facta. 1551. Conſtit. de Iudæorum fenerationibus. Receſſus ſive Decretum viſitationis Iudicii cameræ imperialis. 1556. *Ferdinandi* Receſſus ſive Decreta comitiorum ſpirenſium. 1557. Reſcriptum de confirmatione ſuæ electionis in Imperatorem Romanorum, & gratulatione ad electum Pontificem. 1560. De concilii libertate & reformatione eccleſiæ. 1562. Articuli de reformatione eccleſiæ, per Legatos in concilio tridentino propoſiti. Reſcriptum de ſacramento euchariſtiæ ſub utraque ſpecie & coniugio ſacerdotum. 1564. *Maximiliani II.* Reſcriptum de coniugio presbyterorum. Conſiderationes ſuper matrimonio ſacerdotum, Patribus concilii trident. transmiſſæ. Reſcriptum de laniena pariſienſi & belgica ſeditione. 1574.

Tomo III. præmittuntur 1) Dedicatio ad Iacobum Regem Britann. in qua diſſeritur de antiquæ Teutoniæ terminis & Imperantibus; quomodo ad eos romanum pervenerit Imperium; *Dietrich*

rich von Bern eſſe Theodoricum ravennatenſem, qui in hac civitate ſedem Imperii fixerit; res Imperii in Comitiis tractari ac peragi ſolitas; Ius conſervandi ſtatus Germaniæ exitioſum fuiſſe, eoque integra regna & provincias ab ea avulſas; Imperatorem non eſſe mere laicum, ſed pariter pontificem maximum, ad quem pertineat cura ſacrorum, relicto tamen clericis officio docendi, & utendi clavibus; ac denique graviter auctor hortatur Imp. atque Imperii Principes, ut, remotis diſcordiis & proprii commodi reſpectu, maieſtatem Imperii contra eius hoſtes vindicent, & priſtinam Imperii adminiſtrationem reſtaurent. 2) Gloſſarium verborum teutonicorum, & aliorum, quæ difficultatem ac remoram lectori afferre poſſint. 3) Prolegomena, quibus Capitula exhibentur de adminiſtratione Imperii teutonici ſub Carolo M. & variorum auctorum Elogia de uſu, auctoritate, præſtantia & reſtauratione legum ac conſtitutionum imperialium. Ipſius autem Tomi huius contenta ſunt ſequentia: *Alarici* gothi, primi Germanorum Imperatoris in Imperio romano, edictum de crudelitate militum, in captarum urbium incolas & loca ſacra, reprimenda. A. C. 410. *Conſtantini III.* Imp. & *Conſtantis* Cæſ. Conſtitutio de comitiis imperialibus annuatim in urbe arelatenſi celebrandis. 411. *Athaulphi* gothi Imp. Edictum de legum romanarum reſtauratione. 412. *Honorii* & *Theodoſii II.* Reſcriptum contra Pelagianorum hæreſin de gratia Chriſti & originali peccato. 418. Decretum de confirmatione Eulalii, electi Pontificis rom. & reprobatione Bonifacii. 419. Reſcriptum de duobus electis in ſchiſmate Papis, ad iudicium imperiale præſentandis, ut ſuper eorum electione cognoſcatur. 419. Commonitorium ad Epiſcopos Ravennæ congregatos, ut de alterutrius ex electis Papis electione legitima cognoſcerent, nec epiſcopos, qui electionibus eorum interfuerunt, ad iudicium reciperent. Reſcriptum de recipiendo vicario interſacerdotii papalis, per Imperatorem ordinato. Mandatum ad Achilleum, epiſcopum ſpoletanum, quo ei vicariatus interſacerdotii papalis committitur. Sacra ad Senatum rom. de recipiendo vicario ſedis papalis, per Imperatorem ordinato. Sacra ad populum romanum ſuper eodem. Sacra ad carthaginienſem epiſcopum ſuper eodem. Sacra ad epiſcopos africanos ſuper eodem. Reſcriptum de Eulalio ſchiſmatico Papa ex urbe pellendo, & vicario Sedis papalis reci-

cipiendo. Reſcriptum de confirmatione Bonifacii electi Papæ, & reprobatione Eulalii ſchiſmatici. Præceptum, ut iudicio de ſchiſmaticis Papis per imperialem auctoritatem terminato, Epiſcopi ad Synodum vocati domi remaneant. Reſcriptum de electione rom. Pontificis. Reſcriptum adverſus Pelagianos. 420. *Conſtantini III.* Reſcriptum de ſeditionis auctoribus in ſchiſmate duorum Paparum, & præceptis imperialibus de ordinato papalis Sedis vicario exſequendis. 419. *Pharamundi*, primi Francorum monarchæ, Leges ſalicæ. 424. *Theodoſii II.* & *Valentiniani III.* Sacra de indictione concilii epheſini. 430. Conſtitutio de officio Legati imperialis in concilio. 431. Sacra de confirmatione actorum ſynodalium. De reviſione actorum ſynodalium, ut reſciſſis omnibus, quæ antea per concilii Patres acta fuerunt, fidei & controverſiarum quæſtio reſumpta, de integro legitime diſcutiatur. 431. Valentiniani III. Decretum in cauſa Sixti III. Papæ rei, & Baſſi exconſulis actoris. 433. Decretum de condemnatione Neſtorii. 436. Edictum de confirmatione Synodi epheſinæ ſecundæ, & libris hæreticorum cremandis. 449. Reſcriptum de confirmatione epheſinæ ſecundæ. *Valentiniani III.* & *Marciani* Edictum de prohibitis diſputationibus inter chriſtianos. 452. De infirmanda lege Theodoſiana pro confirmatione Epheſinæ ſecundæ ſynodi edita. *Marciani* Sacra de electione imperiali, & celebratione concilii univerſalis. 450. Reſcriptum ad archiepiſcopum Romæ Leonem, qua vocat eum ad Synodum. Edictum de prohibitis diſputationibus de fide, & geſtorum chalcedonenſis ſynodi obſervatione. 452. Reſcriptum, ne quis ad fidem cogatur. *Attilæ* hunni Receſſus comitiorum iſenacienſium de imperio occidentali conſtituendo. 444. Ordinatio de veredariis. 447. Receſſus comitiorum ſicambrienſium de rom. Imperio conquirendo. 450. *Genſerici* vandali Edictum de crudelitate militum in captæ urbis incolas reprimenda. 455. Edictum de conſtitutionibus Principum. 456. *Leonis I.* Imp. Encyclica de pace eccleſiæ, & confirmatione chalcedonenſis ſynodi. 457. *Richimeris* ſuevi Reſcriptum de pace publica. 472. *Olibrii* Imperat. Commonitorium de Eutychianorum cavendis erroribus. *Baſiliſci* Encyclica de concordia eccleſiæ, & actis chalcedonenſis concilii abolendis. 476. Eiuſdem & *Marci* Cæſ. Edictum de fide catholica. *Hunerici* vandali Edictum de pace religionis, & libero utri-

utriusque religionis exercitio in toto Imperio. 480. Edictum contra Homouſianos. 484. *Zenonis* Henoticon de pace & reconciliatione eccleſiæ. 482. *Odoacris* heruli Edictum de electione rom. Pontificis, & non alienandis bonis eccleſiæ. 483. *Clodovei I.* regis Francor. Decretiones Legibus ſalicis addendæ. 490. Edictum de pace eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum. 507. Reſcriptum eadem de re. *Theodorici* gothi Edictum de rom. libertatis iure non concedendo rebellibus. 494. Reſcriptum de generali indulgentia rebellibus Imperii præſtanda. 494. Decretum in apoſtatam. 495. Edictum, continens varia capitula. 497. Decretum de electione rom. Pontificis, & confirmatione ab Imperatore petenda. 498. Conſtitutio de electione & ordinatione rom. Pontificis. 499. Reſcriptum de romano Pontifice, eum habere ſupra ſe iudicem Imperatorem. 500. Decretum in cauſſa Symmachi papæ. 502. Conſtitutiones, Edicta, Reſcripta varia. *Anaſtaſii* Imp. Reſcriptum de invalida arrogantis rom. Pontificis in Imperatorem excommunicatione. 503. Sacra de concilio congregando ad componenda in Scythiæ partibus orta diſſidia. 514. Sacra, ut Pontifex rom. veniat ad concilium Heracleæ congregandum ob componendas in Scythia de fide ortas quæſtiones. 515. Reſcriptum de fide catholica, chalcedonenſis Synodi decretis cuſtodiendis, & pace ſervanda. 516. Sacra, quod Imperator a Papa iuberi non poſſit. 517. *Clodovei I.* regis Francor. Edictum de pace eccleſiarum, & perſonarum eccleſiaſticarum. 507. Reſcriptum eadem de re. *Fl. Iuſtini I.* Sacra de electione imperiali. 518. Reſcriptum de Vnitate eccleſiæ. 519. *Iuſtiniani I.* Reſcriptum de reſtitutione epiſcoporum in ſuis ſedibus ad interceſſionem Papæ. 520. Reſcriptum ad Papam de non damnandis epiſcoporum nominibus, ne ſcandala & tumultus fiant in populo. Sacra de ſocietate adverſus orthodoxæ fidei perduelles ineunda. 535. Edictum de celebratione paſchatis, & tempore Quadrageſimæ. 545. Sacra de fide catholica, & conciliorum per Imperatorem celebratione & confirmatione. 553. De erroribus Origenis, ad ſynodum CPtanam. De fide catholica, & conciliorum per Imperatorem celebratione & confirmatione, ad eandem ſynodum. *Athalarici* gothi Conſtituta, Edicta & Reſcripta varia ab anno 526. Reſcriptum de electione rom. Pontificis. 531. Conſtit. de ambitu coërcendo in electione rom. Pontificis. 532.

Ana-

Amalaventha gothæ Imperatricis Edictum de electione conſortis in Imperio & officio Imperatoris. 534. *Theodohati* gothi Conſtituta, Edicta, & Reſcripta varia ab anno 534. *Vitigis* gothi Edicta ab anno 536. *Gildeberti* & *Clotharii* Francorum regum Decreta comitiorum colonienſium. 539. *Totila* gothi Reſcriptum de honore legatis habendo & pœna perfidorum. 547. Edictum de vitæ emendatione & iuſtitiæ correctione. Fl. *Iuſtini II.* Edictum de fide catholica & concordia eccleſiæ. 566. Ordinatio de officio Imperatoris. 582. *Guntheramni*, Francorum regis, Capitula matiſconenſia. Præceptio de obſervando die dominico. 588. Decretum, ut epiſcopi canes non alant in domibus ſuis. 589. Fl. *Tiberii II.* Ordinatio de officio Imperatoris. 586. *Mauritii* Edictum, ne quis miles, nondum expleta militia, monachus effici poſſit. 592. Reſcriptum, quod Imperator ſit ſub eccleſia in ſpiritualibus. 602. *Senatus Populique romani* Edictum de Phoca coronato, & Mauritio interfecto cum filiis ſuis. *Phoca* Conſtit. de primatu rom. eccleſiæ. 606. De electione rom. Pontificis, & ceterorum in Imperio epiſcoporum. *Clotharii II.* Francor. regis Reſcriptum, quod epiſcopus Deo magis ſervire poſſit in populo, quam in eremo. 615. *Heraclii* Ecthefis de S. Trinitate & fide catholica. 639. Reſcriptum de ſacrilegii pœna, & ſupplicationibus contra Turcorum perfidiam ad Deum faciendis. *Conſtantis II.* Typus de concordia eccleſiaſtica, & ſilentio eriſticis ac ſeditioſis ſcriptoribus & concionatoribus imponendo. 648. Fl. *Conſtantini* V. Pogonati Sacra de unitate eccleſiaſtica, & diſſidiis in eccleſia obortis, per concilium generale tollendis. 678. De concilio ſuper Monotheletarum controverſia celebrando. 680. Edictum de fide catholica, & damnatione hæreſeos Monotheletarum, & Honorii papæ rom. 681. Conſtit. de electione rom. Pontificis. 684. Fl. *Iuſtiniani II.* Rhinotmeti Divalis iuſſio, directa ad Papam, in confirmationem VI. ſynodi CPtanæ. 685. Mandatum de electione rom. Pontificis. 686. *Theodorici IV.* Francor. regis Decretum de rebus eccleſiaſticis, in neceſſitates publicas erogandis. 730. *Leonis III.* Conſtit. de patrimoniis templorum urbis Romæ, & capitatione infantium. 732. *Caroli Martelli*, Francor. ſubreguli & advocati Romanorum, Reſcriptum de defenſione Eccleſiæ & Imperii. 735. *Childerici II.* Capitulare comitiorum ratisbonenſium. 742. Decreta comitiorum liſtinenſium.

ſium. 743. Decretum comitiorum ſveſſionenſium. 744. *Pipini,* Francor. regis & advocati Romanorum, Capitulare comitiorum metenſium. 755. Aliud p. 159. Decreta in Vernis ſtatuta. A. 756. Edictum de gratiis Deo agendis pro annonæ copia, & eleemoſynis faciendis. 764. *Conſtantini VII.* Porphyrogenneti & *Irenæ* Sacra de concilio per Imperatorem celebrando ſuper controverſia de cultu imaginum exorta. 758. *Caroli M.* Decretum de purgatione ſacerdotum. 772. Conſtit. de privilegiis nobilium Francorum, id eſt, Germanorum & Gallorum. 777. Capitulare comitiorum generalium. 778. 780. Conſtit. de immunitate eccleſiaſtica. 779. Capitulare comitiorum ticinenſium. 786. Edictum de emendatione cantionum & lectionum eccleſiaſticarum. 787. Præceptum de tributo provinciarum. 788. Capitulare aquisgranenſe de reformatione eccleſiæ, & diſciplinæ chriſtianæ. 789. Decretum de perſonis eccleſiaſticis, ne vel in exercitum pergant, vel armaturam baiulen. 790. Reſcriptum de obſervatione Septuageſimæ, Sexageſimæ, Quinquageſimæ & Quadrageſimæ. De reformatione monachorum. Reſcriptum de peregrinis & mercatoribus. 796. Duo capitularia comitiorum generalium. Edictum, ut ſacerdotibus militia, pugna, & arma interdicta ſint. 797. Conſtit. qualiter manopera, cenſus, tributa ac reliqua ſervitia exigenda, vel agenda ſint. Capitula Legi ſalicæ addenda. 798. Edictum de obedientia epiſcopis & ſacerdotibus præſtanda. & A. 806. Capitula ad Legem Longobardorum addita. 801. Edictum de Capitulis, pro lege tenendis. 802. De ſacerdotum purgatione. 806. Capitulare comitiorum Theodonisvillanorum. Capitulare comitiorum neomagenſium. 807. Capitula in comitiis aquisgranenſibus ſancita. 813. Capitula in diverſis Imperii comitiis generalibus ſtatuta & promulgata. *Ludovici Pii* Reformatio eccleſiaſtica. 816. Reformatio monachorum. 817. Decreta comitiorum aquisgranenſium. 818. Capitula comitiorum ingelheimenſium. 819. Capitula, quæ Legibus ſalicis addenda in comitiis aquisgranenſibus conſtituit. Capitulare de exercitu faciendo. Capitula eccleſiaſtica. 820. Capitulare comitiorum Theodonisvillanorum. 821. Capitulare de legatione miſſorum dominicorum. 822. Capitulare comitiorum compendianorum. 823. Ordinatio de benedictione e lexorciſmo aquæ calidæ ſeu frigidæ, in qua manus ad iudicium mittitur. 825.

Ludovici Imp. & *Lotharii* Cæſaris Capitulare. 826. Capitulare aquiſgranenſe. Capitulare in comitiis Italiæ. 832. *Lotharii* Conſtitutiones de pontificibus romanis. 825. Conſtitutio de decimis. Capitula, pro lege habenda. Receſſus comitiorum. rom. de ſuperioritate Imperatoris, & obedientia Papæ & urbis Romæ. 844. *Ludovici* II. *Germanici* Decretum de advocatis. 852. Conſtitutiones. 856. Decretum de libertate eccleſiaſtica. 862. Capitulare comitiorum turiſſiacorum. 865. Transactio procaſpidana ſuper diviſione regni lotharingici. 870. *Caroli* II. *Calvi* Capitula ſpartacana, 846. Capitulare comitiorum ſveſſionenſium de ſtatu eccleſiarum & rerum eccleſiaſticarum corrigendo. 853. Edictum de raptoribus & prædonibus. 856. Capitulare comitiorum piſtenſium. 863. Præceptum de Sedis apoſtolicæ poteſtate in Epiſcopos. Synodus tullenſis. 859. Decretum duziacenſe de auctoritate ſynodorum, & ut ſingularum provinciarum epiſcopi ſuas cauſas finaliter diiudicent, nec cogantur eas ad Papam mittere iudicandas. 871. Ordinationes de iuramentis fidelium. 871. Synodus pontigonenſis de electione ſua ad Imperium, primatu per Gallias & Germanias, & appellatione presbyterorum ad rom. Sedem. 876. Concilii rom. ſynodica Confirmatio electionis Caroli Calvi Imp. 877. Receſſus comitiorum compendianorum. *Ludovici III.* Balbi Imp. & Ludovici III. Francor. regis per Germanias, Decreta comitiorum furonienſium. 879. *Widonis* longobardi Imp. Capitulare. 891. Conſtit. de iure Principum in civitates ab Imperatore in feudum acceptas. 892. Ordinatio de votis pro nato filio Imperatoris faciendis. *Arnulphi* Franc. Imp. Conſtit. de excommunicatis. 895. *Lamberti* longobardi Imp. Conſtit. de electione rom. Pontificis, & iuriſdictione epiſcoporum. 896. Decreta comitiorum ravennatenſium. *Ludovici IV.* burgundi Imp. Conſtitutiones. 901. Edictum de ritu manumiſſionis. 906. Conſtit. de auctoritate inſtrumentorum. 909. *Berengarii I.* longobardi Imp. Capitulare. 903. *Conradi I.* franci Imp. Conſtitutiones. 915. *Henrici I.* Aucupis Conſtit. de iure primogenituræ. 931. *Alberici*, longobardi, regis Romanorum Edictum de depoſitione Imperatoris tyrannice imperantis. 933. Conſtit. de uſu pallii, epiſcopis Græciæ conceſſo. 934. *Hugonis* burgundi Imp. & *Lotharii* Cæſ. Conſtitutiones. 948. *Berengarii II.* longobardi & *Adelberti* Cæſ. Edictum de eccleſiarum & populi con-

Digitized by Google

contributione ad bellum contra infideles. 950. *Ottonis I.* Conſtitutiones ab anno 940. Statuta in Synodo ingelhemenſi. 948. Statuta in ſynodo comitiali auguſtana. 952. Decretum in ſynodo romana de depoſitione Benedicti V. 964. *Ottonis II.* Rufi Conſtitutiones. 967. *Ottonis III.* Mirabilis Conſtitutiones. 988. *Henrici II.* Claudi, bavari, Edictum de iuriſdictione eccleſiarum Imperii. 1009. Conſtitutiones. 1013. *Conradi II.* ſalici ſive franci Conſtitutiones. 1039, *Henrici III.* Nigri Conſtitutiones. 1042. *Henrici IV.* Conſtitutiones. 1062. Reſcriptum ad Papam (Gregorium VII.) de invaſione rerum eccleſiaſticarum, & ſimoniaca labe ab eccleſiis exſtirpanda. 1073. Decretum comitiorum ticinenſium de Gregorii (VII.) papæ, ob hæreſeos, ſchiſmatis, & ſeditionis crimina depoſitione. 1089. Mandatum de reformanda pace Imperii & Eccleſiæ. 1105. Edictum de iniuriis ſibi fraude Pontificis rom. (Gregorii VII.) illatis, & iniuſta ſui degradatione. 1106. *Henrici V.* Conſtitutiones. Oratio ad clerum populumque rom. de pace publica Imperii & Eccleſiæ. 1117. *Lotharii III.* Saxonis Reſcriptum ad abbatem caſſinenſem, petentem, ut ea, quæ ſunt iuris Imperii, contra Papam vindicaret. 1136. Iudicium in controverſia Papæ & abbatis caſſinenſis ſuper Imperii iuribus, quæ Papa in abbatem, liberum Imperii Statum ac Principem, ſibi vindicare volebat. 1137. Decretum de poſſeſſionibus bonorum caſſinenſis & S. Vincentii monaſteriorum. 1138. Mandatum de neceſſitate cognitionis antiquitatum & privilegiorum S. Imperii. *Conradi III.* ſuevi Conſtit. de beneficiis & terris tributariis. 1141. Reſcriptum de concordia utriusque Imperii, orientalis & occidentalis. 1143. Conſtit. de pacto & conditione inſerta in contractu. 1145. *Friderici I.* Barbaroſſæ Conſtitutiones. Conſtit. de pactis inter Imperium & Eccleſiam ſervandis. 1152. Reſcriptum de iure Imperatorum in urbem Romam. 1155. De Tiburtinis, ut obediant Papæ, ſalva ſuperioritate imperiali. 1155. Edictum de tuendis Imperii iuribus, adverſus rebelles. 1158. Decreta comitiorum roncaliorum de regalibus Imperii. Decretum in cauſſa Archiepiſcopi bremenſis contra Ducem Saxon. Epiſc. magdeburg. & verdenſ. 1159. Collatio cum Papa de urbis ſubiectione, tributis Patrimonii B. Petri Imperio pendendis, & homagio epiſcoporum Italiæ. Mandatum de concordia cum Pontifice confirmanda. Edictum pro-

proſcriptionis adverſus Cremenſes & Mediolanenſes. De dimiſſione Cardinalium ob crimen læſæ maieſtatis captivorum, & electione novi Pontificis. 1161. Inſtructio pro comite Henrico Trecenſi ad Regem Francorum, de reformanda pace eccleſiæ. 1162. Mandatum de incompetentia Regis Francorum in cognoſcenda cauſſa electionis rom. Pontificis, quæ ad imperialem iurisdictionem ſpectet. Reſcriptum ad ſchiſmaticos Cardinales ſuper eorum maledicis litteris in Imperatorem & papam Paſchalem emiſſis. 1165. Decreta comitiorum herbipolenſium de confirmatione Paſchalis papæ, & reprobatione Alexandri III. ſchiſmatici. 1166. Edictum de pace eccleſiaſticorum. 1157. Acta pacis publicæ inter Fridericum Imp. ex una, & Alexandrum III. papam, Regem Siciliæ, & Status Regni Longobardiæ, ex altera parte. 1176. Mandatum diffidatorium ad Saladinum pro reſtitutione Terræ ſanctæ. 1188. *Henrici II.* Anglorum regis Conſtitutiones, Mandata, & Reſcripta de iuribus regni, contra Papæ & eius aſſeclarum, uſurpationes, iniuſtitias & tyrannides, in comitiis herbipolenſibus ab Imperatore & Statibus Imperii comprobata & confirmata. *Henrici VI.* Imp. Conſtitutiones de argentifodinis. 1189. Statutum de ſervitute nativitatis. De obedientia Ducis Burgundiæ, Imperio præſtanda. 1190. Reſcriptum de captivitate Regis Anglorum. 1191. Conſtit. de iure monetæ cudendæ. Aurea bulla de compoſitione inter Imperium & Regem Angliæ. De fide vaſalli Imperio & Regno Franciæ pariter obſtricti. De feudo Comitatus matisconenſis inter Comitem palatinum Burgundiæ & Ducem divionenſem Superioris Burgundiæ controverſo. 1193. De rebus Eccleſiæ rom. concedendis. 1197. *Philippi II.* ſuevi Conſtit. de diffidamentis. 1201. *Balduini I.* flandri, Imp. CPtani, Edictum de reſtauratione Imperii orientis, & redunitione cum occidentali. 1204. Reſcriptum de præcellentia Imperii, & obedientia ſacerdotii, ad Papam. 1205. *Ottonis IV.* Conſtitutiones. 1209. *Friderici II.* ſuevi Edicta, Reſcripta, & Mandata de iniuriis rom. Pontificum in Imperatorem & Principes Imperii, iniuſtoque eorundem tyrannide & uſurpatione. Edictum de Vicarii imperialis officio ac poteſtate. 1220. De paratis & manſionaticis, & conductibus Imperatori ad comitia proficiſcenti exhibendis. 1225. Reſcriptum ad Papam, a quo iubebatur ab Italia abſtinere, & litis cum Lombardis arbitrium in Papæ ma-

Digitized by Google

manus committere, & Terræ ſanctæ expeditionem ſuſcipere. 1236. Edictum de comitiis imperialibus, Parmæ celebrandis. Adverſus Papæ & Concilii lugdunenſis decretum de ſui depoſitione. 1245. Concilii lugdunenſis Decretum de electione Imperatoris rom. ab Imperatore & Statibus Imperii reprobatum. *Conradi IV.* ſuevi Conſtitutiones. *Henrici IIX.* thuringi Leges de iudæis. *Wilhelmi* hollandi Regula ordinis militaris. 1247. Imperialis proceſſus in unctione Regis Romanorum, in eius coronatione & conſecratione ſervandus. Antiqua ordinatio de officio Comitis palatini. Formula iuramenti fidelitatis vaſallorum ſeu iudicum, Imperio præſtandi. *Richardi* angli Imp. Conſtit. de hæreticis & blaſphemis. 1258. Conſtit. de ſucceſſione in defuncti filii hereditatem. *Alphonſi* hiſpani Imp. Mandatum ad civitates imperiales de paratis, manſionaticis, & conductibus coronando Cæſari exhibendis. 1250. *Conradi V.* ſive *Conradini*, ſuevi, Edictum de receptione cinguli militaris. 1267. S. *Ludovici*, Francorum regis, Pragmatica ſanctio de rapinis & expilationibus rom. Pontificis cöercendis. 1268. *Rudolphi I.* Conſtit. de primis precibus. 1273. *Alberti I.* Conſtitutiones. *Philippi*, Francorum regis, Reſcriptum de ſuperioritate regia, & collatione beneficiorum eccleſiaſticorum ad ius regium pertinente, adverſus Papæ romani tyrannidem. 1302. Articuli adverſus Papam in Synodo pariſienſi propoſiti & decreti. 1303. *Henrici VII.* Reſcriptum, quod Imperator Papæ nullum iuramentum præſtet. 1311. Authentica de ſumma Trinitate & fide catholica & de hæreticis. 1312. Senatus conſultum de Lege regia. *Ludovici IV.* (verius V.) bavari Decretum de Imperatoris maieſtate, & quod ſit Imperator, qui ab Electoribus electus eſt, etiamſi a Papa non ſit unctus, conſecratus, ac coronatus. 1338. Conſtitutio de Imperii iuribus & excellentia ac poteſtate Electorum Regis Romanorum. 1339. Decretum adverſus iniqua poſtulata romani Pontificis de Imperio a Sede romana recognoſcendo. 1345. De falſa electione Caroli bohemi annullanda, & de iuribus Imperii adverſus Papam & eius ſectatores tuendis. 1346. *Eduardi* angli, poſtulati Cæſaris, Reſcriptum de libera electione eccleſiaſticarum perſonarum, adverſus romanæ Sedis gravamina. S. romani Imperii Electorum Decretum de iugo pontificio excutiendo. 1347. *Guntheri* ſchwarzenburgii Edictum de Imperii excellentia, & poteſtate

Digitized by Google

ſtate electi Imperatoris. 1349. *Caroli IV.* Decretum de reformatione cleri. 1366. Conſtit. de libertate eccleſiaſtica. 1377. *Caroli* Francorum regis arreſtum de annatis. 1406. Edictum ſuper libertate eccleſiarum Regni & Delphinatus, reſpectu exactionum, annatarum, & gravaminum per Papam impoſitorum. 1407. *Iodoci* moravi Sanctio de reſiſtendo regiæ Maieſtati, ſi contra ordinationes Imperii fecerit. 1410. *Sigismundi* Conſtit. de pace infidelibus & rebellibus ſuis facta. 1403. Decretum ſuper donationibus poſſeſſionum, quæ rebellium fuerant. 1404. Conſtit. de electione romani Pontificis, quo modo per concilium ſit celebranda. 1415. de concilio per Imperatorem tuendo in libertate electionis. Aurea bulla de adhæſione, concilii baſilienſis Decretis inconcuſſe facienda. 1432. Aviſamenta ad Papam. 1433. Inſtructio Legatis data pro expeditione romana Conſtit. de advocatia & protectione eccleſiæ romanæ. *Synodi conſtantienſis* Confirmatio conſtitut. imperialium de libertate eccleſiaſtica. 1434. Reſcripta & Decreta varia. Edictum de incompetentia Concilii in iudicandis cauſis Principum Imperii, ad Sacram Cameram pertinentibus. Decreta comitiorum poſonianorum. 1435. Decretum ſuper modo exercitum colligendi, & expeditionem generalem faciendi. Edictum de ſalvo conductu Concilii perſonarumque ad illud euntium, ibidem ſtantium, & inde recedentium. Confirmatio Articulorum, cum Huſſitis concordatorum, de uſu calicis in euchariſtia. 1436. Decretum de uſu calicis petentibus concedendo. *Synodi baſilienſis* Bulla de Papæ romani ſuſpenſione ab officio paſtorali, propter eius lupinam tyrannidem, ad S. Romani Imperii Electores. 1437. Reſcriptum ad Electores de non impedienda eccleſiæ reformatione in capite & in membris, & quod Papa ſubiectus ſit Concilio, quodque tyrannica eius adminiſtratio a Concilio ſuſpendi debeat. 1438. Reſcriptum de promovenda reformatione eccleſiæ in capite & in membris, ut ei Papa ſubiiciatur, & quod Papa non habeat poteſtatem mutandi Concilia, quodque tyrannice agens ab officio papali debeat ſuſpendi, & ſi non reſipiſcat deponi. 1439. Reſcriptum ſuper eodem facto, & ne Principes obedire velint Papæ, ſed ut eum refutent. Reſcriptum ad Imperatorem, de transferendo concilio. 1442. *Alberti* II. Decreta comitiorum badenſium. 1439. *Friderici* III. Sacra ad Papam de regnis legitimo heredi non auferendis,

dis, aut in alium transferendis. 1444. Sacra ad Papam de expeditione contra Turcas facienda. 1453. *Vladislai*, ungari, deſignati Cæſaris, Decreta de expeditione turcica. 1454. *Caroli* (IIX.) Francorum regis, Edictum contra rom. Pontificem. 1495. *Maximiliani* I. Conſtit. de honore & privilegiis poëtarum. 1501. Edictum contra bannum papale, & ut coërceantur ſacerdotes, qui homines Imperii ad iudicium Pontificis romani evocare audent. 1505. Mandatum de ſubiectione civitatis Patavii, & deſtructione rebellium. 1507. Mandatum de abolendis Actis & decretis conciliorum turonenſis & piſani, contra Papam Iulium celebratorum. 1512. Mandatum de transferendis ſcriptoribus rerum geſtarum Imperii Græcorum, quod teutonici Imperatores vindicare ſibi debent. 1514. Reſcriptum de bello Turcis inferendo, & ut Papæ atque Cardinales perſonaliter Imperatori in eo aſſiſtant. 1517. *Caroli* V. Reſcriptum de iniuriis rom. Pontificis in Imperatorem & Imperium. 1526. Reſcriptum de iniuſta Papæ uſurpatione, & convocatione concilii generalis. Decreta comitiorum ſpirenſium. 1529. Reſponſio ad poſtulatos articulos Clementis VII. de concilio celebrando & audiendis adverſariis. 1530. Articulus ad cauſſam religionis ſpectans. Iuramentum de protectione Papæ & eccleſiæ romanæ. Declaratio de ordine egreſſus & ingreſſus Principum Imperii in comitatu Imperatoris. Reſcriptum ad Proteſtantium Principum & Statuum poſtulata in cauſſa religionis. Decretum in cauſſa religionis. Reſcriptum de decreto religionis recipiendo. Conſtitutiones criminales publicorum iudiciorum. 1532. Decreta comitiorum francofurtenſium. 1539. Conſtitutio de obſervatione canonum ſynodalium & advocatiis protectionibusque eccleſiarum. 1549. *S. Rom. Imperii Electorum* epiſtola de ordine ingreſſus Principum in comitatu Imperatoris. 1530. Reſcriptum de egreſſu & ingreſſu Principum. *Ferdinandi* Cæſ. Conſtitutio ad removendos abuſus; & Ordinatio ad vitam cleri reformandam, per Legatum pontificium publicata. 1524. De remunerandis bene præclareque de Rep. meritis. 1526. Edictum de ſupplicationibus publicis inſtituendis pro avertenda Dei ira, & de contributionibus communibus in bellum turcicum. 1529. Sacra de veritate doctrinæ euangelicæ, per Lutherum repurgatæ. 1537. Edictum de catechiſmis doctrinæ chriſtianæ. 1554. Reſolutio de Colloquio wormatienſi, & ſecta-

rum

Digitized by Google

rum Aug. conf. diſſenſionibus. 1557. *Franciſci*, Francor. regis, Articuli de reformatione morum, & eccleſiæ diſciplina. 1563. Proteſtatio contra Pium IV. papam, pro præeminentia ac præſeſſione Regis chriſtianiſſimi ante Regem catholicum, adverſus Papæ iniquos proceſſus, & nullitatem Concilii tridentini. *Maximiliani* II. Edictum de ſtudiis literarum promovendis. 1565. De pace religionis, & damnatione Georgii Ederi, Doctoris turbulenti ac ſeditioſi, famoſorum, mendacium & iniurioſorum libellorum auctoris. 1573. Reſcriptum de cantu eccleſiaſtico, & divini officii emendatione. 1575. *Gregorii* XIII. Bulla de emendatione calendarii. 1582. *Rudolphi* II. Edictum de officio principis militaris in hoſte perſequendo. 1594. Reſcriptum ad Ordines regni Poloniæ de pactis non violatis. De belli alea, & recipiendis Principibus ad Imperium, a Turcis deficientibus. De mundiburde Principum, in protectionem Imperii ſuſceptorum. 1595. Sacra ad Papam de contributione ad bellum turcicum faciendo. 1596. Reſcriptum de feudis Imperii, ſine Electorum & Ordinum conſenſu nemini auferendis, aut in alium transferendis. 1598.

In Tomi IV. Claſſe I. cui præmittitur 1) Dedicatio ad Fridericum IV. Electorem palatinum, in qua de præcellentia dignitatis & iuribus rom. Imperii gravis ſermo eſt. 2) Præfatio de ſignificatu tituli *Conſtitutionum imperialium*, de earum vi & efficacia, easque omnes Corpori iuris inſerendas fuiſſe, exſtant *Hadriani I* Papæ Bulla de electione & inveſtitura. A. C. 774. *Caroli* M. Conſtit. contra hæreſin Felicianam. 794. Edictum de diſciplina eccleſiaſtica. Latine & germanice. 796. Pro eccleſiaſtica poteſtate. 802. De pace 806. *Ludovici* Pii Miſſiva de reformatione abuſuum cleri. 817. *Lotharii I.* Conſtitutio de electione roman. Pontificis, & legibus Romanorum. 825. *Lotharii* iunioris Conſtit. de pace. 860. Reſcriptum ad Imperatorem CPtanum. 871. *Caroli Calvi* Reſcriptum ad Pontificem rom. de poteſtate imperatoria ſeu regia. *Caroli Craſſi* Conſtit. de expeditione rom. 890. Acta concilii romani præſidente *Ottone I.* Imp. 863. *Leonis* papæ IIX. Bulla de electione & inveſtitura. 964. Bulla pro reſtituendis rom. Imperio temporalibus. Latine & germanice. 998. *Henrici II.* Conſtit. de regalibus B. Petro conceſſis. 1014. *Henrici IV.* Miſſiva ad abbatem laureshamenſem, qui propter contumaciam abbatia

privatur. 1069. *Gregorii VII.* Breve ad Principes Germaniæ de pœnitentia & abſolutione Henrici IV. Imp. 1077. *Henrici IV.* Iuramentum erga Papam. Acta comitiorum wormatienſium, in cauſa Henrici IV. Imp. & Gregorii VII. pſeudopapæ. Eiusdem & *Rudolphi* Regis Rom. iuramenta, in concilio rom. præſtita. 1079. Fragmentum comitiorum Brixiæ Noricæ celebratorum. 1080. Miſſiva ad clerum populumque rom. ut Hildebrandum deponant. Alia ad Papam Gregorium VII. qua ei vitia & iniuriæ exprobrantur. Alia ad Philippum, Regem Franciæ, contra Henrici IV. impietatem. 1106. Ad Principes Imperii Proteſtatio ſuper iniuſta ſui depoſitione. Principum Imperii Reſcriptum ad Henricum IV. qua cauſas exponunt, propter quas ſit depoſitus, neque tamen ei denegant cauſam ſuam agere coram Senatu populoque germanico. Henrici IV. Reſcriptum ad Principes Imperii, ut iubeant filium ſuum a perſecutione ceſſare, & ut amplior octiduo terminus ſibi concedatur ad cauſæ ſuæ defenſionem. *Henrici V.* Conſtit. de inveſtituris eccleſiaſticorum, cum Paſchalis II. decreto. 1110. De electione & inveſtitura Epiſcoporum & Abbatum. 1122. *Calixti II.* papæ Bulla eadem de re. *Senatus populique rom.* Miſſiva ad Imperatorem Conradum III. qua eum ad recipiendam rom. Reip. poſſeſſionem hortantur. 1140. *Conradi III.* Reſcriptum ad Ioannem Comnenum, Imp. CPtanum, qua amicitiam offert, mutuamque expetit, cum CPtanum Imperium ſit filia romani; præterea milites germanos commendat, & pro Germanis petit locum in urbe CPtana, ubi eccleſiam ædificent. 1146. *Hadriani IV.* Breve ad Imp. Fridericum, cui exprobrat, quod nomen ſuum in literis nomini papali præpoſuerit. *Friderici I.* Reſcriptum ad Papam, quo ſe illud ait feciſſe more antiquo, integrum autem eſſe Papæ idem facere in ſuis litteris ad Imperatorem; ceterum cogitare debere, Silveſtrum Papam tempore Conſtantini nulla habuiſſe regalia; quidquid autem eorum iam habet papatus, id omne largitione Imperatorum obtinuiſſe. Vtrumque latine & germanice. Conſtit. de excellentia & iuribus Imperii, videlicet illud non teneri beneficio Papæ. 1157. Formula ſacramenti fidelium Imperii. 1158. Leges caſtrenſes. Conſtit. de pace. Miſſiva ad epiſcopos transmontanos, qua eos vocat ad concilium papienſe. 1159. Ad Papam & Cardinales, qua & eos vocat ad idem concilium. Reſcripta ex co-

comitiis papienſibus. 1160. Reſcriptum ad Imp. CPtanum, Emanuelem Porphyrogennetum, quo conſtituitur, Græcorum Imperatorem ſubditum eſſe rom. Imperio. 1177. Pactum Romanorum cum Imperatore, quo ei fidelitatem & ſubiectionem promittunt, atque ius tradunt ordinandi ſenatum, ſibi autem ſtipulantur privilegium plateatici, portatici & ripatici in toto Imperio. 1167. *Hadriani IV.* Papæ ad archiepiſcopos & epiſcopos Germaniæ, qua rogat, ut Imperatorem (Fridericum I.) his verbis, *Se illi inſigne corona beneficium contuliſſe*, ad iram commotum, in viam rectam reducere ſtudeant. 1158. Epiſcoporum Germaniæ Reſcriptum ad Hadrianum IV. quo ſe eius literas ad Imperatorem, quaſi ipſe ei coronæ beneficium contulerit, ægre moleſteque ferre teſtantur. Papæ ad Imperatorem Epiſtola, in qua, quomodo Imperium dicatur & ſit beneficium Eccleſiæ, interpretari conatur, & hoc quidem modo: per *beneficium* ſe intelligere bonum factum, & per *conferre* imponere. Belle. 1159. *Henrici VI.* Miſſiva ad Prælatos Imperii, de indicendis militiæ ſacræ privilegiis. 1195. *Principum Imperii* ad Innocentium III. papam de electione Ottonis IV. Imp. 1200. *Friderici II.* Imp. Aurea bulla, in favorem Sedis papalis. 1213. Edictum, quo abolet Statuta contra libertatem Eccleſiæ. 1220. Conſtit. pro eadem. Conſtitutiones contra hæreticos. De iuribus ac privilegiis Ducatus Auſtriæ, cum inſerta Conſtitutione Friderici I. 1245. *Henrici* VII. filii Friderici II. (de quo vide *Lexic. univerſ. hiſt.* T. III. 55.) Conſtit. de propriis hominibus, eos eorumque bona ſine conſenſu dominorum ſuorum non eſſe ad eccleſiam transferenda, clericos non vocandos ad iudicia ſecularia, nec ſeculares Principes & Status ab Epiſcopis & Prælatis in ipſorum iuribus violandos, pfalburgeros autem abrogatos eſſe debere. 1232. Receſſus comitiorum moguntinenſium. 1236. Conradi V. ſive *Conradini* Regis Rom. Querimonia ad Principes Imperii de iniuriis ſibi a Pontificibus rom. illatis. 1267. *Electorum Imperii* Conſtit. de donationibus Eccleſiæ rom. factis, qua illæ, a Rudolpho confirmatæ, ratificantur. 1279. *Rudolphi* Conſtit. de primis Imperatorum precibus. *Alberti* I. Conſtit. de privilegiis rom. eccleſiæ. 1303. *Henrici* VII. Com. lützelburgenſis Miſſiva ad canonicos modoetianos, ut privilegia & inſtrumenta afferant Mediolanum de corona ferrea. 1310. Ad abbatem cœnobii waldſaſſenſis, Io. de Elnbogen, de coronatione ro-

Digitized by Google

mana. 1311. Sententia in Robertum Siciliæ regem, qui ob ſuperbiam, contumaciam aliaque crimina regno privatur. 1311. *Ioannis* XXII. Papæ Bulla, qua Ludovico IV. bavaro Imperium abdicatur. 1323. *Ludovici* IV. Appellatio ſive Proteſtatio contra Papæ auſum. 1324. Conſtit. de Imperii iuribus & excellentia, ac poteſtate electi Rom. Regis. 1338. Apologia contra calumnias Ioannis Papæ XXII. Electorum S. R. Imperii ad Benedictum XII. Papam ſuper Ludovico Imp. & diſcordia Imperii & Eccleſiæ, qua improbant Papæ proceſſum, tanquam Deo, iuſtitiæ & iuris ordini adverſum, electumque Rom. Regem a Principibus aiunt habere poteſtatem plenam imperatoriam, non exſpectata Papæ confirmatione, minanturque vindictam, niſi in ordinem redeat. *Caroli* IV. Aurea bulla. 1356. latine & germanice, ex archivo Electoris palatini. Et latinus quidem codex eſt authenticus. Vide *Conring*. de orig. iur. germ. p. 166. Conſtit. de caſſatione privilegiorum contra rotwilanum Iudicium. 1361. *Wenceslai* Epiſtola ad Carolum VI. Regem Franciæ, de impedimentis, cur de pace eccleſiæ nondum inſtituta ſit reformatio. 1398. *Principum Electorum* Sententia exauctorationis & privationis Wenceslai, Rom. Regis. 1400. *Bonifacii* IX. Papæ Bulla degradationis Wenceslai, & confirmationis Ruperti, electi Regis Romanorum. 1401. *Sigismundi* Bulla de iure & ſucceſſione Electorum palatinorum. 1413. Epiſtola ad Carolum VI. Regem Franc. qua invitatur ad Concilium conſtantienſe. Ad Concilium conſtantienſe, quod ille hortatur, ne ſe abſente quid decernat. 1416. Aurea bulla, in comitiis noriberg. condita. 1431. Reformatio omnium Ordinum Imperii. 1434. *Concilii conſtant.* Reſponſio, qua laudat Sigismundum Imp. ac promittit obedientiam. *Ordinum Imperii* Aviſamenta conſtantienſia, de apoſtolicis reformationibus & collatione beneficiorum, hactenus per ſummos Pontifices facta. Conradi III. archiep. mogunt. Electoris Miſſiva ad epiſcopum auguſtenſem, qua eum vocat Moguntiam ad Comitia imperialia. 1426. Ordinum Imperii Aviſamenta, quæ tempore baſilienſis Concilii in Comitiis moguntinenſibus fuere deliberata. 1427. *Sigismundi* Imp. Reformatio eccleſ. pro futuro Concilio baſilienſi. 1436. germanice verſa a Frid. de Landskron, conſil. cæſareo. Alibi hæc Reformatio ad Concilium conſtant. ſed male, refertur. De quo vide Herm. *Von der Hardt* Præfat. in Tomi I.

Con-

Concilii conſtant. P. XXVII. p. 1120. Eiusdem Reformatio civilis. *Friderici* III. Epiſtola ad Carolum VII. Regem Francorum, qua eum vocat ad comitia Moguntiæ celebranda. 1440. Ordinatio Concilii baſilienſis ad Gravamina Nationis germanicæ. Prædicti Friderici Reformatio. 1442. Conſtitutio de pace quadrimali 1471. *Nationis germanicæ* cum ſede apoſtolica concordata: cum *Gregorii* Papæ XIII. declaratione. 1447. *Pii* II. Papæ Bulla de non appellando a Papa ad concilium. 1459. Receſſus comitiorum noribergenſium. 1466. *Maximiliani* I. Conſtit. de notariis & tabellionibus, eorumque officio. 1512.

In Tomi IV. Claſſe II. cuius epiſtola ad Fridericum Comitem palatinum, Friderici IV. Electoris filium primogenitum, dedicatoria docet, ſcripta hæc collecta optimos eſſe Principum monitores, doctores & conſiliarios, nec offendi quem debere, quod inſeruerit Edictum wormatienſe, & Declarationem religionis: conſilium enim ſibi fuiſſe, omnia Imperatorum Germanorum Statuta ac Reſcripta colligere & exhibere, ſine odio, ſine ſtudio partium; neque etiam Catholicos ſibi iraſci debere, quod ſcripta dignitatem & iura Imperatoris vindicantia attulerit: ſecutum namque ſe eſſe Imperatores, Reges ac Principes, qui eorum fuerint auctores; continentur ſequentia: *Caroli* V. Capitulatio. 1519. Electi Romanorum Imperatoris iurisiuranda in coronatione. 1520. Edictum contra novatores religionis, Wormatiæ 1521. VI. *Electorum* Concordata (Bruderliche Einung.) Caroli V. Conſtit. de iuribus Domus auſtriacæ. 1522. Acta comitiorum nurmbergenſium, in cauſſa lutherana, turcica, & pontificia. 1522. complectentia Caroli V. Imp. ad Hadrianum VI. Pontif. epiſtolam, qua contributionem petit ad gerendum bellum turcicum: *Hadriani* VI. Breve ad S. Rom. Imp. Electores, aliosque Principes ac Ordines, ut Mart. Lutheri novis, ut vocat, doctrinis reſiſtant, eumque in viam reducere laborent: Inſtructionem pro Fran. Cheregato, legato pontificio: Reſponſionem Principum Imperii, legato illi redditam: Replicationem legati: Duplicationem Principum: & C. Gravamina Principum ac Ordinum Imperii adverſus Sedem rom. ac totum eccleſiaſticum Ordinem. Et hæc ultima quidem tam latine, quam germanice. *Caroli V.* Imp. Mandatum ad Comites mansfeldicos de Lutheri doctrina, & contributione ad bellum turcicum. 1524. Reſcriptum ad

Digitized by Google

ad Clementis VII. Papæ criminationes, cum appellatione, & generalis concilii indictionis poſtulatione. 1526. Aliud ad eundem, quo voluntatem iuvandi res chriſtianæ reip. ſibi deeſſe negat pernegatque. Ad Senatum ſive Collegium Cardinalium, ut, negante ſeu differente Pontifice generalis Concilii edictionem, ipſi id indicant. Ad S. Rom. Imp. Principes Electores, ſuper cauſſa gallica & conventione madritica. Ad Vdalrichum, Ducem wirtenberg. qua eum iubet ſeque ſuaque omnia ultro dedere, aut læſæ maieſtatis indignationem pœnamque perferre. 1546. Declaratio religionis, quæ vulgo *Interim* vocatur. 1548. Conſtit. de pace publica tenenda. 1548. Reformatio politiæ imperialis. Muntz-ordnung, ſive Ordinatio rei monetariæ. 1551. Transactio patavienſis: Vertrag zu Paſſau. latine & germanice. 1552. Caſſatio Transactionis ſive concordiæ herbipolenſis cum Alberto, Marchione brandenburgico. Mandatum ad epiſcopum herbipolenſem, quo ratificatur illa Caſſatio. Aliud ad eundem, ne in illa Transactione pergat, ſed filum eius abrumpat. Epiſtola ad Sebaſtianum, Elect. mogunt. qua cauſas exponit, cur Transactionem illam, ſemel quidem, neceſſitate urgente, approbatam, confirmare nequeat. Extractatum Reſolutionis cæſareæ erga Marchionis petitionem, quo Transactionis confirmationem denegat. *Ferdinandi* Regis Rom. Declaratio & Explicatio, quo modo cum Statuum eccleſiaſticorum nobilibus, civitatibus & communitatibus, quæ Aug. confeſſioni addictæ ſunt, agendum ſit, videlicet, eos, quamvis in religione diſſentientes, tolerandos, & in iuribus ſuis conſervandos eſſe. 1555. *Caroli* V. Conſtitutio de ceſſione atque translatione Provinciarum belgicarum & burgundicarum, Philippo (II.) filio facta. Epiſtola ad Cameram ſpirenſem de abdicatione Imperii, & ſubſtitutione Ferdinandi regis. 1556. Edictum de ſua adminiſtrationis Imperii rom. ceſſione, reſignatione, & translatione Ferdinando fratri facta. *Ferdinandi* Imp. Ordinatio probandi monetam. 1559. *Maximiliani* II. Epiſt. ad Lazarum a Schwendi de laniena pariſienſi & hiſpanica tyrannide in Belgio: quam utramque improbat & exſecratur. 1574 Lazari *a Schwendi* Iudicium de adminiſtratione rom. Imperii, & tolerantia religionis. Quatuor hiſce Tomis adiungitur Rationale conſtitutionum imperialium, in Tomi IV. Claſſe I. & II. contentarum, in quo argumenta Conſtitutionum explicantur, & S. Rom.

Digitized by Google

S. Rom. Imperii iura adverſus Cæſ. Baronii Annales vindicantur; præmittitur autem ei Dedicatio ad conſiliarios & domeſticos Electoris palatini, in qua taxat 1) perverſum morem Doctorum iuris academicorum, qui in legibus rom. antiquis, quæ nullum præſtant uſum, explicandis tempus conſumunt; 2) eos, quibus Hiſpanorum & Italorum conſilia, & deciſiones potiores ſunt, quam noſtrates; 3) ſuadet, operam dari noſcendis potiſſimum illis legibus, quæ vivo Iuſtiniano in Alamania, Germania & Francia ſunt latæ, nec non genuinis noſtrorum Regum ſanctionibus; 4) talium ſe quoque, poſt Amerbachium, Heroldum, Denaiſium, collectionem inſtituiſſe.

Tomo I. Conſtitut. p. 215. & 225. *Ottonis I.* Conſtit. de locatione & privilegio Cameræ imperialis magdeburgenſis. Et p. 255. *Ottonis II.* Conſtit. ſuper confirmatione iuris municipalis Magdeburgenſium, ac prærogativa ſcabinorum.	Hæ Conſtitutiones *videntur eſſe ſuppoſitæ* a falſario quodam, intra trecentos proximos annos. *Conring.* de Orig. iur. germ. c. 18. p. 99.
Tomo III. 2. *Pharamundi I.* Leges ſalicæ, *in comitiis* quondam *ſaliʒenſibus* (quibus hodie *Saltʒburg ad Salam fl.* in Franconia, olim Salehem, in pago ſalico) per Francos, & eorum Proceres decretæ. Et p. 15. *Clodovei* Decretiones, Pharamundi Legibus ſalicis addendæ.	Etiam hæc *pro effictis* habet *Conring.* l. c. p. 27.
Pag. 243. Ludovici Pii, & *Lotharii* Cæſaris *Capitulare.*	Veriſimile eſt, accipiendum hoc eſſe *de Epitome Capitularium*, quam cum Hincmari Epiſtolis edidit Io. *Buſæus*: quam is quidem appellat *Conſtitutionum Caroli M. Epitomen, a Lothario eius nepote evulgatam. Conring.* p. 92.

P. 294. *Caroli Craßi* Conſtitutiones.	*Minime huic* debentur. *Conring.* p. 89.
P. 296. *Arnulphi* Imp. Conſtitutio.	Illius leges ex lectione hiſtoriarum illius ævi *conficta* ſunt. *Conring.* p. 90.
P. 301. *Henrici* I. Conſtitutio.	*Eiusdem eſt notæ. Conring.* p. 90.
Tomo IV. Claſſe I. p. 28. *Caroli Craſſi* Conſtitutio de expeditione romana.	Hæc Conſtitutio *mihi multum eſt ſuſpecta.* Conring. p. 89.

Melch. *Goldaſtus* Haimensfeldius, helvetius, ſi non nobilis, ſcriptis tamen ſuis, atque inſigni in honorem ac dignitatem Imperii rom. germanici adhibito ſtudio nobilitatem, ſi quisquam alius, promeritus, primum Ducis Bullionienſis a ſecretis, deinde conſiliarius Saxo-vinarienſis, & Holſato-ſchaumburgicus, ſed perpetuo adverſa fortuna & egeſtate preſſus, ideoque ad libros ſcribendos, ut iis panem lucraretur, adactus, dedit Monarchiam Imperii rom. ſeu de iurisdictione & poteſtate Imperatoris & Papæ, de qua *Thomaſius* in Cautelis P. II. 248. cum *Cocceio* obſervat, omnes illos, qui ante reformationem pro Imperio ſcripſerunt, & hic a Goldaſto collecti ſunt, contra Papam quidem, ſed non ſacerdotium ſcripſiſſe, atque adeo eiusmodi diſputationibus non potuiſſe multum in favorem Impp. & Regum promoveri, Suevicarum rerum ſcriptores veteres, librum de Regno Bohemiæ, (cuius iterata editio minime eſt ſperanda) librum de Maioratu, ſereniſſimi Ducis Saxo-vinar. iuſſu ſcriptum, Catholicon rei monetariæ, Digeſta regia, ſeu Conſtitutiones de euchariſtia, Notas in paræneticos ſcriptores veteres, Apologiam pro HENRICO IV. & Centuriam epiſtolarum philologicarum, (quibus adde Virorum clariſſimorum & doctorum ad Melch. Goldaſtum epiſtolas, ex bibliotheca Henr. Gunth. Thulemarii A. 1688. editas) vitamque laborioſam æque ac ærumnoſam depoſuit Bremæ anno 1635. æt. 59. Fuit vindex & inſtaurator iuris publici, deque Germaniæ hiſtoria & iuribus, ob talium collectionem ſcriptorum, præclariſſime meritus, caute tamen legendus, quia non paucas ſuſpectæ fidei merces, non quidem prudens ac ſciens, ſed ex errore, & prout invenerat, pro veris monumentis proponit, ſi quidem, uti debemus, audire volumus monentes viros clariſſimos, Herm. *Conringium* & Eric.

Man-

Digitized by Google

Mauritium apud Magirum Eponymol. crit. p. 393. *Sarckmaſium* ſive Schurzfleiſchium in Iudicio de noviſſ. prud. civil. ſcriptorib. n. I. *Rinckium* Program. Orat. auſpic.)(5. H. D. *Meibomium* Orat. de gen. hiſtor. germ. fontib. p. 45. C. L. *Bilderbeckium* in Biblioth. iur. publ. germ. (Io. Sylverii Germani Statui germ. præfixa) p. 12. *Zſackvvizium* in Prolegom. in Introduct. in Ius publ. & *Richardum* Hiſt. biblioth. cæſar. vindebon. p. 29. Laudes Goldaſti canunt *Bilderbeckius* l. c. auctor *Lexici univerſ. hiſtor* T. II. 258. Herm. Diet. *Meibomius* l. c. &, qui primo nominandus loco erat, Sam. *Rachelius* in Otio noviomag. c. II. nam primus eum laudat, quod collectione ſua Diplomatum hiſtoriam germanicam non parum illuſtraverit; ſecundus, quod peritia tam politica, quam hiſtorica ſit celeber; tertius, quod ſcriptis tam antiquis, quam recentioribus collectis æternum ſibi nomen paraverit; quartus, quod collectanea viri diligenter ſint volvenda. Qui tamen addit, multos eum codices, quibus uſus fuerat, corrupiſſe vel amoviſſe dici, ne a ſe congeſta alibi facile reperirentur, ideoque voluminum ſuorum pretium creſceret atque adaugeretur. Adde etiam I. C. *Dietericum*, qui, uti refertur in Biblioth. Schrader. P. II. G 7. Goldaſtum nuncupat Germaniæ Helvetiæque alterum Varronem, Prytaneo dignum.

LIV.

Melch. GOLDASTI Reichshandlungen, ſive S. rom. Imp. Acta & Tractatus, cæſarea, regia & principalia Mandata, regimen eccleſiaſticum & politicum concernentes. Hanoviæ 1609. In ep. dedicatoria ad Ioannem Fridericum, Ducem wurtenbergenſem, oſtendit auctor, non ſolum multas civitates, ſed integras etiam provincias & regna ab Imperio romano-germanico eſſe avulſa, iamque prætendere libertatem, ſed tabulas privilegiorum inſpiciendas eſſe, unde pateat, non alio quam feudorum titulo gaudere, talemque ipſum etiam eſſe Pontificem romanum: tum hiſtoriam recitat de Helvetiorum & Batavorum, nec non Regni arelatenſis & burgundici abſtractione. Contenta aurem libri hæc ſunt: Diverſorum Pontificum rom. Decreta de iure, poteſtate & eminentia Papæ, cum CONSTANTINI M. prætenſa donatione. A. C. 324. Quorum illa arrogantiæ ſunt indicia, hæc autem fabula. Fragmentum comitiorum ſub Ottone III. de conſtitutione

Electorum, aliorumque Ordinum. 1001. Sed & hoc eſt confictum, uti auctor in margine annotat. *Friderici II.* Reſponſio de Imperio rom. illud inter omnia regna eſſe primum ac præcipuum. 1240. Eiusdem epiſtola adverſus Papam & Cardinales in concicilio lugdunenſi congregatos. 1245. *Caroli IV.* Diploma de regalibus Rom. Imperii, eiusque clinodiis. 1350. Epiſtola de pecunia conductus inter Coloniam & urbes Imperiales in Wetteravia Francofurtum uſque. 1357. *Ioannis*, Principis Abbatis fuldenſis, Conſtitutio Ordinis equeſtris S. Equitis Simplicii. 1403. Tranſactio & Ordinatio ſuper torneamentis, ſancita Heilbrunnæ ab Ordine equeſtri IV. pagorum ſeu territoriorum. 1485. *Friderici III.* Indicatio expeditionis bellicæ pro Maximiliano Rege contra Belgas. 1488. Tranſactio inter Imperatorem, & Albertum Ducem Boiariæ Civitatis ratisbonenſis cauſſa. 1492. Præſidis & Conſiliariorum mechlinenſium Reſponſio pro honore & dignitate Imperatoris, contra Gallorum falſum & confictum ſcriptum. Iusiurandum civitatis colonienſis coram noviter electo Rege Romanorum, cum eorundem confirmatione privilegiorum ab illo ipſo Rege. 1494. Tranſactio inter Albertum & Wolfgangum fratres, atque heredes Ruperti, omnes Comites palatinos Rheni & Duces Boiariæ. 1505. Rom. Regiæ Maieſt. Reſponſio ad accuſationem Regis Galliarum, facta in comitiis conſtantienſibus. 1507. Matricula Imperii. Venetorum Indictio belli ad Maximilianum Imp. 1508. *Maximiliani* Imp. reſponſio. Illi, ſine honoris præfatione, infidelitatem, crudelitatem, devaſtationem, obiiciunt: hic autem eos ipſis illis vitiis commaculatos eſſe ait. *Iulii II.* Papæ litteræ ad Imperatorem, quem rogat, ut ſibi aſſiſtat, atque a Venetis recuperet urbes ſuas, quas iniuſte adhuc occuparint, Faventiam, Ariminum, Ravennam, Cerviam & Sarſinam, cum earum territoriis. 1509. Eiusdem Excommunicatio Venetorum. Imperatoris ad Ordines Imperii Epiſtola, qua cauſſas denegati ab Ordinibus contra Venetos auxilii refutat, eosque ad officium ſuum hortatur. Principum atque Ordinum Imperii, ſociorumque germanicæ, vallonicæ & vindicæ Nationis Denunciatio belli ad Venetos. Imperatoris Epiſtola ad Ludovicum Elect. palat. de perfidia Papæ in cauſſa veneta, quippe qui foedus ſecum initum fregerit, & cum hoſtibus Venetis fecerit. 1510. Alia ad Paulum a Lichtenſtein, qua conſilium ſuum

pon-

pontificatum, ſi Iulius II. ad plures abierit, acquirendi, aperit idque Cardinalem Adrianum approbaſſe. 1511. *Caroli V.* Electio, facta Francofurti. 1519. Cum aliquot epiſtolis, videlicet Helvetiorum ad Albertum Elect. mogunt. & Leonem X. papam, ne alius quam germanicus Princeps ad dignitatem imperialem eligatur, & Papæ reſponſione ad Helvetios, qua pacis cauſſa ſe a rege Galliar. Franciſco, in Imperatorem eligendo, non alienum eſſe fatetur. Cognitio cauſæ D. Mart. Lutheri, atque huius ipſius auditio in comitiis wormatienſibus. 1521. Conſociatio Equitum S.R. Imperii, facta Landavii 1522. in honorem Dei ac pacis publicæ cauſſa: ſtipulantur enim, ſeſe abſtenturos a iuramentis & execrationibus impiis ac temerariis, verbis blaſphemis, potationibus violentis, & quibusvis inhoneſtis actionibus, ſervaturos autem pacem, nec vindictam privatam exercituros, ſed, ſi qua lis oriatur, eam ad competens forum delaturos, aut arbitrorum iudicio commiſſuros. Ordinum helveticorum, *Antonii* Ducis Lotharingiæ, & Ducatus wurtenbergici Mandata contra Lutherum eiusque doctrinam, quam habent pro hæretica, cum gloſſis ſive refutationibus *Alectoris Semidalis*; ſub cuius nomine quis lateat, mihi adhuc incompertum eſt. *Ferdinandi* Regis Vngarorum & Bohemiæ, Archiducis Auſtriæ, Mandatum generale de patavici epiſcopatus iurisdictione & libertate eccleſiaſtica. 1528. Eiusdem Mandatum contra eos, qui in religionis capitibus diſſentientes, & ſcandaloſis tamen peccatis dediti abſolutionem petere detrectant, confeſſionem & ſacramenti cœnæ uſum intermittunt, decimarum & aliorum, quæ parocho debentur, item eleemoſynæ pro cathedrali, aliisque eccleſiis & ſcholis ſolutionem denegant, ac bona eccleſiaſtica alienant; & tamen, ſi mortui ſunt, a conſanguineis, vi adhibita, & fruſtra repugnante parocho, ſacris in locis ſepeliuntur. 1528. Eiusdem Mandatum de feudis eccleſiaſticis, ſuo in ſtatu relinquendis. Ritus, quo *Carolus* V. Imperator Ferdinando, Vngariæ & Bohemiæ Regi, ut Auſtriæ Archiduci feudum ſub dio, extra urbem Auguſtam Vindelicorum, contulit. 1530. Ordinatio X. Circulorum Imperii rom. germ. 1532. Wilhelmi *a Bellay*, legati gallicani, Literæ ad Electores & Principes Imperii, quibus petit, ut comitia inſtituantur, in quibus cauſſa inter Imperatorem & Regem Franciæ, ratione Mediolani & Sabaudiæ, decidatur. 1536. Pactum Pontificis cum Im-

peratore de bello contra Proteſtantes, qui in concilio comparere recuſant, & contra ſocios fœderis ſmalcaldici. 1546. Edictum Imperatoris in Belgio contra Lutherum & hæreticos. 1550. Acta inter Albertum, Ducem Pruſſiæ, & Ordinis teutonici Magiſtrum, cum variis huc pertinentibus ſcriptis, ab anno 1226. usque ad annum 1550. Aliquot Electorum ac Ordinum S. R. Imperii Manifeſtum, quo cauſſæ indicantur, quibus ipſi aliique Magnates & Ordines ad arma contra Carolum Imp. ferenda compulſi ſint. 1552. Proceſſus collationis feudi electoralis & bohemici, factæ Friderico Electori palatino ab Imp. & Bohemiæ rege Ferdinando. 1559. Explicatio cauſſarum, cur Electores, Principes atque Ordines proteſtantes Concilio tridentino, a Pio IV. indicto, ſiſtere ſe noluerint. 1564. Pacificatio Statuum hollandicorum & ſeelandicorum. 1576. Inſtrumentum pacis inter Status belgicos, nomine Philippi Regis catholici, & Status Hollandiæ ac Seelandiæ. Receſſus Ordinum helveticorum in cauſſa Ducis Sabaudiæ & civitatum Imperii, Bernæ & Genevæ. 1584. M. Laurentii *Fuchſii* Deſcriptio regiarum dignitatum, in qua narratio fit electionis, coronationis & officii aliquot Regum, immo & Papæ. 1564. Vlrici *ab Hutten* Relatio, quomodo, ſive quam perfide romani Pontifices ut plurimum ſe geſſerint erga Imperatores romano-germanicos.

Vlricus *ab Hutten*, Eques francus, natus in gentilitia arce ſua Steckelberg, Francofurti ad Oderam Magiſtri philoſophiæ titulis & honoribus inſignitus, atque ex Italia tertium redux ab Imperatore Maximiliano I. laurea poëtica & Equitis aurati axiomate donatus, itinere ad Gallos feliciter peracto in *Alberti* Archiepiſcopi moguntini aula commoratus eſt, nec hero duntaxat ſuo fideliter ſervivit, ſed & litteris naviter operam dedit, ſcriptisque cum in proſa tum in ligata oratione illuſtrem generis ſui nobilitatem condecorare & quaſi illuſtriorem reddere annifus eſt, vir puſillo quidem & debili corpore, ſed magni & ferocis animi, quippe qui non dubitavit ſemel atque iterum caſtra ſequi, ac Viterbii orta rixa quinque in ſe irruentes homines itidem exteros profligavit, ceterum ut veritatis, ita & candoris amans, cauſſæque Lutheri favens, atque eandem ſcriptis acerrimis defendens: quibus autem LEONIS X. Papæ odium incurrit, ut moguntinus præſul iuberetur hominem Romam vinctum mittere. Huic igitur periculo, immo & ſicis ac ve-

Digitized by Google

veneno ut ſe ſubduceret, ad Helvetios abiit; ſed nec apud illos ſatis tutus fuit. Interea contigit, ut morbis frequentibus atque atrocibus confectus, diem obiret in inſula lacus tigurini, Helvetiis Vffnort dicta, A. C. 1523. æt. 36. M. *Adam*, in Vitis ICtor. & Polit. p. 13, Ioach. *Camerar.* in Vita Melanchth. 95. *König* 419. Iac. *Burckhard* in Vita Hutteni, quæ recenſetur in Act. erudit. A. 1717, 410. *Magirus* 467. Ab *Eraſmo* etiam, cum quo tamen illi ſimultas aliquando interceſſit, multis laudibus paſſim in Epiſtolis celebratur, item in Dedicat. Compendii theol. Et in Dial. Ciceroniano, quo ſtilum auctorum examinat, Huttenum quidem a Ciceronis imagine procul abeſſe pronunciat, interim fatetur, *ſat ſplendoris & copia præſtare in oratione ſoluta, in carmine feliciorem eſſe.* T. I. Opp. p. 1014. Et *Camerarius* l. c. p. 94. ita eum depingit: *Fuit nobilitate generis antiqui inprimus clarus, doctrina erudita princeps, impatientiſſimus iniuriarum, libertatis immodice cupidus, non prorſus alienus a ſævitia, quæ etiam vultus acerbitate, & minus clemente interdum oratione indicabatur.* Scripta eius nominantur a *Friſio* in Compend. Biblioth. Geſner. 365. interque ea ſunt Orationes V. invectivæ, Aula, Phalariſmus, huiusque Apologia, Oratio exhortatoria ad Principes germanos, ut bellum Turcis inferant, Epp. ad amicos, & aliæ ad FRANCISCVM Regem Gall. ad Marin. Caracciolum, ad Bilib. Pirckheimerum, Epp. de ſchiſmate extinguendo, & Opera poëtica, quæ in unum volumen collecta Francofurti impreſſa ſunt A. 1538.

Melch. GOLDASTI Haiminsfeldii ReichsSatzungen, ſive Imperatorum, Regumve romanorum, Electorum & Ordinum Imperii Conſtitutiones, ordinationes, reſcripta & litteræ, quæ nec in Receſſibus Imperii, nec in prioribus latinis & germanicis Conſtitutionibus continentur. Hanoviæ 1609. Præmittitur Præfatio, in qua auctor ſermonem facit de amplitudine regni teutonici, de moribus veterum Germanorum, de vetuſtiſſimo iure Germanorum, quod ſit lex ſalica, de Alariciano corpore, quod Carolus M. revidendum curarit, de duplici Speculo, Saxonum & Suevorum, quæ quamvis a privatis ſcripta, auctoritatem tamen nacta ſint per Imperatoriam ac Regiam Maieſtatem. In Prima harum Conſtitutionum Parte occurrunt ſequentia: *Hadriani I.* papæ Decretum de electione rom. Pontificis, & inveſtura epiſcoporum, Imperatori conceſſa. A. C. 774. *Caroli* M. Conſtit. de iuribus ac libertate Fri-

Friſonum. 802. *Henrici I.* Ordinatio torneamentorum. 938. *Ottonis I.* Conſtit. de romanæ defenſione eccleſiæ. 960. *Conradi III.* Ordinatio Iudicii aulici rotwilenſis. 1174. *Friderici II.* Conſtit. de electoratu Bohemiæ romano in Imperio. 1212. *Rudolphi I.* de eodem. Speculum Suevicum, ſive de modo recte iudicandi, Suevis conceſſum a Cæſ. & regia Maieſtate. *Ludovici* bavari, & *Friderici* auſtriaci, Regum rom. Conſociatio de adminiſtratione Imperii rom. ab ipſis iunctim exercenda. 1325. *Ludovici* Imp. Conſtit. de rege Romanorum, ſe pro tali agniturum Fridericum auſtriacum. 1326. De clandeſtinis ſponſalibus. *Caroli IV.* Conſtit. de iuribus regni Bohemiæ. 1355. de electoratu palatino. 1356. Electorum & Ordinum Imperii Conſtit. de ſecuritate publica. 1398. *Wenceslai* Confirmatio præcedentis Conſtitutionis. Electorum & Ordinum Imperii Iudicium de Wenceslao ab Imperio removendo. 1400. *Martini* papæ Bulla de privilegiis clericorum. 1417. *Dieterici*, archiep. colonienſis, Reformatio Secreti in Weſtphalia iudicii, confirmata ab Imp. Sigiſmundo. 1439. *Friderici III.* Reformatio, ut omnes Status tam eccleſiaſtici, quam ſæculares in bonum redigantur ordinem. 1441. Conſtit. de privilegiis urbium Imperii. De quinquennali ſecuritate. 1467. Receſſus comitiorum noriberg. Mandatum ad Comitem wurtenberg. de iudæis in Imperio, ut eorum curam gerat, &, qui immodico foenore Imperii cives flagellant, iuſtis poenis afficiat. Receſſus Comitiorum ratisbonenſium. 1471. Syllabus expeditionis bellicæ contra Turcos, in iisdem comitiis. Conſtit. de ſecuritate decennali. 1474. Receſſus comitiorum francofurtenſium. 1489. *Maximiliani I.* Ordinatio Iudicii aulici rotwilenſis. 1496. Ordinatio Iudicii Cameræ imperialis. Nationis Germanicæ gravamina contra Papæ avaritiam & tyrannidem. 1505. Conſtit. de terminis in Iudicio camerali obſervandis. 1508. Pragmatica de ſtatu eccleſiaſtico in ordinem redigendo. 1510. Mandatum ad civitatem Gailhauſen, ut pecuniam mittat ad expeditionem bellicam, contra Venetos & perfidum Papam Iulium II. faciendam. 1511. Ordinatio Secreti Iudicii. 1512. Philippi Archiepiſcopi colon. Capitulatio, ſive propoſitio in Capitulo facta, qua præcedens Ordinatio confirmatur & commendatur. Ordinatio des Kampfrechts, ſive Iudicii equeſtris in Franconia. 236. *Maximiliani* I. Reſcriptum ad Papam Leonem X. de Lutheri do-

doctrina & ſophiſtica Doctorum, ei eſſe reſiſtendum. 1518. Electi Rom. Imperatoris erga Electores & S. Imperium Articuli, Pacta,& Obligatio. *Caroli* V. Confirmatio Vicariatus palatini in S. Imperio. 1520. item Confirmatio actionum illius Vicarii, inter mortem Maximiliani I. & electionem Caroli V. 1521. Confirmatio des Statthalterampts ſive officii adminiſtratorii in S. Imperio, id Vicariatui palatino non eſſe adverſum. Citatio & literæ ſalvi conductus pro Mart. Luthero, ut compareat in Comitiis wormatienſibus. Mandatum ad Academiam vindobonenſem, de M. Lutheri libris cremandis. Ordinatio X. Circulorum S. Imperii. Conſtit. de poteſtate Adminiſtratoris Imperii, qui abſente Imp. Carolo V. erat Ferdinandus, eius frater. 1522. Mandatum ad Archicancellarium, Electorem moguntinum, ut ſigillanda curet Mandata, diplomata, reſcripta & quæcunque alia Adminiſtratoris. Reformatio Iudicii ſecreti. Electorum & Principum Statuumque Imp. aliquot Confeſſio fidei, edita & oblata Auguſtæ Vindel. in Comitiis. 1530. Pactio ſive Contractus cadunenſis, Ferdinandum Regem Rom. inter & Electorem Sax. aliosque Imperii Principes. 1534. *Ferdinandi* Regis Epiſtola ad Lutherum, de ſuo erga eius doctrinam, poſt meliorem a P. confeſſionario moribundo ſibi traditam informationem, favore, & propoſito indicendi, non obſtante Pontificis concilio, Imperii comitia, in quibus conciliatio fiat diſcrepantium religionum. 1537. Edictum de ſuſpenſione executionis proſcriptionis, contra Proteſtantes, nominatimque Goslariam & Mindam civitates ſancitæ, usque ad futura Comitia. 1541. Confirmatio prioris, facta a Ferdinando, Rege Rom. & Declaratio Comitiorum ratisbonenſium. 1542. Cæſ. Maiæſtatis & Ordinum S. Imperii pactum de Circulo burgundico, (ſub quo omnes Cæſaris tanquam Auſtriæ Archiducis provinciæ inferioris Germaniæ intelligunt,) eum in tutelam S. Imperii recipiendum, antiquis tamen libertatis ſuæ iuribus frui, & ſi qua contributio ab Imperii civibus facienda, tantum, quantum duo Electores ad Rhenum, contra Turcos autem, quantum tres illorum, ſolvere debere. 1548. Appendix Pacificationis patavienſis de religione, pace, & adminiſtratione iuris: diſſenſum religionis non aliter, quam amicis viis ac mediis componendum, atque in Comitiis de iis deliberandum, per Conciliumne generale aut nationale, an per colloquium, vel de-

Digitized by Google

deputatos utriusque partis, fieri debeat; ſi vero concordia non ſequatur, pacem tamen uſque ad redintegrationem ſancte colendam eſſe. 1552. Ferdinandi Regis Reſolutio de libertate religionis ratione Statuum provincialium, Nobilium & civitatum hanſeaticarum. 1555. Cum Proteſtantium Reſponſione, & Regis decreto, 1. de ſubditis, civitatibus hanſeaticis aliisque, quæ non ſunt imperiales, eos non eſſe participes pacis religioſæ, ſub ea autem comprehendi Equites immediatos. Reſcriptum de Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Capitularibus, Ordinum viris, aliisque clericis: eos, ſi deficiant ab avita religione, excidere munere ac beneficiis ſuis. Reſolutio ſuper concepto pacis religioſæ, quod Regiæ Maieſtati ab Ordinibus Imperii fuit in comitiis auguſtanis oblatum: nimirum ſi duæ religiones in civitate vigent, ibi utrique ſalvum eſſe debere ſuum exercitium, nec alteri ab altera vim inferendam. Mandatum ad Archicancellarium per Germaniam, de inſinuatione pacis religioſæ. Reſcriptum de libertate religionis, traditum Proteſtantibus in Comitiis ratisbonenſibus. 1557. Aliud eiusdem argumenti. Reſolutio ſuper diſſidiis ſociorum Aug. confeſſionis in colloquio wormatienſi. 1557. Curandum eſſe, ut redeatur ad colloquium, idque chriſtianum & amicum, & excluſos theologos denuo ad illud vocandos, ut colloquii iure iuxta cum ceteris utantur, fruantur. Cæſ. Maieſtatis Declaratio de pace religioſa, ad petitionem Aug. Conf. ſociorum, in comitiis auguſtanis. 1559. nempe, illam nec poſſe nec velle in memorata pace, ſemel ab utraque parte ſancte recepta, quidquam mutare, aut religionem ſuam, a parentibus ac maioribus acceptam, & inde a multis ſæculis pro chriſtiana habitam, pro idololatrica agnoſcere. Proteſtantium Reſolutio de Statibus reformatæ addictis religioni, an e pace religioſa ſint excluſi. 1566. Illos in articulo principali de iuſtificatione, unde diſſidium religionis ortum ſit, & in multis aliis articulis, idem ſecum ſentire, diſſentire autem in doctrina de S. cœna; interim, quia Elector palatinus declaravit, ſeſe auditurum in colloquio aliquo ſocios Aug. confeſſ. quomodo ſententiam ſuam e verbo Dei probatum eant, ideo ſe paratos ad id eſſe, in præſentibus adhuc comitiis hiſce; neque vero per hanc declarationem animum ſibi eſſe, Electorem aliosve, qui in quibusdam articulis a ſe diſcrepent, apud teutonicas aut exte-
ras

ras nationes (quarum illis, ut marginale explicat, intelliguntur Helvetii, Belgæ, Friſones, Bremenſes, Weſtphali &c. his autem Galli, Angli, Scoti, Irlandi, Poloni, Vngari &c.) periculo exponendi, aut excludendi a pace religioſa. *Maximiliani* II. Imp. Reſcriptum ad Graviones & Magiſtratus Conf. auguſtanæ de libertate religionis in Capitulis eccleſiarum cathedralium. 1576. Se ſe hac in parte nihil poſſe innovare, ſed conſtanter inhærere ſancitæ, receptæ ac ſæpius repetitæ Paci religioſæ. Aliud eiusdem tenoris. Aliud ad Equites III. ordinum, videlicet ad Rhenum, Franconicorum & Suevicorum, eiusdem argumenti. Reſolutio de libertate religionis, in primis eorum, qui ſubiecti ſunt Capitulis eccleſiarum cathedralium: illam huc uſque obſervatam, nunc renovandam, & horum receſſui Comitiorum ratisbonenſium inſerendam, gravaminibusque Statuum proteſtantium occurrendum eſſe; ut, quidquid ipſis adverſum, componatur ac præcidatur. Reſcriptum ad Status romanæ religionis de religionis libertate, & pace religioſa: quo Imperator eos hortatur, ut erga Socios Aug. conf. modeſte atque ita ſe gerant, ne quis cogatur querelas movere ac proponere. Declaratio pacis religioſæ, reſpectu territoriorum & ſubiectorum eccleſiaſticorum. Qua Imperator negat ſe quidquam poſſe decernere contra pacem religioſam, præcipue ſine præſcitu & conſenſu utriusque religionis Sociorum; paratum tamen ſe eſſe ad audiendam Proteſtantium implorationem, & ad removendum gravamina, quibus ſe putent premi & affligi. Vltimum Imperat. ſcriptum ſive Declarat. erga Proteſtant. eiusdem cum priore argumenti. Receſſus Proteſtant. in Comit. ratisbonenſ. propter Status provinciales, Equites, Civitates & Communitates, qui a Catholicis religionis cauſſa expulſi ſunt: Seſe conventuros & deliberaturos, quomodo Cæſ. Maieſtati, quæ flecti hactenus nequeat, reſpondendum ſit. Index, unde præcedentes Conſtitutiones & ordinationes petitæ ſint, cum expoſitione earum originis, uſus & fructus.

In Parte II. in cuius præfatione, ſive ad Annam Auguſtam, Matthiæ Imp. uxorem, dedicatione, ex hiſtoriis antiquis & recentibus oſtenditur, ſexum etiam femininum ad imperii & regiminis curas paſſim admiſſum fuiſſe, ideoque & Imperatrici romanæ aſſignatum archicancellarium, cancellariam ſive grammatophylacium, in quo literæ, mandata, ac diplomata ſcribuntur & aſſervantur, at-

Digitized by Google

que Secretarios, exhibentur ſequentia: *Caroli I.* Articuli, quos obſervari iuſſit Ratisbonæ. A. C. 788. Edictum de diſciplina eccleſiaſtica & doctoribus eccleſiæ. 789. *Ottonis I.* Decretum de nepotibus. 937. Eos ad hereditatem avi, quamvis pater ipſorum iam diu mortuus ſit, & quidem ad portionem patris, admittendos. *Leonis IIX.* papæ Decretum, quo Imperatori, quidquid donatum fuit Pontifici a Carolo M. Iuſtiniano & Arithberto in Italia, redditur. 964. *Ottonis III* Conſtitutio de poteſtate Imperatoris & Papæ, item de regalibus Papæ. 998. *Henrici III* Reſcriptum de contributionibus. 1040. Imperatores non eſſe adſtrictos prioribus ordinationibus, ſed habere poteſtatem dandi iura & ordinationes. *Henrici IV.* Placitum de bonis eccleſiaſticis. 1075. Imperatorem habere poteſtatem, ædes ſacras a maioribus ſuis fundatas dandi quibuscunque voluerit; item partem bonorum Papæ rom. reddendi Imperio. Extractum Receſſus comitiorum treverenſium, cum Henricus V. deponeretur a ſolio cæſareo. 1076. Extractum Receſſus comitiorum moguntinenſium, cum Papa Henricum IV. perſequeretur. 1086. Cauſam decrementi Imperii inde eſſe, quod aliqua interierint ſive avulſa ſint regna, ut Moravicum, quod vaſtas ſub ſe continebat provincias. Vbi pariter Bohemia e Principatu facta eſt Regnum, & Wratrislaus præſens manibus Imperatoris coronatus. *Friderici I.* Reſcriptum ad ambitioſum papam Hadrianum IV. de dignitate & eminentia S. Imp. Conſtit: de ſecuritate publica, eiusque violatoribus. 1156. Ord. de exaltatione regni Bohemiæ, & ceſſione tributi polonici. 1159. Wladislaus confirmatur in regia dignitate, & tributum polonicum regi Bohemiæ in perpetuum aſſignatur. Reſcriptum de fidelibus Imperii miniſtris remunerandis, infidelibus autem puniendis. 1173. Extractum Receſſus comitiorum Imperii noribergenſium. 1187. In quo Imperator hortatur ad pacem colendam, & proponit quædam ad religionem pertinentia, ſcil. contra Papam romanum. Extractum privilegii *Philippi* Imp. pro rege Bohemiæ. 1200. Iura Principum Imperii confirmantur, Primislao Duci Bohemiæ aurea donatur corona, Bohemiæ regia dignitas cum iure creandi reges, in perpetuum tribuitur. *Ottonis IV.* Edictum contra latrones. 1209. Eſſe occidendos, ſive nobiles ſint, ſive plebeii. Comitiorum halberſtadienſium Decretum, adverſus papalem excommunicationem. 1211. Albertum archiepiſcopum

pum magdeburgenſem, qui in favorem Pontificis Ottonem IV. Imp. nec auditum, nec convictum, excommunicaverat, proſcripſerunt Principes Imperii, & contra eius Statum vindictam exercuerunt. Receſſus Comitiorum noribergenſium contra Romanorum perfidiam & Papæ inſolentiam, faſtum, ac tyrannidem. 1212. Romani enim multos Imperatoris milites trucidaverant, & Pontifex iniuſta ab eo poſtulaverat: ſi Principes Imperii iudicaverint expedire, ut ipſe imperio ſe ſe abdicet, id ſe facturum promtiſſime, ſed Papam non habere iuſtam ſui excommunicandi rationem; odium vero eius inde natum, quod ei in omnibus, in damnum & dedecus Imperii, cedere noluerit, & favere. *Henrici* Regis, Imperatoris Friderici II. filii, Conſtit. de coactione & pſalburgeris. 1232. Neminem ad alterius iudicium, neque etiam proprios homines, eorumve bona, ſine conſenſu dominorum, ad officium & peculium ſacrum transferenda; pſalburgeros autem abolendos eſſe. *Friderici* II. Ius, ſancitum Moguntiæ in Comitiis A. C. 1236. Hæc Conſtitutio ideo probe eſt notanda, quod videtur omnium prima eſſe, quæ vernacula lingua ſit conſcripta. Vid. *Conring.* de Orig. iur. germ. c. 27. p. 161. & *Schurzfleiſch.* Epp. ſelect. pag. 22. *Conradini* Regis litteræ ad Principes Imperii, de iniuſta poteſtate Eccleſiæ rom. & Papæ. 1268. *Rudolphi* Imp. Conſtit. de primis precibus in vacantiis Capitulorum. 1273. Reſcriptum de contractibus hereditatis principatuum & feudorum Imperii. 1290. Eos ab Imperatore eſſe confirmandos. *Alberti* I. Conſtitutiones renovatæ. Conſtitutio de officio Regum Bohemiæ. 1299. Eos ſub corona non teneri præſtare officium Electoris & Archipincernæ. Conſtitutio de regno Poloniæ. 1300. Id eſſe feudum Imperii. *Henrici* VII. Decretum contra Henrici bohemici tyrannidem. 1310. *Ludovici* IV. formula de officio Prætoris imperialis, vom Reichs Schultheiſſen-ampt. 1323. Si Prætor civitatis noribergenſis nolit iudicare maleficos, hoc munus exercere debere Albertum Reſchium. Appellatio Imperatoris contra Ioannem XXII. Papam. 1324. Quam ubivis affigendam curavit. Reſcriptum contra eundem Papam. 1327. Cuius hic vitia & auſus impii recenſentur. Reſcriptum de depoſitione Ioannis XXII. & novi electione, ab Imperatore & S. R. Imperio confirmata. Conſtit. de ſilvis Imperii. 1331. Foreſti præfectos & magiſtros ſacramento eſſe adſtringendos ad

obſervandas leges & ordinationes. Electorum Ordinatio de poteſtate, dignitate & excellentia Imperatoris & Imperii. 1338. Nimirum 1. S. R. Imperium eſſe ſummum in mundo magiſtratum, 2. Imperatorem non habere in mundo ſuperiorem, ſed Deo proximum, poteſtatem ei ſuam acceptam referre, eamque obtinere ſimul ac electus eſt, nec indigere Pontificis confirmatione, multo minus hanc e Pontificis coronatione concludendam, quippe quæ ad decorum pertineat, non vero ad eſſentiam; Pontificemque in coronatione Imperatori ſervire, ut ſervum, & ut mancipium domino ſuo. *Caroli* IV. Statutum de modo colendi ſilvas Imperii. 1347. Confirmatio Conſtitutionis de archiepiſcopi pragenſis iure inungendi & coronandi Regem Bohemiæ. Ordinatio de ſalvo conductu & ſecuritate præſtanda in viis S. Imperii. Confirmatio privilegiorum regni Bohemiæ. 1348. Confirmatio iuris mellicidarum (der Zeidler) in ſilvis Imperii prope Noribergam. 1350. Sententia & Decretum de ſubditis Electorum. 1353. Eos non teneri in alio foro comparere, niſi ipſorum Electorum aut Imperatoris. Mandatum ad civitates Tigurum, Vri, Switz, & Vnterwalden. 1354. Eas miſſum facere debere fœdus cum vicinorum civitatibus Principum, & ſolius Imperii rom. tutela uti, utpote ei ſubiectas. Ordinatio & Declaratio ſuper Electoris palatini iuribus & ſucceſſione. Aurea bulla de coniunctione provinciarum polonicarum & ſileſicarum cum regno Bohemiæ. 1355. Ordinatio de ſecuritate publica & adminiſtratione iuſtitiæ. 1356. Facta in conventu provinciali, præſentibus omnibus Statibus regni Bohemiæ. Aurea bulla, ſancita in Comitiis noribergenſibus. Sententia in cauſſa Ruperti Electoris palat. & Ruperti iunioris, Comitis palat. & Ducis Bavariæ, reſpectu electoratus palatini. Si alteruter moriatur ſine herede maſculo, alterum heredem eius ex aſſe agnoſcendum, cum omnibus iuribus & dignitatibus; ſi vero filium relinquat parvum, alterum eius, uſque ad annum ætatis duodevigeſimum, tutorem eſſe debere. Decretum de electoratu Ruperti ſerioris. Eum agnoſci pro Archidapifero & Electore S. R. Imperii, ob Palatinatum Rheni, quem poſſideat: neque licitum eſſe, litem illi facere ob Archidapiferi & Electoris dignitatem, niſi quis iuſte prætendere poſſit terras palatinatus. Ordinatio Bohemiæ. 1357. Bulla de privilegiis & ſucceſſione Electorum Saxoniæ.

Man-

Mandatum ad Senatum noribergenſem de ſilvis Imperii. 1358. Vt leges & ordinationes, pro conſervatione & incremento ſilvarum datas, diligenter ſervandas curent. Mandatum ad omnes foreſti illius magiſtros, curatores, & mellicidas, qui Zeidler vocantur, ut ordinationi ſibi præſcriptæ morem gerant. Conſtitutio de viatico, Friedbergæ dando 1361. Eos, qui illius ſolutionis evitandæ cauſſa, a regia via abeunt, in alieno territorio cohibendos, & ad ſolutionem adigendos. Caſſatio omnium privilegiorum, contra rotwilanum Iudicium impetratorum. Leuteratio & ſententia de feudis Imperii, in terris Principum. 1363. Burggravium noribergenſem, feudum prædiorum & agrorum in auſtriacis terris ſitorum, a nemine alio, quam ab Imperatore petere atque accipere debere. Reſcriptum ad Principes Imperii, expeditionis bellicæ cauſſa in terram ſanctam. 1364. Caſſatio telonii & ſalvi conductus. 1366. Pro quo mercatores noribergenſes ſolvere tenebantur Burggravio noribergenſi, Comiti hohenloico, Comiti wertheimenſi, & Godofr. a Bruneck. Ordinatio de iure & conſervatione regni Bohemiæ. 1369. Nemini amplius licitum eſſe privilegium petere a Rege pro agris, caſtellis & ſedibus, nec talem audiendum a Rege; ſi vero impetraverit, excidere illo debere, & ceteros Bohemiæ Status poſſe ac debere eum aggredi, bona ipſius rapere, eumque privare omnibus honoribus, tanquam raptorem publici commodi, & vaſtatorem regni bohemici. Reſcriptum ad Electores & Principes Imperii, qui rogaverant, ut Cæſ. Maieſtas ſedem ſuam a Praga transferret in Imperium. 1370. Reſpondit autem, ſibi, ut alii cuivis, dulce ſolum patriam eſſe, eamque proventum, quo S. R. Imperium tueri poſſit, (ante autem monſtraverat Legatis maſſam auream, datam a fodinis bohemicis) ſuppeditare. Mandatum ad Senatum noriberg. de dando, ſi quis petierit, ſalvo conductu. 1371. Bulla de privilegiis & ſucceſſione Electorum Saxoniæ. 1376. Mandatum contra errores in religione chriſtiana, ad Bohemos. Si quis aliter, quam Chriſtus & Apoſtoli, atque Eccleſia romana, docuerit, eum vindictæ divinæ tradendum, ſed &, ſi pertinax fuerit, igne aut ferro puniendum. Reſcriptum de civitatibus imperialibus. 1378. Circum illas, niſi in diſtantia unius milliaris, non extruendam urbem, vicum aut caſtellum, nec erigendum ius civitatis, vici, aut criminale. *Wenceslai* Reſponſio

ad

ad Ordines Imperii, qui rogabant, ut ſedem ſuam Praga transferat in Germaniam. 1383. Legatis ſine conſultatione ille extemplo reſpondit, ſe eſſe Regem Romanorum, & hoc ſufficere poſſe Germanis; ſi vero quis faciem videre velit ſuam, eum poſſe in Bohemiam venire, votique ſui fieri compotem. His auditis in conventu Principum Imperii colonienſi, Comes palatinus Rheni dixit: Sit ergo dominus Bohemiæ, & nos ſimili utamur dominio. Sententia de liberis ac nobilibus Imperii advocatiis (Reichs-Vogteyen,) eas non eſſe ſub Principibus Imperii, ſed ſub ipſo Imperio, & coram eo poſſe conveniri. 1387. Conſtit. de iudæis. 1594. Non eſſe recipiendos a Civitatibus Imperii liberis, niſi prius iureiurando obedientiam promiſerint Cæſareæ Maieſtati, Imperio, & Civitati. Confirmatio officii magiſtri foreſti. 1396. Conſtit. de homagio Cæſ. Maieſtati, Imperio, & Civitati, in qua vivunt, ab omnibus civibus, eorumque filiis, qui 14. nati ſunt annos, præſtando. 1398. Conſtit. de privilegiis balneatorum. 1406. Decretum de ſuffragiis nationalibus in univerſitate pragenſi, a Io. Huſſo eiusque ſociis contra germanicos Romaniſtas impetratis. 1409. Decretum de reliquiis, quas Imperator Praga Carlſteinium transferendas, & contra idololatriam includendas curavit. 1410. Ordinatio Iudicii pugnæ, des Kampf-oder Kolben-gerichts. *Ruperti* Imp. Sententia & Decretum in cauſſa Alberti epiſcopi bambergenſis, eiusque Capituli, contra Mareſchallum papenheimenſem & alios. 1401. Lis hæc componenda ac decidenda committitur Burggraviis noribergenſibus. *Sigiſmundi* Imp. Ordinatio & declaratio de ſucceſſione Electorum palatinorum. 1414. Decretum de gravaminibus, quæ cauſantur Pontifex eiusque aulici & clerici. 1416. Decretum de abrogatione novorum teloniorum, ædificiorum & caſtellorum. 1417. Decretum de cauſſis Principum Imperii. 1417. Eas lingua vernacula eſſe tractandas. Vbi nota, iudicio illi, quod erat de feudo Imperii, Cæſarem ipſum cum Principibus, tanquam Curiæ Paribus, præfuiſſe: nam ad talem conſeſſum feudalia negotia omnia maiora tum delata ſunt. *Conring.* de Orig. iur. germ. c. 33. p. 207. Literæ ad conventum provincialem cziaslavienſem in Bohemia, in cauſa iurium hereditariorum Cæſ. Maieſtatis in Bohemia, & libertatis religionis. 1421. Reſcriptum ad Status bohemicos. Non ſe ſe, ait Imp. Sigismundus, ſed incolas, qui bona ſua abſumſerunt, ac poſtea

Digitized by Google

ea eccleſias & monaſteria diripuerunt, incenderunt ac devaſtarunt, Bohem. dedecore affeciſſe, ſed hæreticos in Concil. conſtant. condemnatos; coronam & reliquias,nec non tabulam provincialem ſeſe in ſecurum tranſtuliſſe locum,neque adverſari IV. articulis, aut civium iuribus ac privilegiis: hortatur autem eos, ut abſtineant a propoſito deſtruendi eccleſiam cathedralem pragenſem cum caſtello. Leges, quomodo Princeps Principem in ius vocare poſſit. Confeſſio, Literæ & Decretum de Electoratu & Ducatu Saxoniæ, Friderico Landgravio Thuringiæ dato, contra prætenſum diploma Erici, Ducis lauenburgici. 1426. Aurea bulla, in Comitiis noribergenſibus ſancita. 1431. Reformatio eccleſiæ, in proximo concilio baſilienſi proponenda. 1440. Imperator duas omnis mali præcipuas cauſſas ait eſſe, ſimoniam & avaritiam; illam apud eccleſiaſticos, hanc apud ſæculares. Obligatio Imp. Sigiſmundi civitatibus Bohemiæ data. 1436. Eas non cogendas ad recipiendum eiectos eccleſiaſticos, & reddenda iis beneficia ac bona eccleſiaſtica. Conſtit. de electione archiepiſcopi aliorumque epiſcoporum. Eam liberam eſſe Statibus euangelicis, electos autem ab Rege confirmandos. Conſtit. de archiepiſcopi aliorumque epiſcoporum electione, Statibus euangelicis facienda, electo autem a Rege confirmando. Conſtitutio VI. *Electorum*, tempore diſſidii & turbarum Concilii conſtantienſis. 1438. *Concilii baſilienſis* Ordinatio, ad Teutonicæ nationis Gravamina. *Friderici* III. Decretum de Papæ eiusque aulicorum arrogata poteſtate. 1440. Papam eſſe cogendum ad confirmationem concilii conſtant. de auctoritate & ſuperioritate Conciliorum univerſalium, atque ad renuntiationem Reſervatorum, reſpectu Nationis germanicæ, a qua tam multa beneficia, & tam amplos honores acceperit; exceptis iis Reſervatis, quæ in Corpore iuris canonici definita ſunt &c. Mandatum & Indictio quadriennis ſecuritatis publicæ, deque Principum diſcordia, per Cæſ. Maieſtatem, aſſiſtentibus Electoribus & Principibus, componenda. Concordata Principum Germaniæ cum Pontifice rom. Nicolao V. Imperatoris Dilatio cognitionis cauſſæ in lite Comitum palatinorum, uſque ad convocationem Principum Imperii, ut Parium Curiæ. 1448. Reſcriptum de litibus Principum, non ad Iudicium camerale, ſed tantum ad Cæſarem ac Principes Imperii, Principum more, referendis, atque ab ipſis de-

decidendis. Confirmatio iuris foreſti & mellicidii, des Zeidelgerichts. 1452. Conſtitutio de privilegiis Iudicii provincialis. 1454. Confirmatio privilegii Noribergenſibus dati de novis operibus, & quod novum hoſpitium ſive popina non poſſit erigi, niſi extra unum milliare ab urbe. Receſſus Comitiorum noribergenſium de expeditione bellica contra Turcos facienda. 1466. Conſtitutio & Ordinatio de quadrienni ſecuritate publica. 1471. Sententia & Decretum, Caſp. Ruprechtum, ut feudatarium Burggravii gelnhuſani, vigore privilegii, ad illius forum remittendum. 1472. Confirmatio iurisdictionis Noribergenſium ſuper Iudicia foreſti & mellicidii. 1476. In qua eis iurisdictio etiam criminalis conceditur. Mandatum de latronibus & maleficis perſequendis, capiendis & puniendis. Ritus electionis *Maximiliani* I. Imp. 1486. Conſtit. de abrogando, in Baronatu limburgenſi, more veteri, (des Beſiebenens) facinoroſos, ſi VII. viri pro iis teſtimonium deponerent, a morte liberandi. 1498. Edictum contra Papæ arrogationem iurisdictionis in S. Imperio rom. ſuper eius Status, & quod nullus Status poſſit coram Papa in ius vocari. 1505. Declaratio contra Senatum noribergenſem de deſtruendis quibusdam novis foſſis, patibulis, & munimentis. (Plockhäuſer) 1505. *Caroli* V. Capitulatio. 1519. Condita Francofurti, & ratificata Aquisgrani in coronatione. Ordo coronationis Imperatoris, cum eius iureiurando, & confirmatione Capitulationis. 1520. Mandatum contra novitates religionis: quod vocatur Mandatum wormatienſe. 1521. Conſtit. de iuribus Domus auſtriacæ. 1522. Statuum S. R. Imperii Gravamina LXXVII. contra Sedem rom. eiusque clericos. In fine tamen addunt, eſſe adhuc plura, alio proponenda tempore. Mandatum ad Comites mansfeldicos de Lutheri aliorumque novis doctrinis per aliquot viros doctos, pios ac prudentes, uſque dum Concilium liberum & generale inſtituatur, examinandis; inſpectione typographiarum, ne ſcripta contumelioſa & iniurioſa edantur, ſolicite gerenda; obedientia Mandato wormatienſi præſtanda; & contributione ad bellum turcicum facienda. 1524. Edictum Ferdinandi de obſervando Mandato wormatienſi; ſcriptura ſecundum Patrum ſenſum explicanda; candidatis miniſterii, immo & concionatoribus, qui iam per aliquod tempus officio hoc functi ſunt, examinandis; Miſſa, diſtributione S. cœnæ, ieiunio, ora-

orationibus, confeſſione & oblatione adhuc conſuetis retinendis; monachis & monialibus, coniugium amplexis, puniendis; ſcriptis & libris, antequam imprimantur, cenſendis; Lutheri eiusque ſequacium ſcriptis, ne vendantur, prohibendis; ſtudioſis Wittebergâ avocandis, nec amplius eo mittendis. Reformatio ordinis eccleſiaſtici. Caroli V. litteræ ad Henricum IIX. de Papæ perfidia & fraudibus contra Cæſ. Maieſtatem atque Imperium rom. iisque ſe permotum eſſe ad expugnandam urbem & caſtigandum Papam, Clementem VII. 1527. Imperatoris Provocatio ad duellum, cum Rege Gall. (Franciſco Valeſio) quem perfidiæ accuſat, ineundum. 1528. Citatio Principum Imperii ad comitia auguſtana. 1530. Receſſus comitiorum francofurtenſium, reſtaurandæ concordiæ cauſſa in rebus religionis. 1539. Mandatum contra Anabaptiſtas. 1540. Reſcriptum de re furto ablata. Ad neminem, quam ad dominum ſuum pertinere. Declaratio aliquot articulorum Receſſus comitiorum ratisbonenſium, ad implorationem Statuum proteſtantium. 1541. Sententia de concordatis articulis religionis in colloquio ratisbonenſi. DeclaratioRegis Ferdinandi de electioneRegis Bohemiæ. 1545. Non illam a Statibus regni ſuſcipiendam, niſi quando mares & feminæ regiæ ſtirpis defuncti ſunt. Caroli Imp. Ordinatio monetæ. 1551. Tranſactio paſſavienſis. 1552. Caſſatio Tranſactionis bambergenſis (Wigandi, epiſcopi bamberg. cum Alberto Marchione brandenburgico.) 1552. Mandatum ad epiſcopum bambergenſem eadem de re. Aliud ad epiſcopum würzburgenſem. Litteræ ad Sebaſtianum, Electorem moguntinum. 1553. Quibus Cæſar teſtatur, ſe Tranſactionem Marchionis brandenburg. Alberti non alium ob finem tandem confirmaſſe, quam maioris mali evitandi cauſſa. Sententia Imperatoris data Alberto Marchioni brandenburgico, ad eius petitionem. *Ferdinandi* Regis Edictum de pannis laneis. 1555. Lanam e Germania non eſſe exportandam. Edictum de ſervis dominos non habentibus, & vagantibus, paſſimque graſſantibus militibus. Iis nihil ſtipis dandum, ſed omnibus modis reſiſtendum. Declaratio de Principum eccleſiaſticorum, Epiſcoporum, Eccleſiarum cathedralium, & Monaſteriorum Equitibus, Civitatibus & Communitatibus aug. Confeſſioni addictis. Eos propter religionem ſuam, eiusque exercitium, non eſſe affligendos, ſed uſque ad concordiam religionis tolerandos;

Imp. *Ferdinandi* Ordin. probandi monetam. 1559. Declaratio de licita mercatura cum Ruſſis. 1560. Mandatum ad Magiſtrum Ordinis teutonici. 1562. Aliud, ad eundem. Mandatum de navigatione & mercatura ad Ruſſos. Ad illos, ut hoſtes S. R. Imperii, non eſſe exportanda tormenta, pulverem pyrium, ſulphur, loricas & arma. Reſolutio de mercatura & navigatione in Moſcoviam. Vtraque permittitur, poſtquam Livones, in quorum gratiam Interdictum illud promulgatum erat, obedientiæ R. Imperii ſeſe ſubduxerunt. Conceſſio ſumtionis S. cœnæ ſub utraque, Viennæ publicata A. 1564. Præmittendam tamen eſſe confeſſionem, abſtinendum a mutuis condemnationibus, & opinione, plus accipi ſub utraque, quam ſub una; ſacerdotibus in tempore indicium faciendum de propoſito accedendi ad S. cœnam; nec eius uſum ab ægrotis differendum uſque ad horam extremam. *Maximiliani* II. Regis Rom. Capitulatio. 1562. Ordinatio de obſervandis, ubi comitia celebrantur. 1566. Proſcriptio Io. Friderici, Ducis Saxoniæ, ob faſtum, inobedientiam, & receptionem proſcripti Grumbachii. 1572. Decretum contra D. Georgii Ederi librum frivolum & iniurioſum adverſus Status euangelicos. 1573. Literæ ad Lazarum a Schwendi, de laniena pariſienſi, & hiſpanica tyrannide in Belgio. 1574. Quam utramque improbat. *Rudolphi* II. Mandatum de novorum abrogatione vectigalium. Declaratio ad Iulium, Ducem Brunsvic. & Luneb. de intermittendo braxandi exercitio, in præiudicium & damnum ciuium brunsvicenſium. 1579. Non convenire hoc opus & lucrum dignitati Principis. Decretum de iure vocandi miniſtros eccleſiæ Aug. confeſſ. in urbe Auguſta Vindelicorum. 1586. Receſſus Cæſ. Maieſt. & Ordinum Imperii in conventu deputatorum, Wormatiæ celebrato. Decretum ad Iudicium Imperii aulicum, de commiſſionibus cæſareis & proceſſu prædicti Iudicii. 1596. Mandatum de moneta, iuxta Receſſum comitiorum ratisbonenſ. A. 1594. formatum. Proclama, monetæ cauſſa. 1596. Aliud, eiusd. materiæ. Aliud de eadem. 1597. Decretum de permiſſione amicæ Transactionis & compromiſſi, in cauſſa Chriſtoph. Archidap. & Maximiliani Archid. Auſtr. 1605. Quorum hic iudicio ſe oenipontano ſiſtere recuſabat, niſi id fieret citra præiudicium privilegiorum auſtriacorum. Quam conditionem nec Cæſ. Maieſt. pro iniuſta habet. Mandatum de Statuum Imperii habitaculis & inſcriptionibus

Digitized by Google

nibus in Comitiis. 1607. Conſtit. de viſitatione typographiarum & librorum. 1608. Non eſſe imprimendum librum ſine prævia cenſura: inquirendum, an typographi, qui libris ſuis præſcribunt, *Cum gratia & privilegio*, habeant eiusmodi privilegium: libros Catholicorum in Catalogo francofurtenſi non amplius omittendos: Iudicii Cameralis Secreta, relationes & vota, citra ipſius conſenſum non imprimenda: & librorum privilegio gaudentium exemplaria fiſcali cæſareo tradenda. Conſtit. & Edictum de libero religionis reformatæ exercitio, tribus Statibus euangelicis in Bohemia conceſſo. 1609. Cum iure vocandi, & ordinandi paſtores, conſtituendi conſiſtorium & academiam, eiusque defenſores, exſtruendi etiam plures, ſi velint, ædes ſacras & ſcholas; nec quemquam vi ad religionem cogendum; & hanc conceſſionem nullo unquam tempore abolendam, ſed tres Status euangelicos ſub pace religioſa, in S. Imperio rom. ſancita, comprehendendos eſſe. Confirmatio liberi religionis exercitii in Sileſia. 1609. Sententia & reſolutio de electione Regis Romanorum. 1611. *Mathia*, Regis Rom. Ordinatio & Conſtitutio, quid in electione & correctione ſit obſervandum. 1612.

P. I. der ReichsSatzungen p. 274. *Ferdinandi* Regis Rom. *epiſtola ad Lutherum* de veritate euangelicæ doctrinæ.

Attamen hæc Epiſtola in tabulario dresdenſi, tempore Io. Georgii I. Electoris non fuit inventa: nec publicæ Regis Ferdinandi actiones, hoc anno ſusceptæ, cum ea conveniunt: & Lutherus eam ſilentio præterit erga Electorem. Vit. Ludov. *a Seckendorf* Hiſtor. lutheran. l. 3. §. 82. p. 1642.

P. 312. *Friderici III. Reformatio*, ut omnes Imperii Status in ordinem redigerentur. Confer p. 166.

Friderici? At in hac ipſa Reformatione dicitur, *eam propoſitam fuiſſe a Germania urbibus in Comitiis.* Sed neutrum, inquit *Conringius*, certo aſſeruerim: id conſtat, *in Comitiis libellum hunc publica deliberationi propo-*

ſitum, *aliamque eſſe Reformationem Friderici*, cuius ipſe Cæſar meminit in aliis Edictis apud Goldaſtum, & alibi. de Orig. iur. germ. c. 32. p. 196. *Iam extat* p. 237.

P. II. p. 239. *Caroli V.* Imp. *Declaratio* Receſſus Comitiorum ratisbon.

LV.

Melch. GOLDASTI Politica, (Politiſche Reichshændel) ſeu varia Acta publica, res regiminis & diſcurſus politici, S. R. Imperium, Cæſaream & Regiam Maieſtates, communes Imperii Status, & Nationem germanicam ſpectantia. Francofurti 1614. In præfatione ait auctor, poſt Statuta Imperii (nach den Reichsſatzungen) iuſto iam ordine ſequi hæc Politica, eaque ſe edere publico cum conſenſu, incorrupte & ſine mutatione, non primum iam, ſed ante edita, ſimilium autem tractatuum publicationem reſervare alteri Tomo, qui tamen lucem non adſpexit; eas vero res Imperii, quæ ante & poſt foedus ſmalcaldicum actæ ſunt, a Friderico tradi *Hortledero* Tomis II. Præſens hoc Corpus tractatuum publicorum Partes habet XXVI. Et I. quidem agit de Rom. Imperatoris electione. Speciatim hic occurrunt Invitatio ad electionem Imperatoris romani. 1291. *Alberti* Ducis & Electoris Saxon. Suffragium pro romani electione Regis, Regi Bohemiæ apertum. Electorum Reſcriptum de electione Adolphi Naſſovii in Reg. Rom. 1292. Protocollum electionis & coronat. Caroli V. 1519. Proceſſus electionis Caroli V. cum Reſcriptis. Inſtructio cæſareorum legatorum ad Electorem Sax. in cauſa electionis Maximiliani II. in Regem rom. 1561. Narratio de illa electione. Politica narratio de nova Imperatoris electione: in qua X. Principes, qui apti eſſent ad hanc dignitatem, proponuntur. 1612. Ordinatio Magiſtratus francofurtenſis de victu, hoſpitiis & aliis, tempore electionis Regis Rom. Brevis narratio de modo electionis Regis Matthiæ. Deſcriptio omnium actionum in electione Matthiæ eiusque & coniugis Annæ coronatione. Ordinatio & Conſtitutio, in die electionis & coronationis obſervanda. II. de electione Regis Romanorum, vivo adhuc Imperatore. 1531. An vivo Cæſare poſſit in-

Digitized by Google

inſtitui electio Regis Romanorum? Cauſſæ, quibus oppugnata eſt electio Ferdinandi in Regem Rom. Greg. *Bruckii* ſive Pontani Iudicium de iſta electione. Actum & productum in comitiis ſvinfurtenſibus de prætenſa electione Regis Rom. 1532. Nempe Electores moguntinus & palatinus reſpondent ad Ioannis Electoris Saxoniæ per ipſius filium Io. Fridericum oblatam ſententiam, quæ eſt, præſentem Regis Rom. electionem non eſſe conformem Aureæ Bullæ & libertati Imperii. III. de coronatione & unctione Regum. Et quidem de coronatione Caroli V. aquisgranenſi, auctore Laur. *Fuchſio*, 1521. Rom. & Hiſpan. Maieſtatis ingreſſus & coronatio in urbe Aquisgrano. Cæſaris coronatio, Bononiæ facta A. 1530. IV. de coronatione Reginæ vel Imperatricis romanæ. Relatio hiſtorica de uſu talis coronationis. 1612. Nimirum Imperatrices ſive Romæ, ſive in Germania coronari ſolitas: earumque nomina recitantur. Actus coronationis Imperatricis *Annæ*, per Abr. *Hoſmannum*. V. de Regis Rom. ſucceſſione in dignitate cæſarea. *Ferdinandi* Litteræ reverſales VI. Electoribus datæ, cum ab Imp. Carolo V. imperium ſuſciperet. 1558. Conditiones, quas Papa de confirmatione ſibi reſervavit. Cancellarii Iudicii imperialis aulici, Sigiſm. *Seldii* Conſilium & Iudicium de confirmatione Pontificis. Ea non opus habere Ferdinandum, Caroli V. in Imperio ſucceſſorem, quippe qui iam confirmatus ſit, ut Rex Romanorum. VI. de regalibus S. R. Imperii. Caroli, Regis Roman. & Bohem. Obligatio acceptarum veſtium & ornamenti cæſarei. 1350. Extractum de reliquiis Sanctorum, & clinodiis Imperii, quæ Electoribus oſtenſa ſunt Noribergæ A. 1611. VII. de vicariatu & interregno Imperii. Reſcriptum Ioannis, Comitis palatini, Adminiſtratoris Palatinatus, ad Status Imperii. 1612. Se ſe, tutorio nomine, & pro Friderico minorenni, Electore palatino, vicariatum Imperii, more recepto adminiſtraturum. *Philippi Ludovici*, Adminiſtatoris Palatinatus, tutoris liberorum Friderici Electoris, Reſcriptum de eodem vicariatu, qui tutorio ad ſe nomine venerit. Electoris Sax. *Ioannis Georgii* Edictum de ſuo vicariatu. Reſcriptum ad principale Regimen vinarienſe de vicariatu. Eiusdem, ut tutoris Principum vinarienſium, Mandatum ad Status provinciales in Ducatu vinarienſi. Preces publicæ in terris ſaxonicis, tempore vicariatus. IIX. de conſotiationibus

VI.

VI. Electorum. Tempore diſſidii inter Papam & Concilii baſileenſe. 1438. Edictum de ſecuritate publica. Conſociatio IV. Electorum uſque ad electionem & coronationem novi Regis Romanorum. 1519. VI. Electorum Conſociatio, in commodum Imperii. 1521. IX. de initio, concordia & præeminentia S. R. Imperii. *Friderici II.* Reſponſio de hac materia. 1240. Wilhelmo Eo *Neuhauſeri* Aeterna Oſtenſio, Ewiger beweis, religionum diſcrepantium, & diſſidiorum politicorum conciliationem, ſecundum vaticinia Scripturæ, in S. R. Imperio factum iri. 1611. Cum XX. teſtimoniis S. Scripturæ, aliiſque virorum doctorum. Diſcurſus de duplici regno conſtituendo, Romano videlicet & Capitali, a Daniele c. 2. & 7. prædicto, eodem auctore. Cuius tamen aſſertiones non omnes probat Goldaſtus. p. 221. X. de interitu & diſſolutione Imperii romani. Nic. *Vigelii* Vera cauſa, ob quam romanum Imperium divulſum, atque inter Chriſtianos & Turcas diviſum, & cur Deus hiſce abolitionem equitum & nobilium chriſtianorum permiſerit. 1588. Putat autem eſſe loquentiam ſive dialecticam, die Schwätzkunſt, quæ loco veræ Iuriſprudentiæ in academiis doceatur, eamque eſſe meretricem babylonicam, Apocal. Ioannis c. 17. deſcriptam. Curandum igitur, ut ſcholæ ſive academiæ reformentur, hoc modo: 1. Vt Iuriſprudentia maiori ordine doceatur. Quo faciat ipſius *Methodus*. 2. Oſtendatur, ad quam actionem cauſa pertineat. Huc ſpectare *Inſtitutiones* & *Repertorium* ſuum. 3. Moneatur iuventus, ne longe petitis & ſubtilibus argumentis aliam exceptionem, replicam, duplicam & triplicam introducat, quam in Iure ſtatutum eſt. 4. Informetur in ſtatu cauſæ cognoſcendo. 5. Item, utri parti probatio incumbat, an ſatis probatum ſit, quidque in defectu probationis iudici faciendum. 6. Vt paucis verbis utatur, nec loquacitati indulgeat. Poſt hæc tradit Summam totius Iuriſprudentiæ romanæ VII. duntaxat foliis, idiomate latino. Henr. *Rätelii* ſenioris Brevis diſcurſus ſive Hiſtorica narratio de totius ſtatu mundi, & quid tandem ſecuturum ſit. 1591. XI. de Gallorum actionibus contra Imperium. Adminiſtratoris & conſiliariorum mechlinienſium Reſponſio pro honore Regis Romanorum, Maximiliani, ad Gallorum falſum & inane Reſcriptum. 1492. Apologia Rom. Imperii contra iniuſtam & iniquam Rom. Regis accuſationem, a Rege Gall. in Comitiis con-

Digitized by Google

conſtantienſibus prolatam. 1507. Narratio de pugna Caroli V. cum Franciſco Rege Gall. ante Ticinum, huiusque captivitate, & liberatione, ex hiſpanico in germanicum idioma translata. 1529. Imperatoris contra Regem Galliæ Conteſtatio facta in publico conſiſtorio romano. 1536. Regis Gall. ad Imperatoris Conteſtationem Reſponſio. Imperatoris Exceptio. Regis Gall. ad Electores & Principes Imperii Propoſitio de indicendis comitiis in cauſſa exortæ inter ipſum & Imperatorem litis propter Ducatum mediolanenſem. Pax decennalis inter Carolum V. & Franciſcum Valeſium, Nicææ inita. 1538. Alphonſi *d' Avoli* Defenſio contra falſam Legati gallici accuſationem. 1542. Imperatoris ad Regis Gall. literas Reſponſio oralis. 1543. Franciſcum, pacis madritenſis oblitum, iniuſto terras ſuas hereditarias bello petere, ſeque ad earum defenſionem cogi. *Henrici* II. Gall. Regis Reſponſio & defenſio contra Imperatoris contumelioſum, ut vocat, ſcriptum. 1552. *Ioannis Wilhelmi*, Ducis Sax. ad Electores & Principes Reſcriptum, cur Regi Gall. in militia ſerviendi conſilium ceperit, idque eſſe ſine propoſito Germaniæ damnum inferendi. 1558. XII. de Imperatoris & Imperii rom. actionibus cum Venetorum Rep. Venetorum Denunciatio belli ad Imp. Maximilianum I. cum huius Reſponſione. 1508. Papæ & Imperatoris foedus contra Venetos. 1509. *Iulii* II. papæ Epiſtola ad Imperatorem, in qua conqueritur de retentis ac denegatis Faventia, Arimino, Ravenna, Cervia & Sarſina: cum Adhortatione & excommunicatione eorum. Actio Imperatoris cum Ordinibus Imperii, in Comitiis wormatienſibus, de ferendo contra Venetos auxilio. Principum Imperii Sociorumque teutonicæ, vallonicæ & vinedicæ nationis denuntiatio belli ad Venetos. XIII. de actionibus cum Sede papali. Leonh. *Fuchſii* Deſcriptio electionis Papæ. Refutatio Donationis Imp. Conſtantini ad Silveſtrum Papam. *Maximiliani* I. Litteræ ad Electorem palatinum de magna Papæ perfidia. 1510. Eiusdem Epiſtola ad Paulum a Lichtenſtein de pontificatu in ſe transferendo. 1511. Vlrici *ab Hutten* Oſtenſio, quo ſe modo ſemper geſſerint Papæ erga Imperatores rom. germanicos. Dialogus de fraudibus Pontificum in creatione multorum Cardinalium, ut omnes Germaniæ epiſcopatus ad ſe rapiant. 1518. Ordinum S. R. Imperii, in primis ſæcularium, Gravamina contra Sedem apoſtolicam. 1523. Relatio de ex-

expugnatione Romæ. 1527. Caroli V. Oblatio pacis, erga Regem Gall. & Actio cum Paulo III. In qua conqueritur de perfidia Regis 1536. Dialogus paſquini & Cardinalium de Imp. Carolo V. eiusque abitu. *Pii* IV. Indictio Concilii trident. ad Principes Imp. cum Proteſtant. reſponſo 1561. Qui quidem dicunt, Papæ non competere poteſtatem indicendi concilium; iniuriam ſibi fieri, dicendo, ſe non habere certitudinem fidei; Papam non poſſe ſibi leges præſcribere; ipſum autem ſordere ob libidinem dominandi, colliſionem regnorum, & introductionem ſuperſtionum in eccleſiam. XIV. Actiones Imperatoris & S. R. Imperii cum Luthero, eius doctrinæ cauſſa. Vlrici *Bosleri* Dialogus Apoſtolici & Angelicæ, de Mandato wormatienſi: Lutheri ſcripta non eſſe venum exponenda, legenda, aut tractanda. 1521. *Lutheri* Auditio & Reſponſio in Comitiis wormatienſibus. Eiusdem Declaratio de revocatione ſcriptorum ſuorum, poſtero facta die. Nimirum ea diſtinguit, alia, inquiens, continere doctrinam de iuſtitia fidei, alia oppugnare papatum, alia certis oppoſita hominibus, qui tyrannidem pontificiam defenſum eant. Primæ claſſis ſcripta ſe non poſſe revocare, ne veritati vim faciat; nec ſecundæ, quia tyrannis illa ſit manifeſta; in iis autem, quæ tertiæ ſunt claſſis, fieri potuiſſe, ut per fervorem excederet: interim ſi quis doctrinam ſuam falſitatis ex verbo Dei convincere queat, ei ſe libenter ceſſurum. XV. de Turcorum perſecutione, & affectatione monarchiæ univerſalis. Io. *Aventinus* de cauſis belli turcici, & modo defenſionis contra illud. Cauſſas eius eſſe corruptiones in politia & cultu divino Chriſtianorum: in illa diſcordias, crapulas, *ἀταξίαν* ſive ordinis neglectum, iniuſtitiam, rapacitatem præſidum, protractionem litium, occiſionem ſic dictorum hæreticorum, cum tamen iudicium fidei non ſit magiſtratus humani, ſed Dei, inobedientiam Principum erga ſacratiſſimum Caput Imperii, & lites inter ipſos; in hoc contemtum legis divinæ, clericorum & monachorum avaritiam & iniuſtitiam, qua viduarum & pupillorum bona ad ſe rapiunt, monachorum mendicantium ſeu inutilium terræ ponderum inertiam & otium aliis oneroſum, epiſcoporum in partibus infidelium (qui iurant, ſe illuc profecturos & euangelium docturos, nec tamen id faciunt) periuria, clericorum & monachorum improbam & ſcandaloſam vitam, prohibitionem lectionis ſcriptorum non inutilium,

ſed

ſed ab eorum ſententiis abeuntium, & condemnationem atque occiſionem hominum propter diſſenſum in capitibus religionis. Defenſionem autem conſiſtere in obſervatione præceptorum Dei, adminiſtratione iuſtitiæ, eiectione avarorum, ſuperborum, impudicorum & ſanguinolentorum cum miniſtrorum, tum ſacerdotum & clericorum, miſericordia erga pauperes ſubditos, onerumque iis impoſitorum ſublevatione, concordia inter Principes, ac reliquos Status, uſu coniugii, ſuſtentatione militum infirmorum, collocatione fortis præſidii in Imperii finibus, inſtructione navium militarium in fluviis maioribus, plantatione terrarum & urbium deſertarum, eorumque, qui ſupplicium mortis commeriti ſunt, amandatione ad fines Imperii, ut ibi excubias agant, aut ad labores duriores faciendos. Inferioris Auſtriæ V. Regionum lamentabilis imploratio auxilii contra Turcorum ſævitiam, ad Principes & Status ſuperioris & inferioris Sileſiæ. 1540. Sim. Wolderi *Pommeri* Conſilium, quomodo ſine magno onere tam imperantium, quam parentium, Turci terra marique ſint oppugnandi. 1558. Propoſitio Ebrahimi Strotſchii, legati turcici, ad Ferdinandum I. Imp. 1562. Imp. turcici faſtuoſa denunciatio belli ad Maximilianum II. 1564. Alia 1579. Frid. *Orthlepii* Deſignatio ſumtuum exercitui contra Turcas impendendorum, reviſa ab Henr. *Meibomio*, ſeniore. 1580. 1595. Io. Cornelii *a Friedberg* Iudicium de bello ungarico, quomodo communis contributio & chriſtiana concordia inſtituenda, obſtacula in religione & rebus profanis, lites eccleſiaſticæ & ſchiſmata ſcandaloſa, nec non periculoſa ac diuturna inter Chriſtianos bella tollenda ac removenda ſint. 1597. Conſilium de bello ungarico continuando. 1605. XVI. De Papæ perſecutione, & affectatione monarchiæ. Mandata contra rebellionem, religionis cauſa. 1522. 1523. Ludus bacchanalium, in honorem Pauli III. Papæ, inſtitutus Romæ A. 1545. Papæ & Imp. fœdus de inferendo Proteſtantibus, niſi leniter moveri poſſint ad fidem & obedientiam ſanctæ Sedis, bello. 1546. *Ottonis*, Cardinalis & epiſcopi auguſtani, Apologia contra famoſum libellum, cui titulus, Neue Zeitungen, & in quo dicitur, ipſum Papæ eiusmodi conſilia dediſſe, quæ Imperio rom. & inprimis Proteſtantibus pernicioſa poſſint eſſe, & bella ac cædes cauſari: Ottonem Henricum Electorem palatinum, Albertum Marchionem brandenburgicum, & Chriſtophorum

Digitized by Google

Ducem wurtenbergenſem, tanquam maximos rebelles lutheranos, criminatum eſſe: & Landgravium Haſſiæ, quaſi miſſam fecerit religionem euangelicam, Conſiſtorio romano commendaſſe, eiusque concionatorem *Tilmanium* doctrinam euangelicam, tanquam hæreticam, tam ore, quam ſcripto Romæ revocaſſe. 1556. Eiusdem Teſtimonium de meliore Papæ animo, quam in Germania falſus rumor tulerit, videlicet ipſum inchoaturum Concilium tridentinum armis, & cædibus finiturum: unde Proteſtantium ſimplicem & credulam plebem has voces emittere, præveniendum eſſe hunc ludum, & arma capienda contra clerum romanum, eiusque aſſeclas. 1562. *Caroli*, Cardinalis Lotharingiæ, Narratio de hæreticis in Germania extirpandis. 1573. Eadem, cum annotationibus, ſive refutatione. *Friderici* II. Regis Dan. Epiſtola ad Io. Georgium. Electorem brandenburgicum, de perſecutione Proteſtantium, quam Papa meditetur, & quomodo ei reſiſtendum. 1585. Ioachimi Friderici, Adminiſtratoris archiepiſcopatus magdeburg. Epiſtola ad Electorem Saxoniæ, eiusdem argumenti. 1586. Antiphilippica, ſive Defenſio Denunciationis A. 1606. ad amicos euangelicos & romano-catholicos pacem amantes, Iacobi Sylvani, id eſt, Kelleri ieſuitæ, Philippicæ oppoſita. 1608. XVII. De Hiſpanorum perſecutione, & affectatione univerſalis monarchiæ. Neceſſaria Admonitio ad Electores & Principes Imperii, nec non omnes alios chriſtianos Reges & Principes, communis commodi, libertatis, & ſalutis totius chriſtianitatis conſervandæ cauſſa, primum latine conſcripta. 1587. Diſcurſus de fœdere ſacro, quod appellatur Santa liga, & perſecutione Euangelicorum in Gallia & Belgio, an euangelici Electores & Principes Imperii hoc rerum ſtatu quieſcere poſſint, nec eiusmodi periculum cum tempore in Germania timendum. 1580. Hiſpanico-Arragonicum Speculum, quo monſtratur, quem in finem exercitus hiſpanicus in circulo ſtet weſtphalico, aut potius late graſſetur, nimirum ut ſub ſpecie bellum inferendi Statibus fœderatis, Nationis germanicæ ſalutem ac libertatem opprimat, & ſublata ſecuritate publica ac religionis libertate, omnem bonam ordinationem aboleat, novamque reformationem eccleſiaſticam introducat. 1599. Vbi inter alia inſeritur Caroli *Nuzelii* a Sondersbuhel, legati cæſarei, Epiſtola ad Fran. de Mendoza, Admiralium Arragonum. XIIX. De conciliis & colloquiis religionis caus-

cauſſa. *Romanorum Cardinalium* Epiſtola ad Fridericum Electorem de concilio Piſis celebrando, dum Iulius II. Papa ſe ad illud indicendum exorari non patiatur. 1511. *Ferdinandi*, Regis Rom. Reſolutio ad Collocutores wormatienſes. 1557. Diſceſſus Legatorum aug. confeſſ. ad Colloquium wormatienſe, qui tam diu ibi commorati ſunt, donec adverſarii nollent ulterius procedere. Oſtenſio & declaratio rationum, ob quas Electores, Principes & ceteri Status aug. confeſſ. ſuſpectum Concilium tridentinum, a Pio IV. papa indictum, noluerint frequentare. 1564. *Friderici*, Elect. palat. ad Imperatorem Epiſtola de chriſtiana reformatione in rebus eccleſiaſticis & politicis. XIX. de reformatione cleri eccleſiæ romanæ. S. *Vlrici* epiſcopi auguſtani Reſponſio ad Papam Nicolaum I. prohibitorem coniugii clericorum. 867. Fel. *Hemmerlini* Dialogus contra monachos mendicantes in S. R. Imperio. 1490. Iac. *Fuchſii* Epiſtola ad Epiſcopum wurzburgenſem, pro coniugio clericorum. 1523. Actio Epiſcopi wurzburgenſis & duorum eccleſiaſticorum, coniugii cauſſa captivorum. 1523. Ioannis *a Schwarzenberg* Epiſtola ad Epiſcopum bambergenſem, cur filiam ſuam e cœnobio domum abduxerit. 1524. Nimirum propter tyrannicam Dominicanorum, ſub quibus illa erat, poteſtatem, qua lectio S. ſcripturæ ei prohibita, humanarum autem traditionum & legum, quaſi adſalutem neceſſariarum, impoſita fuerit. Lutheranorum & romanenſium Sacerdotum Querela & Reſponſio ad Reformationem cleri, Ratisbonæ promulgatam A. 1524. In qua dicunt, falſo ſe accuſari, quaſi per IV. ſæcula mundum ſeduxerint, ſed culpam eſſe penas Papam, Cardinales & Epiſcopos, qui ſibi, ut aſinis, pro lubitu quævis onera impoſuerint. Fundamentum & Rationes ex iure divino, cur Prior & Conventus monaſterii S. Annæ in Auguſta Vindel. ſtatum mutaverint ſuum. 1526. Cauſa derelicti ab Vrſula, Duce monſterbergenſi, monaſterii freybergenſis. 1528. Equitis Ordinis teutonici, *ab Eiſenberg*, Denunciatio Sophiſtarum & Dominicanorum colonienſium, qui eum vocaverant hæreticum, & antichriſtiani libelli ſcriptorem. 1529. XX. de actis Proteſtantium inter ſe ipſos. Concordia inter Lutherum & Zwinglium in Colloquio marpurgenſi. 1529. Acta concordiæ Lutherum inter & Helvetios: item *Calvini* doctrina de S. cœna. *Wilhelmi* Landgravii Haſſiæ & *Ioachimi* Principis anhaltini

Digitized by Google

Diſcurſus politicus de Formula concordiæ. 1579. In quo precantur Electores Saxon. & brandenburg. ne præcipitent illius publicationem. *Iulii* Ducis brunsv. ac luneb. Reſponſio ad Henricum III. Gall. Regem de chriſtiana concordia. 1583. Quam Rex ille deſiderat, & Dux adprobat. Verba *Aug. confeſſ.* eiusque *Apologiæ* & *Repetitionis*, ac *Receſſus francofurtenſis* de ſacramentis, atque inprimis de S. cœna, cum teſtimoniis *Lutheri*, extra litem ſcribentis. 1584. Hoc ſcriptum debet eſſe Apologia contra eos, qui in terris Ioannis Caſimiri, Comitis palat. ad Rhenum, aliter quam in Confeſſione auguſtana doceri perhibent. Palatinarum eccleſiarum Admonitio ad alias in Germania eccleſias, ut magnum a papatu imminens periculum probe conſiderent, & inteſtinas, non neceſſarias & ſatis ventilatas lites componant, atque dimittant. 1606. XXI. de pace religioſa. Io. *Brentii* Concio de conſervatione pacis in rebus religionis. 1535. Non enim metuendum, S. Cæſ. Maieſtatem aliquid ei contrarium machinari. Attalarii *Egenolphi* Demonſtratio & Declaratio, vigore Transactionis paſſavienſis neque romano-catholicum, neque euangelicum Magiſtratum habere poteſtatem ſubditos ſuos, religionis cauſſa, perſequendi, atque expellendi, aut eos ad bonorum ſuorum venditionem cogendi. 1587. XXII. de comitiis. Narratio, quomodo ſoleant celebrari comitia. Dieter. *Buzbachii* Epiſtola de proceſſu Comitiorum wormatienſium. 1521. Catalogus eorum, qui in illis comitiis comparuerunt. Io. *Marſchalli* Votum ad Imperatorem Carolum, eiusque fratrem Ferdinandum Regem Rom. Electores, Principes ac Status Imperii, ut Deus, ad conſervandum verbum ſuum, mittat Spiritum ſanctum. Rhythmice. 1530. Relatio de comitiis ratisbonenſibus. 1608. XXIII. de conventibus Electorum. *Caroli V.* Imp. Propoſitio, cum Inſtructione Ferdinandi Regis Rom. per Principem arauſionenſem, ad Electores Imperii, in comitiis francofurtenſibus. 1558. Civitatis noriberg. Edictum de conventu Electorum ibi futuro. 1611. XXIV. de ſalute totius Imperii. Aliquot articuli, ad laudem Dei, & S. R. Imperii, ac totius Nationis german. commodum & ſalutem ſpectantes. 1521. *Caroli V.* gravis Oratio ad Hiſpanos de ſuo ex illis terris diſceſſu, deque propoſito ſuo non nulla mutandi ac corrigendi in Italia & Germania. 1525. Lazari *a Schvvendi* Iudicium de religione Rom. Imperii, & libertate religio-

gionis. 1574. XXV. de gravaminibus Statuum Imperii. Comitum, Baronum, Equitum aliorumque Gravamina, oblata Noribergæ A. 1523. Comitum, Baronum, Equitum & Vrbium imperialium Gravamina contra ſuperiores Status in Franconia, cum notis marginalibus Pauli *Webneri.* Suevicorum Statuum Gravamina. 1559. Proteſtantium Gravamina in comitiis ratisbonenſibus propoſita A. 1613. CatholicorumGravamina, iisdem in comitiis. XXVI. de StatuumS. R. Imperii foederibus pro conſervanda ipſorum libertate. Aliquot Electorum, Principum & Statuum Reſcriptum, quo cauſæ indicantur, propter quas ipſi & alii chriſtiani Reges, Principes, Vrbes & Status ad expeditionem bellicam contra Carolum V. Imp. coacti ſint. 1552. Statuum euangelicorum Reſcriptum, quibus cauſis arctius iniverint foedus ad auxilium Principibus iuliacenſibus ferendum. 1610. Hæc collectionum Goldaſti recenſio, etſi paulo longior evaſit, propterea tamen Lectori, ſpero, non diſplicebit, quoniam ex ea non nudos ac ieiunos titulos, ſed ſummaria contentorum, cum non nullis fortaſſe non ingratis obſervationibus, in arduis Imperii rebus, cognoſcere & haurire poteſt.

Gregorius *Pontanus*, germanice *Bruck*, wittebergenſis, Plan-ckebergii, Goedenii, & Schurfii diſcipulus, Electoris Sax. cancellarius, vir recti iudicii, veritatis, pacis, & iuſtitiæ amans, oſor contentionum & bellorum, ad hæc gravis, eloquens, ſpecioſi corporis, alienus ab avaritia & ambitione, odia & obrectationes patientia vincens, atque egregius ebullientis iræ magiſter ac domitor, deficientibus ætate viribus corporis placide deceſſit Ienæ anno Chriſti 1557. æt. 70. Melch. *Adamus* in Vitis ICtor. p. 112. *Seckendorf* in Lutheran. p. 314. &c. Cum auguſtana Confeſſio a Chriſtiano Beiero germanice prælegeretur, ipſe iuxta eum ſtans, latinum tenebat exemplar, & poſt prælectionem utrumque auguſtiſſimo Imperatori, qui ſic iubebat, de manu in manum tradidit. *Seckendorf* l. 2. §. 76. p. 1057.

Georg. Sigiſm. *Seldius*, auguſtanus, confectis italico & gallico itineribus, hauſtaque linguæ hiſpanicæ cognitione, primum Bavaricorum Ducum conſiliarius, deinde trium ſapientiſſimorum Impp. Caroli V. Ferdinandi & Maximiliani II. procancellarius, ad graviſſima ſemper negotia feliciter adhibitus, tantaque eorum, ut

& quorumcunque aliorum gratia & favore florens, ut eum ſolerent *patrem Seld* vocare, benignus erga omnes, ob eruditionem, divitias, & ſummam Magnatum æſtimationem neutiquam elatus, a conviviis frequentandis, ut ad res per totum diem expediendas alacrior & aptior eſſet, abſtinens, matheſeos & muſices amator, ſtupendusque teſtudinem pulſandi artifex, & Carolo V. mortalium tum temporis maximo tam carus, ut in poſtremo ſuo ex Germania diſceſſu Vliſſingæ, ventos navigationi idoneos exſpectans, in multam uſque noctem cum eo confabularetur, abeuntique, cum ex familia in atrio, partim dilapſa, partim dormiente, nullus appareret, lychnum præferret, atque per gradus, quamvis utrumque humillime recuſantem, deduceret, ſcripſit Repertorium iuris, Genealogias maximarum familiarum, Caroli V. Imp. res geſtas, ſed miſerabili tandem caſu mortuus: ex Imperatoris enim prædio quodam, quo ab illo vocatus fuerat, Viennam reverſurus, atque in excitatorum & furentium equorum curſu inevitabile periculum prævidens, animo ad Deum converſo, & libro pſalmorum depoſito, e curſu deſiliit, & illiſis ad ſaxum quoddam temporibus eadem adhuc hora exſpiravit, A. 1565. æt. 50. M. *Adam.* in Vitis ICtor. 166. *König* 745. I. C. *Wendler* diſp. de Auguſta litter. 48.

Nicol. *Vigelius*, Dreiſa-Heſſus, Anteceſſor acad. marpurg. ac tandem emeritus, elucubravit Digeſtorum Partes VII. Dialecticam iuris civilis, cum Paradoxorum libello, Inſtitutiones iuris ad uſum fori non depravatum accommodatas, libellum de Fide iuridicorum, alium de Officio iudicum, Progymnaſmata fori, Methodum triplicem, univerſi iuris civilis, pontificii, & iuris controverſi, & librum de Iure feudali, obiitque anno 1600. Vide *Friſii* Epit. Biblioth. Geſner. 634. *Wittii* Diar. biograph. A 2 & *König.* 844.

LVI.

G. G. L. id eſt, Godofridi Guilielmi LEIBNITII (vide *Placcium* de Anon. 214. immo ipſum auctorem, in Præfationis initio nomen ſuum exprimentem) Codex iuris gentium diplomaticus. Hanoveræ 1693. In quo tabulæ authenticæ actorum publicorum, tractatuum, aliarumque rerum maioris momenti per Europam geſtarum, pleræque ineditæ vel ſelectæ, ipſo verborum teno-

tenore expreſſæ, ac temporum ſerie digeſtæ, continentur; a fine ſeculi XI. ad ſua usque tempora: ex MSStis præſertim bibliothecæ Auguſtæ guelfebytanæ codicibus, & monumentis regiorum, aliorumque archivorum, ac propriis denique illuſtris editoris collectaneis. In Præfatione oſtendit auctor publicorum Actorum uſum, docens, illa prodeſſe ad politicas artes, ad hiſtoriam, ad eruditionem reliquam, ſed inprimis ad intelligenda gentium iura; qua occaſione verba etiam facit de iure in genere, de iure naturæ, eiusque tribus gradibus, de iure voluntario, de iure divino poſitivo, de iure eccleſiæ, de iure S. Imperii romani, de origine Electorum, de iure gentium, eiusque perſonis & actibus. Contenta autem libri potiora, aut certe notabiliora, (nam ſingula commemorare nimis longum foret) hæc ſunt: *Vrbani* II. Papæ Diploma de monarchia eccleſiaſtica Siciliæ. A. C. 1096. Charta pacis inter *Philippum* Regem Galliæ, & *Balduinum* Comitem Flandriæ. 1099. Concordatum Nationis germanicæ antiquiſſimum circa electiones & inveſtituras Epiſcoporum & Abbatum. 1122. Diploma pacis inter *Fridericum* I. Imp. & *Wilhelmum* Regem Siciliæ. 1177. Privilegium a Friderico Imp. datum Epiſcopo torcellenſi prope Venetias: ubi fit mentio limitum inter Longobardos & Venetos tempore Caroli M. conſtitutorum. Epiſtola *Gregorii* III. Papæ ad Henricum VI. Regem Rom. 1187. In qua eſt antiquiſſimum exemplum tituli *Electi Imperatoris*, Romanorum Regi conceſſi. Teſtamentum *Philippi* Regis Franciæ, ituri in terram ſanctam. 1190. Conventio per *Ioannem*, Comitem Moreſti, dictum Ioannem ſine terra, fratrem Richardi Regis Angliæ, cum Rege Galliæ Philippo. 1193. Litteræ quorundam *Principum*, ſuadentium Regi Philippo, ne ad pacem vel inducias cum Ioanne Rege Angliæ ſe ſe a Papa aut Cardinalibus cogi patiatur, promittentiumque ei auxilia. 1203. *Reginaldus* Rex inſulæ Man conſtituit ſe vaſallum Sedis romanæ, & ex inſula facit feudum oblatum. 1219. Epiſtola *Cardinalis Portuenſis*, legati Sedis rom. & Prælatorum terræ ad Philippum Regem Gall. de acceptanda a Rege conqueſta Albigeſii & illarum terrarum, ex reſignatione Comitis Montis fortis. 1222. Pacificatio inter Imperatorem *Fridericum* II. Regem Siciliæ, & *Abbuiſſac* Principem Saracenorum Africæ. 1230. *Conradi* Ducis Maſoviæ & Cuiaviæ Translatio quarundam terrarum ſuarum cum

omni iure ducali in Chriſtianum, Pruſſiæ epiſcopum primum. 1222. Eiusdem Donatio terræ culmenſis, facta Hoſpitali S. Mariæ Domus Teutonicorum fratrum de Ieruſalem. 1230. *Chriſtiani* I. epiſcopi Pruſſiæ Translatio donatorum illorum in Fratres teutonicos. Fœdus inter Imp. *Fridericum* II. Regem Siciliæ, & *S. Ludovicum* Regem Galliæ. 1232. Acta electionis *Conradi* IV. Rom. Regis, filii Friderici II. 1233. vel 1234. Quæ videntur innuere aliquid de Electoribus. Privilegium Regis Conradi Iudæis conceſſum. 1234. Vbi vocantur Servi ſpeciales Cameræ eius. Teſtamentum *Ioannæ*, Comitiſſæ Flandriæ & Hannoniæ. 1244. *Alexandri* Papæ IV. Epiſtola ad Gerardum Archiepiſcopum moguntinum de non eligendo ſub pœna excommunicationis Conrado, vulgo Conradino, Imp. Friderici II. nepote. 1256. Continet illa antiquiſſimam mentionem Electorum. Litteræ inveſtituræ *Alfonſi*, electi Regis Romanorum & Regis Caſtiliæ, quibus inveſtit Fridericum Ducem Lotharingiæ de Ducatu Lotharingiæ & Comitatu Romarici. 1258. *Vrbani* IV. Papæ Epiſtola ad Richardum Regem. Roman. de controverſia electionis inter Alphonſum & Richardum. Atque hæc Epiſtola continet mentionem antiquiſſimam numeri Electorum. Contractus inter Regem Gall. *Ludovicum Sanctum* & Venetos de traiiciendo Regis exercitu in terram ſanctam. 1268. Reſponſio Ducis Venetorum, facta Regi. *Rudolphi* Imp. Decretum, quo Marchionatum ſeu Comitatum Provinciæ controverſum, una cum Comitatu Forcalquerii attribuit Carolo, Regi Siciliæ. 1280. Epiſtola diffidationis *Adolphi* Regis Rom. ad Philippum Pulchrum, Gall. Regem. 1294. Bulla *Bonifacii* IIX. Papæ circa Conſervatores, certis eccleſiis conceſſos. 1295. Ex compromiſſo Regum Franciæ & Angliæ in Papam Bonifacium IIX. tanquam in privatam perſonam, pronunciata a Pontifice Sententia arbitralis. Promiſſio *Alberti* Regis Rom. qua intuitu matrimonii inter Rudolphum Ducem Auſtriæ, filium ſuum primogenitum, & Blancam ſororem Philippi Pulchri, Franciæ Regis, dat Rudolpho Ducatus Auſtriæ & Stiriæ; & Blancæ, in dotalitium, Comitatum Alſatiæ & terram Friburgi. 1299. Declaratio legatorum brandenburgicorum circa pacta de eligendo Rege Romanorum. 1308. Conventio inter procuratores Imp. *Henrici* VII. & Philippi Pulchri Regis Gall. ubi dicitur, filium Regis Comitatum Burgundiæ reſpecturum ut feudum Imperii.

Digitized by Google

tii. 1310. Concordia inter *Iacobum* Regem Arragoniæ & *Iacobum* Regem maioricenſem, qui ſit Arragoniæ vaſallus honorarius. 1327. *Ludovicus* bavarus Imp. concedit vicariatum Caſtruccio de Antelminellis in civitate & diſtrictu Lucæ. 1324. Eiusdem Diploma erectionis Lucæ in Ducatum. 1328. Actus & Inſtrumentum homagii, Regi Gall. facti ab *Eduardo* III. Rege Angl. reſpectu eius Aquitaniæ partis, quæ Guienne dicitur. 1329. Conventus pariſienſis Prælatorum & Baronum regni gallici de temporali eccleſiaſticorum iurisdictione. Fœdus IV. Cantonum, Lucernæ, Vry, Schwiz & Vnterwalden. 1332. Diſpenſatio iuramenti de non intrando urbem Pariſiorum ante abitum in terram ſanctam, Ludovico Borbonio a Papa *Ioanne* XXII. conceſſa. Diffidatio *Eduardi* III. Regis Angl. contra Philippum Valeſium, Regem Gall. 1340. Forma divortii matrimonialis inter Ioannem, filium Regis Bohemiæ, & Margaretam Ducem Carinthiæ, celebrati per *Ludovicum* IV. Rom. Imp. *Humberti* Delphini Translatio Delphinatus in Principem ſanguinis regii Galliæ, ita tamen, ne Coronæ uniatur. 1543. Perpetua confœderatio Tiguri cum IV. Cantonibus. 1351. Inſtitutio militum Stellæ a *Ioanne*, Francorum Rege. Venditio Avenionis, facta per *Ioannam* Reginam Siciliæ, emente Procuratore Papæ Clementis VI. 1358. *Caroli* IV. Imp. Executoria ad laicum ſuper primarias preces. Declaratio confiſcationis Ducatus Aquitaniæ, contra Eduardum Regem Angliæ, & Principem Walliæ, eius primogenitum. 1370. Litteræ bullatæ, quibus *Clemens* Papa VII. Regnum Adriæ inſtituit, ac Ludovico Duci andegavenſi tribuit. 1382. Articuli inter IX. Cantones. 1393. *Caroli* VI. Regis Galliæ Conſtitutio de prohibitione peregrinationis Romam. 1400. Diffidatio *Ludovici* Valeſii, Ducis aureliani, contra Henricum Regem Angliæ. Homagium, quod *Ioanna* Dux Britanniæ præſtitit Carolo VI. Regi Gall. 1202. Senatusconſulrum Parlamenti pariſ. contra abuſus annatarum, aliarumque uſurpationum Benedicti, in ſua obedientia dicti XIII. 1406. Conceſſio Vicariatus S. Romani Imp. facta Ludovico de Sabaudia, Principi Achaiæ, per Imp. *Sigumundum*. 1412. Eiusdem Erectio Comitatus Sabaudiæ in Ducatum. 1416. Articuli Hanſæ teutonicæ. 1418. *Nicolaus* Papa V. Amedeum omni dominio Sabaudiæ privat, atque illud ad Regem Gall. devolutum declarat. 1447. Concordia, facta in concilio

conſtant. inter *Martinum* V. & Nationem germanicam de eccleſiæ univerſalis adminiſtratione. Concordata inter Nationem germanicam & Ioannem, Cardinalem S. Angeli. 1448. Quibus anteriora concordata & conceſſa confirmantur. Fœdus *Caroli* VII. Regis Gall. cum Helvetia. 1453. Eſt primus tractatuum inter Galliam & Helvetios initorum. *Nicolaus* V. dat Alphonſo Luſitaniæ Regi poteſtatem, Imperium Guineæ & regna barbarica ſibi ſubiiciendi. 1454. Permiſſio duelli, facta a *Ludovico* Duce Sabaudiæ. 1457. *Calixti* III. Declaratio, quod per obitum Alphonſi arragonii, Regis Neapoleos, regnum ad Sedem rom. ſit devolutum. 1458. *Pii* II. Epiſtola ad Carolum VII. Gall. Regem, ut militi cuidam ſuo permittat ingredi Societatem Ieſu, ad infidelium oppugnationem inſtitutam. 1459. En igitur Societatem Ieſu ante inſtitutum Ignatii Loyolæ, ſed ſcopo diverſam. Pius II. Fridericum Imp. declarat Ducem generalem exercitus chriſtiani, contra Turcas deſtinati. 1460. Erectio Holſatiæ in Ducatum. 1474. Cleri Nationis german. Querelæ contra gravamina & infractiones concordatorum. 1479. *Sixti* IV. Epiſtola ad Soldanum Babiloniæ, ſive Cairi, de limitato exercitio religionis mahometanæ, in terris Regis Hiſpan. permiſſo. 1483. Tractatus inter *Carolum* VIII. & urbes Hanſæ teutonicæ. 1484. *Carlotta* Regina Carolo Duci Sabaudiæ donat & cedit regnum Cypri. 1485. *Alexandri* VI. Bulla, qua Ferdinando & Eliſabethæ, Regi & Reginæ Caſtellæ & Arragoniæ, concedit ius in novum orbem, a Columbo detectum, cum deſignatione limitum per ductum certi meridiani. 1493. Eiusdem Conceſſio, ut Equites ordinum militarium Luſitaniæ a voto caſtitatis abſolvantur, & ſalvo ordine matrimonia inire poſſint. 1496.

Godofr. Guil. LEIBNITII Mantiſſa. Hanoveræ 1700. Duabus conſtat Partibus, & continet Statuta magnorum Ordinum regiorum, Acta vetera electionum Regis romani, Manifeſtationes iurium inter Franciam, Angliam & Burgundiam olim controverſorum; Concilia item germanica, Cerimoniale Sedis rom. vacantis, Concertationes Imperium Regnaque inter & Eccleſiam rom. præſertim *Bonifacii* VIII. tempore, & circa Concordata Galliæ cum Leone X. Sciſſionem bohemicam, Seculariſationes ditionum epiſcopalium a Pontificibus factas, Abſolutionem *Henrici* IV. Gall. Regis; præterea Auſtriaco-Luxenburgica, Anglo-Scotica, Helvetico-

Novo-

Novo-caſtrenſia, ac denique complures fœderum aliorumque publice geſtorum tabulas. In Præfatione laudat ampliſſimus auctor eos, qui ſibi auxilia tulere ad præſentem Collectionem, defendit ſententiam ſuam de amore, quod ille bonum amati per ſe quærat, indicat aliorum Collectiones ſimiles, easque noviſſimas, ut Danielis *a Weſſel*, Frid. *Leonardi*, *Amsleti*, & *batavorum typographorum.*

Godofr. Guil. *Leibnitius*, lipſienſis, Iac. Thomaſii, Io. Kuhnii, Erh. Weigelii, Io. Andr. Boſii, I. C. Falckneri, B. L. Schwendendorferi, & Quir. Schacheri diſcipulus, philoſ. & Iur. utr. Doctor, ac primum Electoris Moguntini, deinde Ioannis Friderici Ducis Brunſvic. ac Luneb. conſiliarius, tandem S. Cæſ. Maieſt. conſil. aulic. imper. nec non Magnæ Britanniæ Boruſſiæque Regum, & denique Ruſſorum Monarchæ conſiliarius iuſtitiæ intimus, Regiæ ſcientiarum Societatis, quæ Berolini floret, præſes, londinenſis vero ac pariſienſis ſocius, vir ſtaturæ mediocris, & myops quidem, ſed tamen viſus acie pollens uſque ad finem vitæ, de nemine unquam male locutus, quin potius omnia in meliorem partem interpretatus, ad hæc temperantiæ ceterisque virtutibus deditus, & in omni ſcientiarum artiumque genere exercitatiſſimus, A. 1716. æt. 71. e vivis diſceſſit Hanoveræ, multis divini ingenii monumentis relictis, quæ in *Actis eruditorum* hinc & inde recenſentur, in primis in eius Elogio, A. 1717. p. 317. 322. nec non in Ioach. Frid. *Felleri* Supplemento Vitæ Leibnitianæ, Miſcellaneis Leibnitianis præmiſſo, & Chriſtian. *Grundmanni* Oſſib. & cinerib. litterator. defunctor. p. 16. interque illa ſunt Tractatus de arte combinatoria, qui tamen ad maturiorem ætatem promoto non amplius in omnibus placuit, Nova methodus diſcendæ docendæque iurisprudentiæ, Specimina iuris, Specimen Demonſtrationum politicarum, ſub ficto Georgii *Vlicovii* lithuani nomine, pro eligendo Rege Polonorum Philippo Wilhelmo, Comite palatino ad Rhenum, Tractatus de Iure ſuprematus, in gratiam S. R. Imp. Principum ſcriptus, atque ſub larva Cæſarini *Furſtenerii* publicatus, Noviſſima Sinica, Eſſais de Theodicée ſur la bonté de Dieu, & liberté de l' homme, & l'origine du mal, Cogitationesque de origine Germanorum. Sicut autem in pluribus eruditionis partibus ſcripta edidit, ita varios, ut fit, nactus eſt antagoniſtas, occaſionem præbentes, ut

Digitized by Google

aſſerta ſua ſive clarius exponeret, ſive maſcule defenderet; diſputarunt enim cum eo Io. Ioach. *Becher* de curru, quo vehimur, ad fluvium traiiciendum aptando, Abbas *de Catelan* de Carteſio, *Foncherius* de axiomatibus quibusdam philoſophicis, Io. Georg. *Kulpiſius* de vexillo Imperii maiori, Tob. *Pfanner* de foedere inter Carolum Regem Galliæ & Duces Saxoniæ Fridericum atque Williermum A. 1444. inito, Pet. *Balius* de harmonia ſive commercio mentis cum corpore, Io. Chriſtoph. *Sturmius* & Ruard. *Andala* de natura, ſive de vi inſita, actionibusque creaturarum, Io. Fran. *Buddeus* de origine mali, Nic. Hier. *Gundlingius* de origine Germanorum, *Peliſſon* de differentia utriusque religionis, & Iſ. *Nevvton*, una cum Nic. Fatio *Duiller* & *Keillio*, de inventione calculi differentialis. Vide *Neu Bucher Saal* T. III. 221. Interim non minus ab hiſce, quam ab aliis viris eruditis pro doctiſſimo & litteratorum facile principe agnitus & honoratus eſt. Videantur celeberrimi *Actorum erudit.* collectores cum alibi, tum A. 1701. 180. & A. 1711. 111. *Conringius* in Conringianis epiſtol. 146. Io. *Moller* Prolegom. in Morhofii Polyhiſt. 27. *Morhofius* Polyh. T. I. l. 2. c. 5. n. 61. A. B. *Werner* in Orat. de magnitud. Domus Guelph. D. auctor der *Souverainen* von Europa 1583. *Becher* Narr. Weisheit 149. *Sturmius* Phyſ. elect. 119. 211. *Buddeus* de theol. polem. ſtud. 23. & in ep. ad G. G. Knœrrium, auctorem diſp. de orig. mali, H. D. *Meibom* Orat. de gen. hiſtor. german. fontib. 27. *Neu* in Mantiſſa ad Wheari Relect. 20. *Schurzfleiſch* Epp. arcan. T. I. 185. T. II. 84. 343. *Grundmann* in Oſſib. & ciner. p. 20. 23. *Bucher Saal* T. V. 635. *Ancillon* præf. in Memoires, *Pirot* in Approbat. Reſponſ. Peliſſonii T. IV. 126. 136. auctor des *Nouvelles literaires* (cl. Henr. *de Sauzet*) T. VI. 97. *Giornale* de' Letter. d' Italia T. I. nell' Introduz. p. 33. T. VI. 485. T. XI. 388. & *Bayle* in Dictionar. hiſt. crit. 2607. 2700. qui eum appellat un des plus grands eſpirts de l'Europe.

LVII.

Der Stadt Nürnberg verneute Reformation, ſive Civitatis Noribergenſis REFORMATIO renovata. Noribergæ 1564. Eſt codex legum Reip. Noribergenſis, qui antea *Statutorum*, vel etiam *Reformationis* nomen gerebat. Titulum autem *Reformationis renovata* indere nunc placuit, quia Statuta & Leges inclytæ huius Reip.

Reip. partim emendata, partim contracta & abbreviata, partimque aucta ſunt. Atque hoc factum auctoritate publica, opera in primis Valentini *Kötzleri* & Chriſtophori *Gugelii* ICtorum. Videatur *Wagenſeil* de Noribergæ reb. notabil. p. 203. Conſtat III. Partibus, quarum prima agit de Iudiciis & proceſſu forenſi, ſecunda de Contractibus, tertia de Teſtamentis & hereditatibus: ſpeciatim 1) de judiciis & foro competente. p. 1. 2) de in ius vocando. 5. 3) de contumacia. 9. 4) de arreſtis & ſequeſtrationibus. 13. 5) de procuratoribus & deſenſoribus. 17. 6) de ordine & proceſſu. 23. 7) de teſtibus. 34. 8) de fide inſtrumentorum. 42. 9) de arbitris. 47. 10) de appellationibus. 53. 11) de executione rei iudicatæ. 59. 12) de executione contra fugitivos. 69. 13) de mutuo. 78. 14) de commodato. 82. 15) de depoſito. 85. 16) de emptione & venditione. 89. 17) de locato & conducto. 96. 18) de ſocietate. 105. 19) de fideiuſſoribus. 109. 20) de pignoribus & hypothecis. 113. 21) de tacitis hypothecis. 117. 22) de potioribus in pignore. 121. 23) de iure directi & utilis dominii. 129. 24) de piſcationibus. 141. 25) de theſauris. 146. 26) de ædificiis. 148. 27) de læſionibus ex alterius domo, & ab alterius beſtia. 161. 28) de matrimoniis. 164. Annexa eſt Deſcriptio regiminis noribergenſis, non typis edita, ſed ſcripta, eaque valde accurata. Denique de Reformatione illa noribergenſi notandum, valere eam non tantum in urbe, ubi nata eſt, & annexo territorio; ſed in Iudicio quoque aulico & Camera ſecundum eam deciſionem fieri, quoties cauſſæ per appellationem ad ſuprema hæc Imperii tribunalia devolvuntur, *Wagenſeil* l. c.

LVIII.

Benedicti CARPZOVII Iuriſprudentia eccleſiaſtica, ſeu conſiſtorialis. Lipſiæ 1673. Primum prodierat A. 1649. deinde Hanoviæ A. 1652. 4. noviſſime autem recuſa fuit Lipſiæ A. 1708. f. Præmittuntur 1. Epiſtola dedicatoria ad IO. GEORGIVM Electorem Saxoniæ. 2. Præfatio ad Lectorem. & 3. Programma invitatorium ad prælectiones iuris canonici, quibus hæc ipſa tradere, & cum ſtudioſa iuventute communicare conſtituerat. In illa agit de vero & proprio uſu iuris canonici etiam apud Euangelicos in controverſiis & cauſſis ſpiritualibus decidendis, deque titulis, quibus ſupremi Imperantes ius ſacrorum ſibi tribuere, ut quando

Rex

Digitized by Google

Rex Hiſpaniarum appellatur Catholicus, Rex Galliarum Chriſtianiſſimus, Rex Britanniæ Defenſor fidei; quos omnes titulos etiam Electori Saxoniæ ſano ſenſu competere ait: in iſta de munere ICti, videlicet illud non anguſtis iuris privati cancellis incluſum eſſe, ſed ad publicum etiam ius ſeſe extendere, atque adeo legislatoriam, conſultoriam & politicam ſcientiam, eiusque actiones, immo & cauſſas eccleſiaſticas, earumque cognitionem, diſcretionem atque prudentiam comprehendere, atque ideo in conſiſtoriis non tantum theologos, ſed etiam ICtos vel politicos conſtitui; ac tandem in laudes excurrit Friderici *a Metzſch*, hereditarii in Reichenbach & Frieſen: in hoc de regimine ſæculari & eccleſiaſtico, quod Imperatori divinitus mandatum, & inſignibus bicipitis Aquilæ, quidquid alii de Imperio occidentali & orientali dicant, repræſentari videatur; qua occaſione etiam de inſignibus aliorum Regum, ut Galliæ, Hiſpaniæ, Daniæ & Scotiæ diſſerit. Porro etiam agit de regimine epiſcopali ſeu eccleſiaſtico, quod per Transactionem paſſavienſem & ſubſecutam Religionis pacificationem ad Status Imperii euangelicos vigore territorialis iurisdictionis pervenit, vel potius rediit, atque ab illis optimo titulo ac iure exercetur. Conſtat hoc opus Carpzovii tribus libris, quorum primus tractat de iuribus epiſcopalibus, miniſtris eccleſiæ, eorumque vocatione ac confirmatione, ſalariis, proventibus, accidentiis, ſucceſſione & diviſione legitima; ſecundus de cauſſis matrimonialibus, ritibus, cærimoniis, bonis aliisque rebus eccleſiaſticis, ac iure ſepulturæ, & academiarum; tertius de iudicio & foro eccleſiaſtico, pœnis ac coërcitione clericorum. Acceſſit Vſus arboris conſanguinitatis & affinitatis, in foro ſaxonico practicus. Epitome huius operis prodiit Lipſiæ A. 1700. 8. atque inſcribitur *Synopſis conſiſtorialis*. Similia autem præſenti ſcripta ſunt, Pauli *Voetii* Iurisprudentia ſacra, Chriſtiani *Weberi* Ius conſiſtoriorum, Michaëlis *Havemanni* Ius epiſcopale, (quos duos tractatus Ahaſv. *Fritſchius* volumini de Iure eccleſiaſtico inſeruit) & Nic. *Myſeri* ab Ehrenbach Gamologia Principum Imperii. Et hosce tres ultimos notat Chriſtian. *Thomaſius* in diſp. de Iure Principis euangelici circa ſolennia ſepulturæ p. 2. & 20. Sed nec Carpzovium ſatis ſibi a fundamentis pontificiis caviſſe eruditi obſervant, nominatim prædictus *Thomaſius* in Iure Princip. euangel. in controverſ. theolog. 51. in Cau-

Digitized by Google

Cautelis circa præcogn. Iuriſprud. eccleſ. §. 302. in parvis Scriptis german. p. 264. & in diſp. de Iure Princip. euangel. circa ſolennia ſepult. §. 17. *Titius* præfat. in Ius canon. (des Geiſtl. Rechtes) p. 4. *Brückner* præfat. in Deciſ. iur. matrimon. *Rinck* Program. orat. auſpical. A. 1707.)(2. Et Io. *Brunnemannus* ſæpe a Carpzovio diſſentit. Nec ſilentio prætereundum, Iac. *Brunnemannum* dediſſe Trutinam doctrinarum Io. Brunnemanni, quibus a Carpzovio abit, Wittebergæ 1697. 4. Sed neque nos gravabimur, ea in medium adferre, quæ corrigenda ſive illis, ſive aliis viſa ſunt.

Lib. I. pag. 16. n. 14. *Diverſo iure* duplex illa poteſtas (ſecularis & eccleſiaſtica) uni domino (apud Proteſtantes) competit: nam ſecularem & politicam poteſtatem Magiſtratus tenet iure hereditario, ut princeps politicus; at *poteſtatem eccleſiaſticam ex Transactione* paſſavienſi, *uſque dum* amicabiliter negotium religionis univerſaliter fuerit compoſitum.	Non diverſo iure, ſed *virtute ſuperioritatis territorialis*: neque ex Transactione paſſavienſi, aut beneficio Cæſaris, poteſtatem illam eccleſiaſticam acceperunt, tanquam novum ius, ſed ad uſum & exercitium illius iuris, quod eminentiæ eorum debebatur, & perpetuum atque irrevocabile eſt, reverſi ſunt. Iac. Frid. *Ludovici* Introduct. in proceſſ. conſiſtor. c. 2. p. 18. Iuſt. Henn. *Bœhmer* Iur. eccl. Proteſtant. lib. 1. tit. XXIIX. p. 610.
Ibid. Nequaquam ergo diverſæ hæ iurisdictiones miſceri, ſed *diverſis in iudiciis tractari debent.*	Non ex debito aut neceſſitate conſiſtoria ſunt conſtituta, ſed *ex beneplacito Principum. Bœhmer* 611. Gottl. Gerh. *Titius* in Iure germ. eccleſ. l. 1. c. 6. p. 105.
Lib. II. p. 1. n. 16. *Cauſa matrimonii* eſt civilis pariter & eccleſiaſtica, ſeu *mixta*, quæ aliquando ad forum eccleſiaſticum, aliquando ad forum ſeculare pertinet.	Eſt *maxime civilis.* Henr. Ern. *Keſtner* de Iuriſprud. papizante p. 17. & *Odelem* Apolog. contra Löſcher, & Gribner. 17.

Digitized by Google

Pag. 24. n. 13. *Hoc ipſa ſententia* (quod adulter in uxorem poſſit ducere eam, quam conſtante matrimonio per adulterium polluit) theologis *arridet*, *Chemnitio* in L. de Coniug. fol. 207. Rubr. Alius caſus, Ioan. *Gerhardo* L. de Coniug. §. 383.	Non Chemnitio, qui ad hunc caſum non pervenit, ſed Phil. *Melanchthoni* apud Chemnitium p. m. 192. Et *Gerhardus negativam* tenet.
n. 17. *Oſiand.* in comment. ad lib. 2. Reg.	Intelligitur *Lucas Oſiander*.
P. 28. Definit. XVII. *Per publica ſponſalia de præſenti ipſum contrahitur matrimonium.*	*Conſenſus matrimonialis facit nuptias*, non conſenſus ſponſalitius. *Nuptiæ involvunt ipſam rem*, ſponſalia ſpem. *Keſtner* l. c. p. 19.
50. Defin. XXXIII. *Sponſalia clandeſtina iure non ſubſiſtunt vel obligant.*	*Iure divino & natura ſubſiſtunt*, non autem iure poſitivo humano, ſi Princeps ea improbaverit, & pro nullis declaraverit. Id. 21. 23.
59. Defin. XXXIX. Conſenſus parentum requiritur ad nuptias liberorum *de neceſſitate iuris naturalis & divini.*	At quomodo hoc congruit cum Definit. LIV. ubi dicitur, liberos, qui ſine conſenſu parentum nuptias celebrarunt, a parentibus, ſive ad dimidiam legitimæ partem, ſive in totum *exheredari poſſe*? cum Definit. LX. Sponſalia eiusmodi, *ſi copula carnalis acceſſerit*, non poſſe reſcindi; & cum Definit. LXII. *Penes iudicem eſſe*, in cauſſas diſſenſus paterni inquirere, & pro ratione circumſtantiarum decidere?
93. n. 6. Sponſalia *ſine conſenſu parentum* contracta, *accedente copula carnali* non ſolent facile reſcindi.	Quomodo autem hoc ſtare poteſt iuxta ſententiam communem, *conſenſum parentum* non ſo-

Digitized by Google

ſolum de honeſtate, verum etiam *de neceſſitate eſſe*? An non ita liberis ianua aperitur nequitia ſua eludendi conſenſum parentum? *Keſtner* 22.

102. Defin. LXV. & LXVI. Gemina ſi fuerint contracta publice *ſponſalia, firma & rata habentur priora*, licet copula carnalis ad poſteriora acceſſerit: præferuntur tamen *poſteriora, ſi per nuptias & benedictionem ſacerdotalem* fuerint conſummata.

Aſſertio iſta *parum cohærens* eſt, quia copula carnalis ad uſum coniugii, & ſic ad naturalia eius pertinet, benedictio autem ſacerdotalis extrinſecus, vigore Conſtitutionis eccleſiaſticæ, accedit. C. *Thomaſius* Diſſertat. iurid. 1181. & Not. in Lancel. P. II. 871.

110. n. 2. *Sponſalia clandeſtina cedunt poſterioribus*, ſi hæc publice facta.

Quod clandeſtina ſponſalia pro invalidis abſolute habentur, *ex præſumta & falſa ſacramenti ratione* deſcendit: natura enim ſponſaliorum ad validitatem nihil aliud exigit, quam conſenſum, qui etiam in clandeſtinis ſponſalibus, modo contrahentes ſui ſint iuris, locum habet. *Keſtner* 22.

Ibid. Sponſalia clandeſtina, ſi copula ſint carnali firmata, præferuntur poſterioribus ſponſalibus, quantumvis publicis.

Etiam hoc *ex iurisprudentia papizante, & falſo credita ſacramenti acceſſione* depromtum eſt. An vero ſacramentum copula carnali initur? Et ſi priora ſponſalia ſunt perfecta, quomodo alterutra deſponſatorum perſona poteſt retrocedere, atque a priori obligatione liberari? *Id.* 21. 30.

113. n. 7. Regulariter cum Canoniſtis iudicandum exiſtimaverim, *ſponſalia pure contracta*,

Minus recte, quoniam ius alteri quæſitum auferri nulla ratione poteſt. *Id.* 20.

licet ſint poſteriora, præferenda eſſe conditionatis anterioribus.

117. n. 3. *Inter aſcendentes & deſcendentes perſonas*, quæ parentum liberorumve locum occupant, nuptiæ nec debent contrahi, nec poſſunt.

An id ex lumine naturæ evidentiſſimis & invictis demonſtrari poſſit rationibus, ſat difficilis & intricata eſt quæſtio. *Keſtner* 25.

120. n. 7. *Canonica graduum ſupputatio* tres continet regulas.

Iſta *conficta* eſt a Canoniſtis, & *adprobata* a Pontificibus ſummis, iuſtoque *plura cognationis genera* excogitata, & utilis eſt ad argentum pro diſpenſationibus attrahendum. *Id.* 27.

131. n. 1. & 152. n. 4. *Si matrimonium in gradibus prohibitis*, modo non ſit inter perſonas in linea recta, *contractum, perque copulam ſacerdotalem conſummatum eſt*, illud minime eſt diſſolvendum.

Doctrinam hanc non poſſum non *ſumma inconvenientia* arguere: nam quod Deus prohibuit, id nulli iuris fundamento innititur. *Thomaſ.* in Diſſertat. iurid. 1183. *Brunnemann.* in Iure eccleſ. 568. *Keſtner* 30.

158. n. 5. *Quarum perſonarum liberi non poſſunt contrahere inter ſe matrimonium, illæ multo minus* id facere poſſunt.

Regula hæc ſapit *petitionem principii. Brunnemann.* Iur. eccleſ. 567.

172. n. 12. Poſito hoc principio, Levit. XIIX. non tantum perſonas ibi nominatas, ſed & alias omnes in eodem pariue gradu poſitas, ſequitur, Magiſtratui *nequaquam fas eſſe diſpenſare in gradu ſecundo in ſanguinitatis linea inæqualis*, ita ut quis fratris aut ſororis filiam ducat, & vice verſa.

Alii tamen Dd. non recipientes iſtud principium, *diſpenſari poſſe* iudicant, præcipue *ſi quæſtio non eſt de contrahendo, ſed contracto matrimonio*, ita ut coniugium permittatur cum filia fratris aut ſororis cognata; item cum patruo aut avunculo. *Kling, Conring, Brückner*, & ICti *helmſtad.* ac *rinthelenſes* apud Io. Barthold. *Niemeierum* diſſert. V. de Coniug. §. 72.

Id

Digitized by Google

257. n. 5. *Sponſalia non permittuntur diſſolvi mutuo* illorum, qui contraxerant, *conſenſu* ac deſiderio.	Id *mirum* eſt; re autem ipſa nullum aliud ſubeſt fundamentum, quam *quod matrimonium ſit ſacramentum. Keſtner* 24.
282. n. 9. *Fornicatio ſeu adulterium, coniugii formam,* adeoque ipſum coniugium *tollit.*	Hæc ratio nobis non ſatisfacit, quia *forma coniugii in animorum,* non autem corporum *coniunctione* conſiſtit. *Bruckner* Iur. matrimon. P. II. p. 32.
366. n. 19. Principes & Status euangelici *duplicem repræſentant perſonam,* ſæcularem & eccleſiaſticam.	Quid hoc *monſtri* eſt? Principes & Status euangelii *omnia, quæcunque gerunt, iure Principis & Magiſtratus* gerunt: ab ipſis ſolis, ut Principibus & Magiſtratibus, omnis omnino poteſtas, omnis iurisdictio derivatur. Neque ita habent *duplex brachium,* ſæculare & ſacrum, cum una eorum ſit perſona, (vel quaſi, reſpectu Rerumpublicarum) atque ideo *una* etiam *poteſtas,* qua omnia moderantur. C. *Thomaſius* in Cautelis p. 199. Io. Iac. *Silberrad* diſp. de Brachio ſeculari p. 69.
371. Defin. CCCXLVII. *Non conſultis in Synodo verbi Dei miniſtris, nec convocatis Eccleſiæ ordinibus,* ſuſcipienda haud eſt a Principe & Magiſtratu mutatio, vel abrogatio rituum eccleſiaſticorum.	Fluit hoc *ex papizatione Carpzovii,* qua bonus vir frequenter laborat. Quanto melius Caſp. *Zieglerus* de Iurib. Maieſtat. lib. I. c. 17. §. 1. ubi docet, dubitari non debere, Reges & Principes fideles, utpote eccleſiæ nutricios & patronos, *in rebus ad externum ordinem, decorum & diſciplinam facientibus poteſtatem habere & ſummum*

imperium. Immo licet Carpzovio ipſum opponere *Carpzovium*, ſtatuentem, *Conſiſtoria non poſſe inhibitiones aut præcepta decernere adverſus mandata Principis*, lib. 3. Defin. XIV. darique *appellationem a Conſiſtoriis ad Principem*, lib. 1. Defin. XII. n. 15. p. 17. videlicet, quia Conſiſtorium delegata eſt iurisdictio; eccleſiæ autem miniſtri nullam habent iurisdictionem, ſed ſunt meri ſubditi, quibus gloria parendi eſt relicta in iis, quæ legibus divinis non ſunt adverſa. *Thomaſius* diſp. de Iure Principis euangel. circa ſolennia ſepulturæ §. 17. p. 17. G. G. *Titius* in Iure germ. eccleſ. l. 3. c. 1. §. 18.

381. n. 4. ſ. *Nundinæ in ſabbato* quibusdam in locis ita radices egerunt, ut morem hunc corrigere & extirpare *multis videatur impoßibile*: quare ſtudioſe ſaltem præcavendum, ne impediatur per eas cultus divinus, nec niſi *finitis omnino ſacris* permittantur.

Impoſſibilitatem nullam video in tali negotio, quod unico Reſcripto ſeveriori emendari poteſt, & in locis bene multis emendatum eſt. Neque paucarum tantum horarum, ſed *integri diei celebratio* nobis iniuncta eſt. *Brunnemann.* I. E. l. 2. c. 1. p. 292. Io. Sam. *Stryck* diſp. de Iure magiſtrat. circa Sabbat. p. 78.

Ibid. n. 8. *Exercitiis artis ſagittariæ, palæſtræ, pilæ, trochi, & comœdiarum*, ut honeſtis, in die dominico poſt cultum divinum locus dari poteſt. Cui

Brunnemannus l. c. conſenſum ſuum denegat, *Stryckius* ad illum locum p. 300. videtur inclinare in ſententiam I. Conr. *Dürrii*, in Theol. mor. Verum ſi vel

fere accedit G. G. *Titius* in Iur. german. eccleſ. 412.

ſi vel maxime priora illa exercitia ſacris finitis permittantur, quis *comœdias*, quæ ſine ſcandalo fere non ſolent eſſe, diei dominico convenientes putaverit dixeritve? Io. Sam. *Stryck* l. c. p. 95.

441. Defin. CCXC. *Nemo* auditorum relicto ſuo ordinario paſtore, *ab alterius eccleſia & diœceſeos miniſtro ad ſacram communionem admitti debet.*

Sententia quidem hæc eſt communis, & in iudiciis exercetur eccleſiaſticis, *non* tamen *firmis nititur rationibus.* Interim minime probandum eſt, ſi quis ex odio erga confeſſionarium alterius petit operam, aut ſi extraneus paſtor alterius confitentes pravis artibus lucrari & abducere laborat. G.G. *Titius* 455.

449. Defin. CCXCIV. & p. 451. Defin. CCXCV. Diutius a ſacra coena abſtinentes admoneri, et, ſi non parent, *Superintendenti indicari*, aut *comminatione carceris alteriusve poena adigi*, &, *ſi in pertinacia* ſua pergunt, *territorio expelli, honeſtaque ſepultura privari debent.*

Hæc omnia remedia, quæ quidem uſu & praxi gaudent, ſunt *violenta & pontificia originis*, nec difficilis ad eorum rationes eſt reſponſio. *Titius* 231. 451. *Keſtner* Iurisprud. papiz. 52.

588. n. 13. Severius *cum pertinacibus & malitioſis Catholicis & Calvinianis* eſt procedendum, & vel *pauciores* vel plane *nullæ ceremoniæ* eorum funeribus adhibendæ.

At *quis novit pertinaces & malitioſos illos*, niſi ſolus Deus? *Inſtrumentum pacis Cæſar. Sued.* de anno 1648. ad quod, tanquam ad normam, omnia Reſponſa theologorum & ICtorum revocari & examinari debent, *omnibus trium religionum*

in

Digitized by Google

in Imperio rom, german. tolera-tarum hominibus honeſtam vindicat ſepulturam. *Thomaſ.* Diſſert. iurid. p. 1381.

610. n. 7. Nequaquam inferendum, autoritate confirmationis legitima deſtitui *academias, a ſolo Pontifice confirmatas & privilegiatas:* obſtat enim totius Imperii obſervantia, qua academiæ in Germania erectæ & apertæ autoritate Pontificis, quaſi ab ipſo Imperatore erectæ & Imperiales habentur.

Valorem tamen & auctoritatem non habent, niſi *a voluntate Principis territorii, & auguſtiſſimi Imperatoris, Titius* 681.

612. n. 14. Hoc quatuor Facultatibus (academiarum) commune eſt ac eſſe debet, ut *non admittatur profeſſor, qui in facultate ſummos haud obtinuit honores doctorales,* ſcilicet in tribus ſuperioribus Facultatibus, & magiſterii in Facultate philoſophiæ.

Hæc *aſſertio nimis generalis* eſt, niſi vel de academiis tantum ſaxonicis electoralibus, vel, quod facilius eſt, cum limitatione illa *non facile*, quæ in ipſa Definitione p. 611. habetur, velis intelligere. Io. Chriſtian. *Itterus* de Honorib. ſive gradib. academ. c. 9. p. 345.

Lib. III. 653. n. 1. *Duplicem* eſſe *iurisdictionem*, politicam ſive ſecularem, & ſpiritualem ſive eccleſiaſticam, nemo forſan unquam fuit, qui negaverit.

Hanc diviſionem probare non poſſum, inquit Ant. *Matthæus*, quem Rittershuſius (in Geſſelii Hiſt. ſacra & eccleſ. P. II. 568.) vocat iuris conſultiſſimum. Quibus adde Iac. Frid. *Ludovici* Introduct. ad proceſſ. conſiſtor. 19. & Iuſt. Henn. *Bœhmerum* Iuris eccleſiaſt. Proteſt. lib. I. tit. XXIIX. p. 608. qui conſentientes adducit, magna ICtorum nomina, Lud. *Hugonem, Pufendorfium, Brunnemannum, Stryckium, Rhetium, Zieglerū & Mevium.* Po-

Digitized by Google

654. n. 7. Poſtquam iurisdictio eccleſiaſtica vigore Decreti paſſavienſis ad Status euangelicos *delata* eſſet, inſtituerunt Conſiſtoria ſive Iudicia eccleſiaſtica. Confer. lib. I. defin. XI. n. 14.	Potius *redditum ac reſtitutum*, ſicut ipſe loquitur *Carpzovius* lib. I. p. 15. illis fuit ius regendi eccleſiam, quod Epiſcopi iniuſte occupaverant: nam *Principi qua tali*, h. e. quatenus reip. præeſt, *omnis competit iurisdictio*, utpote quæ ex imperio ſummo fluit, ſine differentia negotiorum, utrum ſint eccleſiaſtica, an ſecularia. *Bœhmer* l.c.
655. n. 22. Princeps *eccleſiaſticam iurisdictionem, ut Epiſcopus* exercet.	*Eccleſia non habet iurisdictionem*, adeoque non datur *iurisdictio eccleſiaſtica*. Princeps autem, qua talis, iurisdictione gaudet, etiam in rebus eccleſiaſticis, eamque exercet, ut Princeps. *Id.* 701. 743. 612. *Ludovici* 21.
750. n. 12. Iusiurandum eſt quid *perſonaliſſimum*.	*Perſonaliſſimum* ſine dubio eſt id, quod perſonam non egreditur. Quod quidem duobus poteſt modis intelligi, 1. quod iuramentum perſonam principalem, nec aliam concernat. 2. quod *nemo loco eius poſſit iurare*. Prius verum eſt, poſterius probandum. *Gundlingiana* T. I. 339.
758. n. 14. *Inter perſonas deſponſatas verum iam incheatum eſt matrimonium.*	Sponſalia ſunt *de matrimonio futuro*. *Bœhmer* 1306. *Titius* 559.
811. n. 2. Conſiſtorium *deprecationem publicam* (criminis publice noti & ſcandaloſi) alias uſitatam *remittere poteſt*, ſubſtituta in eius locum *mulcta pecuniaria*.	Hæc ſententia mihi *non placet*; nam *aliud eſt mulcta, aliud deprecatio*. Hæc reconciliat mentes, illa vindicat crimen: atque ita divites a deprecatione publica ſemper ſe liberare poſſent

ſent, ac nutriretur opinio, deprecationem famam lædere, cum potius liberet ab infamia. *Brunnemann.* Iur. eccl. P. I. 191.

823. n. 12. Diſpenſatione ſpeciali *Nobilibus deprecationem publicam remitti*, vel ſaltem *in mulctam pecuniariam* converti poſſe, nullus ambigo.

In deprecatione iniungenda nullus perſonarum reſpectus habendus eſt; nec ſtat penes Conſiſtorium, mutare id, quod ad ſalutem eccleſiæ, & ſcandali tendit remotionem. Henr. *Boden* diſp. de abuſu pœnit. eccleſiaſt. §. 36. p. 125.

837. n. 7. Miniſter verbi, pro concione, *dura proferens verba* in parochianos & auditores ſuos, *non verſatur in re illicita*.

Obſervanda potius hæc *Receſſ. Imp.* de anno 1530. §. 55. prohibitio, Ne clerici ullo modo conviciis in ſuos auditores utantur. Io. Chriſtian. *Winter* diſp. de Præſumtione pro clero §. 42.

Bened. *Carpzovius*, wittebergenſis, probe diſtinguendus a patre cognomini, finito in Italiam, Galliam, Britanniam & Hollandiam itinere, ICtus & anteceſſor, tandemque Ordinarius lipſienſis, Scabinatus & Conſilii appellationum aſſeſſor, ſereniſſimique Electoris Saxon. a conſiliis ſanctioribus, in ſummo dignitatum faſtigio humilis, erga pauperes & egenos liberalis, iuſtitiæ ſtudioſiſſimus, temperantiæ ſervantiſſimus, & in quavis fortuna conſtans ac τετραγωνος, ſedulusque Bibliorum & Commentatorum biblicorum lector (illa enim ter & quinquagies, Andr. *Oſiandri* Gloſſas marginales tribus vicibus, & Dan. Crameri Notas duodecies perlegit) quamvis occupatiſſimus eſſet, plurimis tamen ſcriptis orbi erudito prodeſſe ſtuduit: inter quæ ſunt Practica rerum criminalium, A. 1635. Definitiones forenſes 1638. (harum Synopſin dante Ern. Frid. *Schrötero*, illarum Godofr. *Suevo*) tractatus de Capitulatione cæſarea, 1623. & 1640. Proceſſus iuris ſaxonici, 1657. Reſponſa iuris electoralia, 1642. 1658. variæque Diſputationes, quas inter eminent ſequentes: de pacto confraternitatis ſaxonico-haſſiacæ, de donatione bonorum utenſilium, ſive geradæ ſaxonicæ, & Vindiciæ iuridico-

dico-politicæ theologorum lutheranorum contra ICtos dillingenſes. *Witte* Memor. ICtor. 458. 411. & *Moller* de homon. 661. 135. Encomia eius collegit *Eybenius* in Magiri Eponymol. crit. p. 185. *Wagenſeilius*, aut potius Car. Guil. *Welſer* a Neunhof, in diſp. de S. R. I. Summis Officialibus & Subofficial. p. 288. vocat eum Iuriſconſultorum Germaniæ anteſignanum; *Morhoſius* Polyh. T. III. p. 112. eundem laudat, quod tam theoretica, quam practica iuris ſaxonici, in libris ſuis paſſim inculcet; & quod Iac. *Martini* olim de parente eius, idem de eo vere dici poteſt, ſemper ſuperfore, quod admirari, quod imitari liceat, illis præcipue, qui vegata mentis alacritate ad conſimile decus & gloriam ſuſtinent aſpirare. Sed & fuit, qui diceret: Niſi *Berlichius* berlichiaſſet, *Carpzovius* non carpzoviaſſet.

LIX.

Fran. Longi A CORIOLANO Summa conciliorum omnium, quæ a S. Petro uſque ad Gregorium XV. Papam celebrata ſunt, cum Annotationibus in loca præcipua & difficillima. Præter multas correctiones præcedentium editionum acceſſit Additio C. conciliorum gallicanorum, & quorundam aliorum, quæ in Summa deſiderabantur. Pariſiis 1645. Antea Antverpiæ 1623. f. Præmittuntur Præludia ſive prolegomena de conciliis in genere, nimirum 1. Concilia eſſe de iure divino. 2. Congregare concilium non modo eſſe utile, ſed aliquo modo neceſſarium. 3. Convocare concilium, ad Papam ſolum ſpectare. 4. Ad concilium convocandos eſſe epiſcopos. 5. Concilium non eſſe ſupra Papam. 6. Concilium generale abſque confirmatione ſummi Pontificis non habere infallibilem veritatem. 7. Accedente Papæ confirmatione concilium eſſe infallibilis veritatis, eiusque determinationes, de fide. 8. Concilium generale congregatum, ſi facit, quod in ſe eſt, & a Papa confirmatur, non poſſe errare in decretis fidei & morum. 9. Eccleſiam rom. eſſe veram Dei eccleſiam. 10. Papam eſſe ſucceſſorem Petri, Chriſti vicarium, & eccleſiæ caput. Præter *Caramuelem*, qui tamen auctori noſtro quædam concilia & alia neceſſaria videtur omiſiſſe, multa involute tradidiſſe, non nulla nimis conciſe, etiam Fran. *Sylvius* Summam conciliorum reliquit, Duaci 1679. & P. *Poiſſenus*, presbyter Oratorii, aliquam cum notis, A. 1706. f. 2. volum. aliamque Lud. *Bailius*, quam vocat Summam conciliorum

omnium ordinatam, auctam, illuſtratam ex Merlini, Ioverii, Binii, Coriolani, Sirmundi aliorumque collectionibus ac MSStis aliquot, cum annotationibus & controverſiis partim dogmaticis, partim hiſtoricis, Patavii A. 1701. 2. Tom. in fol. Variæ quoque dantur integrorum Conciliorum collectiones, & quidem ſæculo XVI. Iac. *Merlini*, Petri *Crabbe*, Fran. *Ioverii*, Laur. *Surii*, *Veneta* ex officina Domin. Nicolini: ſæc. XVII. Sever. *Binii*, Pariſina ſive *Regia*, *Labbei* & *Coſſartii*, Steph. *Baluzii*: & hoc ſæc. XVIII. Regia maxima Io. *Harduini*. De quibus vide *Acta erud.* A. 1684. 348. & A. 1715. 377. nec non *Boſium* Introd. in notit. ſcript. eccleſ. (in Crenii T. III. Methodor. p. 469.) deque ultima etiam den *Bücherſaal* T. V. 144. & Lud. El. *du Pin* Memoriale ad Præſidem primarium, qua eam iuribus Regni, ac libertati & paci Eccleſiæ gallicanæ præiudicium adferre probat. Notandum vero, 1) non omnia in Synodis tradita, promiſcue eſſe acceptanda. *Melanchth.* Opp. P. II. 125. 2) Quotiescunque in geſtis conciliorum diſcors ſententia invenitur, illius ſententiam magis tenendam, cuius antiquior aut potior extat auctoritas. *Bruckner* in Deciſ. iur. matrimon. P. II. 268. 3) *Lavacrum ſuum integrum habere*, p. 40. c. 38. dici eum, qui non eſt baptizatus clinicus, per aſperſionem ſolum. 4) *Capitolium* p. 41. c. 59. ſignificare templum Iovis quacunque in urbe. 5) per *Regulas precedentes* p. 218. can. 21. intelligi Canones apoſtolicos, & quidem XL.

Pag. 1. In Canones *Apoſtolorum* notationes.	Satius eſſet dicere, *Apoſtolicorum*, quia aliquot horum canonum ab apoſtolorum ſucceſſoribus, qui viri apoſtolici nominabantur, facti ſint. *Albaſpinæus* Obſervat. lib. 1. c. 13.
P. 2. *Canon I.*	Eſt *Iſidori hiſpalenſis*. Io. *Strauch* Amœnit. iur. canon. 169.
Canon II.	*Eſt Iſidori Mercatoris. Idem* 169.
P. 13. Romana eccleſia *ieiunium ſabbati* a Petro & Paulo ſibi traditum ſuſcepit.	Non cuiusvis, ſed eius *ſabbati, quod paſcha pracedit*; prout quidem exponit Ant. *Pagius* Crit. in Baron. ad A. C. 57. (in Act. erudit. A. 1690. 377.)

P. 20. *Antiochena Synodus* A.C. 56.	*Eſt ſuppoſititia. Idem* ad A. 56.
P. 63. *Præſes* concilii nicæni generalis I. *non fuit Imperator.*	CONSTANTINVS M. velut communis epiſcopus *Synodum convocavit*, in conſeſſu epiſcoporum *ſententiam dixit*, & decreta Synodi *ſuo ſigillo confirmavit*, teſte *Euſebio* apud *Richerium* lib. I. Hiſt. concil. general. c. 2. p. 22.
P. 94. Concilium ſardicenſe *generale* A. 347. eſt *nicæni appendix.*	*Nunquam habitum eſt pro appendice* Concilii nicæni. *Neque fuit generale ſive univerſale*, ſi eventum vel effectum ſpectes, ſed tantum reſpectu propoſiti & mentis Imperatorum, Iulii Papæ, & Epiſcoporum. *Richer.* p. 94. 89. *Tillemont* T. VIII. des Memoires (in Actis erud. 1704. 457.)
P. 219. in Annot. Hic can. XXVII. (Concilii chalcedonenſis) eſt ille clandeſtinus & ſurreptitius, *quem* S. LEO *pontifex pluribus epiſtolis damnavit*, non tantum, quod citra auctoritatem rom. Pontificis editus, *illegitime conſtitutus fuerit*, verum etiam, quod duo manifeſte falſa contineat, 1. Rom. Pontifici primatum a Patribus nicænis eſſe attributum. 2. ideo, quia Roma eſt ſedes Imperii.	LEO in epp. ad MARCIANVM Imp. & Concilium chalced. *non improbat* canonem illum, qui cum epiſtola ſynodali correctus ad ſe fuerat miſſus, *niſi quod dolet*, patriarcham CPtanum præferri alexandrino & antiocheno. Aloyſ. *Andruzzi* Reſponſ. ad Doſitheum (nel Giorn. de' Letter. d'Ital. T. XV. 264.)
P. 299. can. 20. Item ſtatuimus, ut *ad locum, ubi*, pro reatus ſui qualitate, quiſpiam interficiendus eſt, nullus clericorum accedat.	Statuimus, ut ad locum *examinationis reorum nullus clericorum accedat*, *neque interſit atrio ſauciolo*, *ubi* &c. *Du Cange* in v. Atr. ſauc. & *Valeſiana* 213.

 Non

P. 380. Concilium I. auctoritate S. Bonifacii Ratisbonæ *vel Auguſta Vindelicorum* celebratum A. 742.	Non Auguſtæ Vindelicorum, ſed *Ratisbonæ, a Carolomanno.* B. G. *Struve* in . Collat. ad Synod. francicam p. 37. II.
P. 395. Acta Synodi nicænæ II. in cauſſa imaginum *confirmata ſunt* Francofurtenſi A. 794.	Immo *damnata.* Tim. *Geſſelius* Hiſt. ſacr. & eccl. P. II. 32.
P. 403. *Pſeudoſynodus*, vel potius Collatio pariſienſis de cultu imaginum, habita *anno Domini*, ut inſcriptio habet, 824. tempore Eugenii Papæ II.	*Fuit Synodus generalis, juſſione Apoſtololica ſedis, convocante Imp.* CAROLO M. *celebrata*, ſunt verba *Hincmari*, archiepiſcopi rhemenſis in ep. ad Hincmarum nepotem, apud *Geſſelium* l. c. p. 37. ubi & plures teſtes excitantur, & celebrata quidem fuit *anno* 825.
P. 566. Concilium conſtantienſe *ex parte* fuit approbatum.	*Ex toto*, a Martino V. & Eugenio IV. *Richer.* lib. IV. P. II. 40.
P. 569. Seſſ. XV. (Concil. conſtant.) 6. Iul. habita, Ioannes Hus de hæreſi accuſatus & *convictus.*	*Si unum & idem eſt accuſari & convinci.* Ille enim reſpondit, inter articulos accuſationis eſſe aliquos, *a ſe numquam agnitos*, aliquos vero eſſe ſuos, quibus ſalva conſcientia, ſub æterno animæ periculo, non poſſit renunciare, *niſi prius fuerit ex ſcriptura S. erroris convictus.* Ad. *Rechenberg* Exerc. ſacr. 773.
P. 589. Decret. IV. Concil. florent. Definimus, S. apoſtol. Sedem & Rom. Pontificem in univerſum orbem tenere primatum — & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi univerſalem a domino noſtro I. C. plenam poteſtatem traditam eſſe, *quemadmo-*	Lege: *ad eum modum, qui &* in geſtis œcumen. Conciliorum &c. Lud. *Maimbourg* de l'Etabliſſement & des prerogatives d' l' Egliſe de Rome & de ſes Evéques (in *Actis erud.* A. 1685. 217.)

dum etiam geſtis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris canonibus continetur.

In Addit. ad Summam conciliorum p. 76. Seſſ. II. Concilii viennenſis general. A. C. 1311. *decretum eſt, ut nomen & ordo Templariorum penitus aboleretur.*

In Bulla a Papa condita, quæ, præſentibus in illa II. Seſſ. Papa & Rege, fuit prælecta, cui Patres ad timorem redacti non audebant contradicere. Sed *nec proceſſus iuridicus* in actione iſta fuit obſervatus, nec Ordo tam abolitus, quam *in perpetuum prohibitus*. *Le Clerc* Biblioth. choiſ. T. XXI. 170.

Fran. *Longus a Coriolano*, Ordinis F. F. Minorum S. Franciſci Capucinorum, floruit circa ſæculi XVII. annum 21. aliis etiam ſcriptis clarus, ut S. Bonaventuræ Summa theologica, ad inſtar Summæ S. Thomæ aquinatis, variis annotationibus & commentariis illuſtrata, Tractatu de caſibus reſervatis, & Breviario theol. *König* 212.

Lud. *Bail*, Abbavilla-picardus, diſtinguendus a Lud. *Bayly*, wallo, theol. D. & epiſcopo bangorenſi in Anglia, qui ſcripſit Practice of piety ſive Praxin pietatis, ſæpius, variis etiam in linguis, impreſſam, theol. ac propœnitentiarius pariſienſis, iisdem claruit temporibus, edidítque præterea librum de Examine conconfeſſariorum & poenitentiariorum, Pariſiis A. 1648. & Bibliothecam illuſtrium concionatorum, qui a condito mundo uſque ad initium ſæculi XVII. excelluerunt, ibid. 1666. *König* 79.

LX.

Synodicon, ſive pandectæ Canonum SS. Apoſtolorum, & Conciliorum ab Eccleſia græca receptorum, nec non Canonicarum SS. Patrum epiſtolarum, una cum Scholiis antiquorum, & ſcriptis aliis huc ſpectantibus, per Gul. BEVEREGIVM. Oxonii 1672. In Tomo I. continentur Canones SS. Apoſtolorum, (collecti ſub finem ſæculi 2. vel ſaltem ſub initium ſæc. III.) Concilii nicæni, primi œcumenici, CPtani primi, œcumenici ſecundi, epheſini œcumenici tertii, chalcedonenſis œcumenici quarti, trullani (ſæc. 7.) nicæni ſecundi (ſæc. 8.) ſeptimi œcumenici dicti, CPtani primi & ſecundi ſub Photio patriarcha ſæc. IX. habitorum, illius in

tem-

templo SS. Apoſtolorum, huius in templo S. Sophiæ, carthaginenſis ſub S. Cypriano celebrati, ancyrani, neocæſariani, gangreni, antiocheni, laodiceni, ſardicenſis, carthaginenſis, & *Ioſephi* ægyptii Proœmia & paraphraſis arabica in IV. priorum generalium Conciliorum canones. In Tomi II. Parte I. Canones *Dionyſii* alexandrini, *Petri* alexandrini, *Gregorii* thaumaturgi ſeu neocæſarienſis, *Athanaſii*, *Baſilii*, *Gregorii* nyſſeni, *Timothei* alexandrini Reſponſa canonica, Canones *Theophili* alexandrini, *Gregorii* theologi ſeu nazianzeni Metricorum poëmatum excerptum, quinam libri ſint legendi Veteris Teſtamenti & novi, *Amphilochii* Iamborum excerptum eodem de argumento, *Gennadii* Epiſtola encyclica, *Taraſii* ad Adrianum P. R. de non faciendis pro pecunia ordinationibus Epiſtola, *Alexii Ariſteni* Epiſtolarum canonicarum Synopſis. Hiſce omnibus, exceptis Ioſephi ægyptii Proœmio, Amphilochii Iambis & *Alexii Ariſteni* Synopſi, ſubiuncta ſunt Scholia Theodori *Balſamonis*, & Io. *Zonaræ*. In Parte II. Matthæi *Blaſtaris* Syntagma alphabeticum rerum omnium, quæ in Canonibus comprehenduntur, Exerptum orationis *Becci* de Synodo, quæ Photium patriarcham in ſedem CPtanam reſtituit, & novæ Romæ ſcandala diſſolvit, Acta *octavæ ſynodi* Conſtantinopoli celebratæ, & denique Guil. *Beveregii* in totum opus Annotationes. Idem hic præmiſit operi Prolegomena, in quibus de tempore Synodorum memoratarum, deque nonnullis auctoribus & collectoribus diſſerit.

Ioſephus ægyptius, presbyter eccleſiæ dominæ Virginis immaculatæ, floruit ſub finem ſæculi XIV. Eius Paraphraſis, etſi non ſatis bene ſcripta, uſui tamen nobis eſſe poteſt ad petendum inde numerum canonum, ad veram eorum lectionem, ſi quod forte dubium oriatur, ad cognoſcendum Eccleſiæ alexandrinæ ritus, denique ad ſenſum IV. illorum univerſalium Conciliorum, quis illo fuerit tempore, hauriendum. *Bevereg.* Prolegom. 20.

Amphilochius, epiſcopus iconienſis, vir & ſæculari & ſacra eruditione ac ſingulari prudentia eximus, vixit ſæc. IV. & obiiſſe videtur A. 395. ſcripſitque librum de Spiritu S. item Epiſtolam de ſtudiis recte formandis. At quæ ſub eius nomine venditatur Vita S. Baſilii, pro ſuppoſitia habetur, mendaciisque ſcatet. *König* 34. *Magirus* 43. *Crenius* de Singular. ſcriptor. 20. *Cave* 142. Opera eius (dubium, an omnia genuina) collegit, additisque notis edidit Fr. *Combefiſius*, Pariſiis 1644. fol.

Genna-

Gennadius, primum presbyter, deinde epiſcopus conſtantinopolit. ſcripſit Commentarium in Danielem, & contra Cyrilli anathematiſmos, defunctus A. 471. Epiſtola eius encyclica, quæ in oxonienſi, aliisque editionibus, maiorem partem ad Balſamonis ſcholia male amandatur, adverſatur ſimoniæ tam in ordinantibus, quam in ordinatis; neque etiam Gennadius quenquam ad ſacros ordines admittere voluit, qui Pſalterium memoriter non calleret. *Cave* 254. *Olear.* Biblioth. ſcriptor. eccleſ. P. I. 273.

Taraſius, conſtantinopolitanus, urbis Præfecti filius, adeoque illuſtri genere ortus, fuit Imperatoris a ſecretis, donec per Irenes turbas ad archiepiſcopatum perveniret; quem tamen nolle ſuſcipere ſimulavit, donec imagines reſtituerentur: idque pro ſua & Irenes libidine impetravit in conciliabulo nicæno. & CONSTANTINO Imp. nuptias cum Theodote pellice, repudiata Maria auguſta, uxore legitima, quas initio improbarat, tandem conceſſit, obiitque A. 806. Scripta eius ſunt Epiſtola encyclica, duæ ad Hadrianum, Apologeticus, & Sermo in B. virginem. *Cave* 351. *Olear.* P. II. 183.

Alexius Ariſtenus, nomophylax CPtanus & Magnæ eccleſiæ oeconomus, Zonara poſterior, ſed anterior Balſamone, claruit ſæc. XII. ſynodoque CPtanæ interfuit, & contra Nicephorum patriarcham hieroſolymit. protulit canonem Synodi trullanæ 37. Ipſe autem Epitomes ſive Synopſeos canonum, quæ Νομοκανονον vocatur, non eſt auctor, ſed tantum interpres & ſcholiaſtes. *Cave* 473. *Beveneg*. Prolegom. 18.

Matthæus Blaſtarus, Iuriſperitus & hieromonachus, id eſt, monachus conſecratus, vel ſacerdos in monaſterio ordinatus; ſcripſit etiam Cauſas & quæſtiones matrimoniales, quas Io. *Leunclavius* edidit in Iuris græco-romani lib. IIX. vertitque in græcum idioma Donationem Conſtantini M. & Alphabeticum canonum ſyntagma abſolvit A. 1335. *Beveregius* huius tantum præfationem latinam fecit, ipſum vero Syntagmatis corpus a doctis quibusdam viris oxonienſibus translatum eſt. *Cave* in Addit. ad Hiſtor. literar. p. 21. *Bevereg.* in Prolegom. 22.

Theodorus *Balſamon*, CPtanus, patriæque eccleſiæ diaconus, nomophylax, & chartophylax, poſtea creatus Patriarcha antioche-

nus, ſed qui ad thronum ſibi commiſſum ob Latinos, tunc temporis Antiochiam tenentes, nunquam accedere potuit, vir iuris canonici pariter ac civilis peritiſſimus, eccleſiarumque græcarum contra Latinos acerrimus propugnator, vixit uſque ad expugnationem urbis CPleos, quæ contigit A. 1403. Eius quoque ſunt Commentarii in Photii Nomocanonem, Collectio eccleſiaſticarum conſtitutionum, ſub nomine *Paratitlorum* a Leunclavio edita, Reſponſa ad varias quæſtiones Ius canonicum ſpectantes, Reſponſa ad interrogationes Marci, patriarchæ alexandrini, Meditata, ſive reſponſa ad varios caſus, Epiſtola ad Antiochenos de ieiuniis, & alia ad Theodoſium abbatem de Raſophoris, ſeu raſo Indutis. Vid. *König* 82. *Magirus* 105. *Pope-Blount* 397. *Cave* 477. *Creu.* Animadv. P. XIIX. 198. *Betereg.* Prolegom. 9.

Io. *Beccus*, ſive *Veccus*, MICHAELE Palæologo imperante fuit chartophylax Magnæ eccleſiæ CPtanæ, promotus deinde ad patriarchatum eiusdem urbis, ſed & poſt 8. annos metu plebis aufugiens ſedem deſeruit, indeque bis in exilium miſſus, & in carcerem coniectus, in arce quadam Bithyniæ ærumnoſam miſeramque vitam ſuam finivit ſub ANDRONICO ſeniore, qui imperium invaſit A. C. 1283. Multa conſcripſit, ſed nihil adhuc editum eſt præter Orationis excerptum hoc in volumine exſtans, & Epigraphas eius in Sententias SS. Patrum de proceſſione Spiritus S. & Sententias SS. Patrum eodem de argumento ab ipſo collectas. Excerptum autem noſtrum eſt alterius pars libri de Vnione, & pace veteris & novæ Romæ eccleſiarum, in quo ex ipſa hiſtoria ſcandali abſurditas demonſtratur. Sed cum hunc fodicaverit ignem, quid mirum, eum odia diſſentientium incurriſſe, & adverſitates eſſe paſſum? *Bevereg.* Prolegom. 22. *Cave* 510.

Guil. *Beveregius*, Eccleſiæ anglicanæ presbyter, A. 1669. edidit Inſtitutiones chronologicas. In Annotationibus autem ad Synodicon non ei propoſitum fuit, in ſingulos canones eorumque ſcholia commentarios ſcribere, ſed tantum obſcuriora illuſtrare, varias lectiones annotare, & quidquid Scholiaſtæ in Conſtantini Harmenopuli Epitomen canonum congeſſerunt, ad locum transferre ſuum. Eædem Annotationes denuo ſunt editæ a Io. *Clerico* in Tomo I. SS. Patrum, qui temporibus apoſtolicis floruerunt, pag.

pag. 427. Vid. de eo Phil. *Priorius* de Liter. canon. 83. & C. *Helvvich* in Manud. R. T. 207.

LXI

Henr. SPELMANNI Concilia, Decreta, Leges, Conſtitutiones in re eccleſiarum orbis britannici, videlicet Pambritannica, Pananglica, Scotica, Hibernica, Cambrica, Mannica, Provincialia, Dioeceſana, ab initio chriſtianæ ibidem religionis uſque ad noſtra tempora. Londini 1639. Tribus tomis diſtincta, quorum primus ea continet, quæ a primis Chriſti ſæculis uſque ad introitum Normannorum, i. e. annum Domini 1066: ſecundus ea, quæ poſt ſubactos a Normannis Anglo-Saxones uſque ad exutum Papam, & reſignationem pontificiæ iurisdictionis HENRICO IIX. factam, habita & congeſta ſunt: tertius ea, quæ deinceps in eccleſiis Britanniæ reformatis uſque ad auctoris tempora contigerunt. Secundus ille Tomus etiam Londini excuſus fuit, & quidem anno 1664. ſed an ſecutus poſtea ſit tertius, iuxta cum ignariſſimis ſcio.

Henr. *Spelmannus*, natus Conghamiæ Norfolciæ oppido in Britannia, parente Henrico Spelmanno, Armigero, Eques auratus, a Rege ter ad Hibernos miſſus, & Inquiſitioni exactarum in omnibus aulis iudiciariis expenſarum præfectus, cum ætatem haberet annorum 50. compoſitis rebus ſuis Londinum ſe contulit, antiquitatum ſtudio unice vacaturus. Hinc etiam produxit non ſolum præſens opus, verum etiam Gloſſarium archæologicum, & alia, quæ ſub titulo Operum poſthumorum Spelmanni edidit Edm. *Gibſon* Londini A. 1698. f. recenſita in Actis erudit. eod. anno p. 441. obiitque A. 1641. æt. 78. *König* 769. *Acta erud.* 1698. 447. *Lex. univerſ. hiſtor.* T. IV. 471. *Magirus* 761. *Pope-Blount* 942. *Du Freſne* præfat. In Gloſſar. 20. 56. *Baillet* des Enfans celebres 455. *Colomeſius* Opp. 716. Nec ſuffecit ei, æternam antiquitatis erutæ gloriam acquiſiviſſe, niſi etiam publicum linguæ veteris ſaxonicæ doctorem impenſa ſua inſtitueret; primoque has interpretandi partes demandavit Abr. *Vheloco*, bene de iis poſtea merito, ut refert Io. Guil. *Bergerus* in Program. A. 1715. Non. Mart. p. 24.

Digitized by Google

LXII.

CONCILIVM CONSTANTIENSE. Das Concilium zu Conſtanz A. 1413. mit allen geiſtl. und weltl. handlungen, und was für perſonen daſelbſt erſchienen, mit ihren Contrefaits und wappen. Auguſtæ Vindel. 1483. Recuſum ibidem A. 1536. & Francofurti ad Moenum 1575. Eſt liber rarus, & fortaſſe primus eorum, qui in Germania de re heraldica agunt. Auctor quidem in rubro non nominatur; eſſe vero Vlricum *a Reichenthal*, conſtat ex pag. 67. & 245. nec non 12. & 31. ubi ſuum ipſe nomen prodit. Atque hic liber eſt ille, de quo loquitur *Lutherus* in præfat. IV. epiſtolarum Huſſi, I. parti operum Huſſi præmiſſa. *Wagenſeilius* in Diſſert. de S. rom. Imperii ſummis Official. & ſubofficial. p. 6. vocat librum elegantem, & quem ob copiam, quæ ibi extat, inſignium, Gallorum heraldici ſcriptores valde dilaudent. Et in meo quidem exemplari illa ſunt illuminata. Sub finem libri pag. 243. annectitur Hiſtoria de condemnatione & uſtione Io. Huſſi, quæ tamen, uti *Lutherus* l. c. monet, cum iudicio legenda.

Vlricus *de Reichenthal*, nobilis, & canonicus conſtantienſis, vir ſpectabilis, & Principibus carus, concilii faciem coram eſt intuitus a primo exordio uſque ad finem. Hic Conſtantiæ, cum concilium eſſet celebrandum, de neceſſario commeatu diſpexit, Regem SIGISMVNDVM, Principes & Magnates in concilio præſentes, in ſuo prædio Conſtantiæ vicino lautiſſime excepit, Huſſi ſupplicio prope adſtitit, latusque Principum clauſit, atque horum imperio vocavit Vlricum *Schorandum*, cui Huſſus, ſi vellet, extremam ederet confeſſionem peccatorum. Hiſtoria eius non quidem ex ſtilo vel aptiori ordine valde æſtimanda eſt, ex integritate tamen fideque auctoris, puraque & ſimplici recenſione rerum omnium, ingens meretur pretium; adeo ut huius fide nixi præcipui hiſtorici, fata huius Concilii commemoraverint: ſunt verba Hermanni *Von der Hardt* Prolegom. in Tomum V. Concilii conſtant. p. 18. 19. Cui adde *Placcium* de Anon. 465. Mart. *Lutherum* in ſcripto Litteris Huſſi A. 1537. editis ſubiuncto, quod etiam præfigitur Tomo I. Hiſtoriæ de Huſſo & Hieronymo pragenſi, *Lenfant* Præfat. in Hiſt. concil. conſtant. 22. & *Læderum* Annot. in Ep. Huſſitar. 29. 36. 40.

LXIII. Io.

LXIII.

Io. STVMPFII Hiſtoria concilii conſtantienſis, Des Concilii zu Coſtenz gehalten kurze, doch gründlichere und vollkommenere, denn vor nie in teutſch geſehen, Beſchreibung durch Iohann Stumpfen, Concilii Conſtantienſis brevis, at tamen plenior, quam unquam antea prodiit, Deſcriptio per Io. *Stumpfium.* Locus & annus impreſſionis non ſunt expreſſi; interim illi nobis noti ſunt ex *Epitome Biblioth. Geſner.* ubi dicitur p. 500. librum excuſum eſſe Tiguri A. 1541. In Præfatione agit auctor de occaſione ſcribendi hunc librum, eiusque contentis, videlicet 1. de occaſione & cauſa iſtius concilii, 2. de Io. Huſſi & Hieronymi pragenſis negotio, 3. de bello SIGISMVNDI Rom. Imp. & Friderici Ducis Auſtriæ, 4. de depoſitione trium Paparum inter ſe pugnantium, 5. de electione, & coronatione Papæ MARTINI V. 6. de reformatione eccleſiæ, & 7. de Regibus, Principibus, Prælatis, Statibus, illuſtribus & nobilibus viris, ac magna populi multitudine, qui tempore Concilii fuerunt Conſtantiæ. Pag. 173. idem refert, adfuiſſe tunc ſeptem centurias meretricum, non obſtantibus edictis publicis, contra diſſolutam vitam in initio promulgatis. De ſimplicitate ſeu ruditate abbatis cuiusdam hildeshemenſis, cuius tamen neque hic, neque apud Reichenthalium fit mentio, miri quid refert Henr. *Petrus* de Monſteriis p. 29.

Io. *Stumpfius*, tigurinus, verbi divini patrio in agro miniſter, in præſente opere Reichenthalii & Dacherii veſtigia ſecutus, floruit ſæculi XVI. anno 73. & ſcripſit Chronicon Helvetiæ (de quo *Reimman.* in comment. de libris genealog. P. II. 203.) eiusque Epitomen, & libellum de Extremo iudicio.

Etlicher Theologen Gründl. und wahrhaftige Hiſtoria von der Augſpurgiſchen Confeſſion, THEOLOGORVM quorundam ad hoc conſtitutorum Hiſtoria aug. confeſſ. & quomodo illa ſemper ab ei addictis Statibus in articulo de S. cœna ſit intellecta, expoſita & defenſa; item Concordia, quæ A. 1536. Wittebergæ de eodem articulo fuit inita, iam uſque ad A. 1561. deducta. Lipſiæ 1584. Præfationis auctor eſt Nicol. *Selneccerus*, ut indicat ſcriptor Admonitionis, quæ ſubiungitur præfationi Supplementi Hiſtor. auguſt. confeſſ. ipſius autem huius Hiſtoriæ fabri videntur iidem

eſſe, qui Apologiam Formulæ concordiæ ſcripſerunt, nimirum Timotheus *Kirchner*, Nicol. *Selneccer*, & Mart. *Chemnitius*. Liber oppoſitus eſt Ambroſio *Wolfio*, id eſt, Chriſtoph. *Herdeſiano*, ICto. Vid. *Placc.* de anon. 16. de pſeudon. 617. atque *Carpzov.* Iſag. in libb. normal. 1737.

Marggräfl. Brandenburg. und Nürnberg. Kirchen-Ordnung, Marchico-Brandenburgica & Noribergenſis CONSTITVTIO ECCLESIASTICA, cum Concionibus catecheticis. Norībergæ 1533. Illa ab Andr. *Oſiandro* delineata, deinde a ceteris utriusque partis theologis aucta & emendata, ac Wittebergenſium iudicio transmiſſa, poſtea autem ab *Oſiandro* & Io. *Brentio* recognita, atque ab utroque Magiſtratu adprobata, tandem impreſſa fuit. I. Conr. *Dürr.* Iſag. in libb. norm. norib. 159. hæ auctorem habent Io. *Brentium. Dürr* 160.

LXIV.

Herm. VON DER HARDT Tomi VI. Concilii conſtantienſis. Helmſtadii 1700. VI. Tomi, volum. II. In primo Tomo agitur de univerſali eccleſiaſticæ diſciplinæ reformatione; in ſecundo de pace ac unione eccleſiæ; in tertio de religionis ac fidei monumentis: in quarto afferuntur Acta & Decreta de eccleſiæ reformatione, unione, ac fide; in quinto de apparatu & pompa huius Concilii; ac denique in ſexto de auctoritate, iure, & fatis eius. Inſigne hoc opus acceptum referimus induſtriæ clariſſimi *Hardtii*, qui ei quinquennium impendit, ac præcipue auſpiciis & ſingulari munificentiæ ſer. Ducis Brunſvic. ac Luneb. RVDOLPHI AVGVSTI, cuius auctoritate factum, ut non tantum e diverſis aliorum Regentium locis, ſed etiam ex Bibliotheca cæſarea vindobonenſi, conſentiente ſacratiſſimo Imp. LEOPOLDO Magno, præſtantiſſimi ad illud conficiendum & exornandum impetrari potuerint codices MSSti. Variis Tomis, eorumque Partibus acceſſerunt Præfationes *Hardtii*, quas iuvat legiſſe potius, quam hic recenſere; toti autem operi præmiſit ille Prolegomena, in quibus diſſerit de præcipuis conſtantienſis Concilii negotiis, de ſereniſſ. Ducis Rudolphi Auguſti ingenti pro Hiſtoria hac germanica ſuſcitanda ſolicitudine, de MSS. codicibus rerum Concilii huius ex Bibliotheca cæſarea, Electorali brandenburgenſi, Ducis Saxo-Gothani, Helve-

vetiæ & Sueviæ, Reip. Noribergenſis, Academiæ lipſienſis & erfurtenſis, de MSS. codicibus conſtantienſibus Germanorum deperditis, de MSS. codicibus anglicanis, de diſtributione diffuſarum rerum Concilii conſtant. in his voluminibus, ac pleniori argumento Tomi I. de ordine ac nexu monumentorum eiusdem Tomi, de Aviſamentis conſtantienſibus reformatoriis, apud Goldaſtum Tomo I. Conſtitutionum, denique de difficili antiqua hæc MSS. reſuſcitandi aut inſtruendi opera, ac ſincero ſtudio. Inſerta ſunt, tanquam pretioſi lapides, multa præſtantiſſima, ac partim antea inedita ſcripta, & quidem Tomo I. 1) Theodorici *Vrie* Hiſtoria concilii conſtantienſis. p. 1. 2) eiusque Vita. 222. 3) Nic. *Clemangii* Selectæ epiſtolæ, vota emendationis continentes. P. II. 1. 4) eiusque Vita. 71. 5) Idem de ruina eccleſiæ circa tempora concilii conſtantienſis. P. III. 1. 6) Io. *Gerſon* de Simonia abolenda. P. IV. 1. Breve, ſed nobile opuſculum, ſcriptum in Concilio conſtantienſi. 7) eiusque Vita. 26. 8) Idem de reformatione eccleſiæ. Scriptum proxime ante Concilium conſtantienſe. 68. 9) Pet. *de Alliaco* de difficultate reformationis in concilio univerſali. A. 1410. p. 225. 10) Theodorici *de Niem* (non autem Petri de Alliaco: nam auctor corrigit ipſe pro ea qua pollet fide errorem ſuum, in Prolegom. in Tomum I. p. 28.) Monita de neceſſitate reformationis eccleſiaſticæ in capite & in membris. A. 1415. p. 277. 11) Petri *de Alliaco* Canones reformandi eccleſiam. A. 1416. p. 409. 12) Eiusdem Oratio de officio Imperatoris, Papæ, reliquorumque membrorum Concilii conſtant. pro emendatione eccleſiæ. A. 1417. p. 436. 13) eiusque Vita. 450. 14) Fran. *de Zabarellis* Capita agendorum in concilio conſtantienſi de reformatione eccleſiæ. 506. 15) eiusque Vita, per Io. Fran. *Poggium*, A. 1417. p. 537. 16) Reformatorium in Concilio conſtant. 583. 17) Nationis gallicæ in Concilio conſtant. publica Declaratio de non ſolvendis annatis. 761. 18) Anonymi ad SIGISMVNDVM Imp. Epiſtola de emendandis eccleſiaſticorum moribus, in Concilio conſtant. ſcripta. 801. 19) *Pilei*, archiep. genuenſis, Parænesis ad Imperatorem de reformatione eccleſiæ proſequenda. Vbi mentio fit Pacis Conſtantiæ, per HENRICVM III. an FRIDERICVM I. aut per utrumque Germaniæ data? 812. Vide *Hardtium* præfat. in Tomi I. P. XV. p. 810. 20) *Stephani de Praga* Oratio de maturanda eccleſiæ emendatione. A. 1417.

A. 1417. p. 823. 21) *Petri de Bruxellis* Oratio de periculis corrupti cleri. 855. De qua tamen dubium, integrane ſit, & quo anno habita, & an ipſius Concilii tempus attigerit. 22) *Mauritii de Praga* Conſilium de eccleſiaſtico ſtatu emendando, in Concilio conſtantienſi datum. 860. 23) Bernhardi *Baptiſati* Invectiva in corruptum clerum, in Concilio conſtantienſi emendandum. A. 1417. Domin. XI. poſt Trinit. p. 879. 24) *Theobaldi* Publica conqueſtio de nimis diu dilata in concilio conſtant. cleri reformatione. A. 1417. Domin. XII. poſt Trinit. p. 898. 25) *Iacobi*, epiſcopi laudenſis, Oratio, qua idea melioris ſummi Pontificis eligendi ſiſtitur. 931. Habita A. 1417. d. 8. Nov. in eccleſia cathedrali conſtant. ante ingreſſum electorum in conclave. 26) Regulæ cancellariæ IOANNIS XXIII. Papæ. 954. 27) *Germanicæ nationis* Articuli de reformatione ſupremi regiminis eccleſiaſtici. 999. 28) MARTINI V. Papæ Reformatio in capite & curia romana, Nationibus in Concilio conſtant. oblata, A. 1418. m. Februar. & publicata d. 21. Mart. p. 1021. 29) Germanicæ nationis & MARTINI V. Papæ Concordata, circa eccleſiaſtici regiminis emendationem. A. 1418. p. 1055. 30) Anglicæ nationis & MARTINI V. Papæ Concordata circa eandem. A. 1418. ſub finem Concilii. p. 1079. 31) Benedictinorum Capitulum provinciale conſtantienſe de viſitatione ac reformatione Benedictinorum. Puta, illorum præcipue, qui ſunt diœceſeos moguntinenſis ac bambergenſis. A. 1717. p. 1095. 32) Richardi *Ullerſtoni* Petitiones de reformanda eccleſia militante. A. 1408. p. 1128. Hermannus *Von der Hardt* vocat opus vere aureum. Tomo II. 1) Henrici *de Langenſtein* Conſilium pacis de unione ac reformatione eccleſiæ in concilio univerſali quærenda. p. 3. Scriptum circa A. C. 1381. 2) *Cardinalium* epiſtola ad Henricum Ducem Brunſvic. in piſano concilio A. 1408. ſcripta, qua rogant, ut Eccleſiæ concordiam adiuvet. 62. 3) *Pilei*, archiepiſcopi genuenſis, ad legatos Galliæ & academiæ pariſienſis, piſano concilio interfuturos, Oratio de ſpontanea ceſſione duorum Pontificum Piſis facienda. A. 1408. p. 67. 4) Cardinalium Epiſtola ad Benedictum XIII. qua ad concilium piſanum vocatur. A. 1408. p. 76. 5) Alia ad Bernardum & Henricum Duces Brunſvic. ac Luneburg. qua eorum legati ad Concilium piſanum invitantur. A. 1408. p. 83. 6) Anonymi Calcaria, Concilio conſtantienſi, in eius exordio,

ad-

Digitized by Google

addita, pro unione paranda. 163. 7) Anonymi Obteſtatio conſtant. concilii, ut diſſidentes tres Pontifices removeat, bonumque ſubſtituat pro eccleſiæ commodo. 167. 8) Andr. *Laſcharii* Oratio de pace & unione eccleſiæ per SIGISMVNDVM Imp. Conſtantiæ paranda. A. 1415. m. Ian. p. 170. 9) Nic. *de Dinckelſpuhl* Oratio, in Concilii exordio habita, de auctoritate Imperatoris res concilii gubernandi, ut publica paretur ſalus ſublato ſchiſmate papali. 182. 10) Io. *Gerſonis* Oratio proxime a fuga IOANNIS XXIII. de concilii iure atque auctoritate unionem eccleſiæ parandi. A. 1414. p. 265. 11) Theodorici *de Niem* Invectiva in IOANNEM XXIII. e concilio profugum. A. 1415. p. 296. 12) Idem de illius vita ac fatis, uſque ad fugam & carcerem eius. A. 1416. p. 335. 13) Io. *Gerſonis* Oratio propemptica ante iter Cæſ. SIGISMVNDI e concilio in Hiſpaniam. A 1415. p. 471. 14) Eiusdem contra Petrum de Luna, alias BENEDICTVM XIII. illum eſſe hæreticum, & papali dignitate exuendum. 566. 15) Dominici *de Geminiano*, ICti florentini, Apologia pro Clero germano contra decimas a MARTINO V. impoſitas. A. 1418. p.. 606. Tomo III. 1) Pauli *Voladimiri* Demonſtratio, Cruciferis de Pruſſia ſeu Ordini teutonico oppoſita, infideles armis & bello non eſſe ad chriſtianam fidem convertendos, nec eorum bona invadenda, aut illo nomine occupanda. A. 1415. p. 9. 2) Io. *Gerſonis* Diſſertatio de probatione ſpirituum, deque viſionibus ac revelationibus novis caute diiudicandis. A. 1415. die Auguſtini, p. 28. 3) Eiusdem Iudicium de proteſtatione & revocatione in negotio fidei ad eluendam hæreſeos notam. A. 1415. 29. Octobr. p. 39. 4) *Poggii* Epiſtola de admirabili animi præſentia in Hieronymo pragenſi coram iudicio & in buſto. 64. 5) Petri *de Alliaco* Exhortatio ad Concilium conſtant. de corrigendo calendario. A. 1417. p. 72. 6) *Iacobelli* ſive Iacobi *de Miſa* Vindiciæ contra Andr. Brodam pro communione plebis ſub utraque ſpecie. A. 1415. p. 416. 7) Eiusdem Apologia pro communione plebis ſub utraque ſpecie contra Concluſiones Doctorum in conſtant. concilio editas. A. 1415. p. 591. 8) Vniverſitatis pragenſis ſive Bohemorum Confeſſio de communione ſub utraque. A. 1417. p. 762. 9) Io. *Gerſonis* Conſilium, cauſam Iacobi de Miſa & Bohemorum, circa communionis laicalis ſub utraque ſpecie neceſſitatem uberius diſcutiendi. A. 1417. p. 766. 10) Iacobi *de Miſa* li-

Digitized by Google

liber de vera exiſtentia corporis & ſanguinis Chriſti in S. coena, ſub conſtant. concilio ſcriptus. p. 884. Tomo IV. MARTINI V. Papæ concordata cum Gallis, ſed a Curia Parlamenti pariſienſis non acceptata. A. 1418. p. 1567. Tomo V. 1) Anglorum & Gallorum Diſpp. de iure Nationis. 1417. p. 53. 2) Sacra Seſſionum pompa in conſtant. concilio. 104. 3) Panegyricus Manfredi *de la Cruce* de imperio Cæſaris in Ducem mediolanenſem. A. 1415. p. 109. 4) *Iacobi*, epiſcopi laudenſis, Oratio in exequiis Cardinalis, de honeſta eccleſiaſticorum vita. A. 1416. p. 115. 5) Ant. *de Mercede* Parentatio in exequiis FERDINANDI Arragoniæ regis. A. 1416. p. 129. 6) Alberti *da Bonchriſtianis* Oratio de paſſione Chriſti. A. 1418. p. 137. 7) IOANNIS XXIII. Privilegium de Scholis S. Martini & S. Catharinæ Brunſvici inſtituendis. A. 1415. p. 161. 8) Regis SIGISMVNDI privilegium de non evocando, Brunſvicenſibus datum. A. 1415. p. 163. 9) Inſtrumentum literarum primarum precum. A. 1415. p. 167. 10) SIGISMVNDI Imp. privilegium de libera in Brunſvicenſi urbe cuiuscunque ſexus inhabitatione. A. 1417. p. 171. 11) Inveſtituræ Principum, a Cæſ. SIGISMVNDO Conſtantiæ peracta. 181. Tomo VI. 1) Petri *de Alliaco* tractatus de eccleſiaſtica poteſtate. A. 1416. p. 15. 2) Io. *Gerſonis* tractatus de eadem A. 1417. p. 77. 3) *Andreæ* epiſcopi magorenſis Gubernaculum conciliorum. A. 1435. p. 139. Multæ etiam hoc in opere, ad eius exornationem, reperiuntur figuræ in æs inciſæ, & quidem Tomo I. SIGISMVNDVS & LEOPOLDVS Imp. *Rudolphus Auguſtus*, Dux Brunſv. ac Luneb. & Emblema Io. *Palatii* in Sigismundum Imperatorem: Tomo II. IOSEPHVS, Rom. & Hungariæ Rex: Tomo III. Ioannes *Huſs*, eiusque crematio, WENCESLAVS Rom. Imp. deinde Rex Bohemiæ, Ioann. *Ziſca*, Procopius *Raſus*, Ioannes *Rokyczanus*, *Hieronymus* pragenſis, Io. Fran. *Poggius*, (quæ tamen non eſt vera eius effigies; vera autem exhibetur in editione Hiſtoriæ Poggii veneta de Anno 1715. Vide etiam *Giornale* de' letter. d' Ital. T. XXII. 459. & *Recanatum* in Vita Poggii p. 8.) ac Io. *Wiclef*: Tomo IV. Conſtantia urbs, IOANNES XXIII. Papa, *Fridericus* Auſtriæ Dux, GREGORIVS XII. & MARTINVS V. Pontifices romani: Tomo V. inſignia Imperatoris & Electorum, trium in concilio conſtant. remotorum Pontificum, & quarti in eodem electi, Regum chriſtianiſſimorum, Ducum & Marchionum,

Co-

Comitum, Baronum & Equitum, aliorumque Nobilium, Civitatum, Academiarum, Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Magiſtrorum & Commendatorum Ordinis teutonici, RVDOLPHVS III. ALBERTVS III. FRIDERICVS Electores Saxoniæ, FRIDERICVS Elector brandenburgicus, *Adolphus* primus Dux Cliviæ, *Amedeus IIX.* Dux Sabaudiæ, *Erneſtus* Dux Auſtriæ: Tomo VI. IOANNIS XXIII. Papæ & MAXIMILIANI Imp. colloquium, Ioannes *Gerſon*, & Hermannus *Von der Hardt.* Recenſionem huius operis habes in *Actis erudit.* A. 1700. p. 241.

Theodoricus *Vrie* (non Vric, aut Vrias) germanus, isque weſtphalus, in Saxonia degens, monachus ordinis eremitarum S. Auguſtini, & theologiæ lector ſive profeſſor in ſuo vel monaſterio vel athenæo, eccleſiaſticæ hiſtoriæ atque poëſeos peritiſſimus, adhæc vigilantiſſimus, & litium eccleſiaſticarum hoſtis infenſiſſimus, publicæ autem eccleſiæ ſalutis amantiſſimus, videtur interfuiſſe Auguſtinianorum concilio generali, Romæ A. 1425. celebrato, Hiſtoriam autem concilii conſtantienſis ſcripſit durante hoc concilio, & ſuperſtes adhuc fuit A. 1425. Vide eius Vitam deſcriptam ab *Hardtio* T. I. P. I. p. 222. & P. IV. 486.

Nicolaus *de Clemangiis*, natus in vico Clemange provinciæ catalaunenſis, orator ac poëta, item magiſter, & academiæ pariſienſis rector, inde ad negotia curialia Avenionem pertractus, & Papæ ſecretarius factus, non potuit tamen a ſe impetrare, ut in hoc vitæ genere permaneret, ſed aula relicta lingonenſibus, ac, poſt latebras apud Carthuſianos & Fontem in boſco quæſitas, baiocenſibus Canonicis adſcriptus, gravem attigit ſenectutem, conciliique conſtantienſis ætatem ſuperaſſe videtur. *Hardtius* in eius Vita T. I. P. II. p. 71. *König* 196. *Wharton* Append. ad Cavium 63. *Olearius* P. II. 17. Opera eius edidit Io. Martinus *Lydius*, ſed imperfecte & corruptiſſime, teſte *Colomeſio* 705. & *Hardtio* hic p. 82.

Ioannes *Gerſon* ſive *de Gerſon*, natus in vico cognomini diœceſeos remenſis, a patre nomen habens *Carlerii* ſive Charlieri, diſtinguendus a fratre eiusdem nominis, ordinis Cæleſtinorum monacho, ac poſtea Priore Lugduni, Nicolai de Clemangiis commilito, & Petri *de Alliaco* atque *Aegidii Campenſis* diſcipulus, ipſeque poſtea theol. profeſſor, & Academiæ pariſienſis cancellarius, cui

quidem muneri valedicere volebat, niſi a Duce Burgundiæ retractus fuiſſet, tum legatus regius ad Concilium conſtantienſe, Brigittæ canoniſationem ibi impugnavit, Huſſi incendium amore religionis ſuæ promovit, Concilii ſupra Papam auctoritatem urſit, Flagellantium ſectam in viam reducere ſtuduit, finitoque Concilio, ut Burgundi inſidias evitaret, in Bavariam fugit, a Duce Auſtriæ benigne exceptus, atque viennenſis academiæ profeſſoribus iunctus: verum ibi non ſubſtitit, ſed Lugdunum Gallorum ultimum ſibi aſylum elegit, ibique modo conſilia dedit, modo libros ſcripſit, quos inter ultimi ſunt Commentarii in Magnificat & Canticum Canticorum, placidiſſime defunctus A. 1429. æt. 66. *Hardtius* (T. I. P. IV. 26.) & *Du Pin* in eius Vita, *König* 343. *Magirus* 387. *Pope-Blount* 449. *Cave* Hiſt. liter. P. II. 54. Opera eius edita ſunt Baſileæ A. 1483. ac poſtea ſæpius, nitidiſſime autem omnium cura & ſtudio Lud. El. *du Pin* Antverpiæ 1706. de qua editione vide *Acta erudit.* eiusdem anni p. 289. & *Clerici* Biblioth. choiſ. T. X. 1. ac T. XXI. 128.

Petrus *de Alliaco*, (*d' Ailly*, item *d' Arriac*) diſtinguendus a cognomini, Academiæ pariſienſis, cum ipſe adhuc ſtudioſus ibi eſſet, cancellario, & libri de Vita S. Petri de Morono, Pontificis, dicti CAELESTINI V. auctore, Compendii ad Iſaram fl. in Gallia tenuiſſimæ ſortis hominibus natus, eruditionis ac virtutis ſuæ ea tulit præmia, ut variis dignitatibus ſucceſſive ornaretur: fuit enim doctor theologiæ, canonicus noviodunenſis, collegio navarrenſi præfectus, Academiæ pariſienſis cancellarius, CAROLI VI. Regis a ſacris largitionibus, & confeſſionibus, Capellæ regiæ theſaurarius, prædicti Regis legatus ad Pontificem BENEDICTVM XIII. anicienſis ſeu vellavienſis, & anno vertente cameracenſis epiſcopus, qualis concilio piſano interfuit, ac denique Cardinalis S. Chryſogoni, quo fulgore in concilio conſtantienſi coruſcavit, dictus *aquila Franciæ, & malleus a veritate aberrantium indefeſſus*, obiitque in Germania inferiore A. 1425. æt. 75. Cameraci ſepultus. Suaſor fuit Benedicto XIII. ut feſtum S. Trinitatis inſtitueret, vir cetera integer, ſalutis eccleſiæ amans, & maieſtatis gloriæque Imperatoris, quippe *cuius ſit, eccleſiæ ſaluti invigilare, pacem & tranquillitatem eius procurare, ac concilium univerſale congregare*, ſtudioſiſſimus obſervantiſſimusque. Facit etiam ad conſervan-

vandam nominis eius æternitatem extructum ab ipſo, in uſum Academiæ pariſienſis, nobile collegium, *Domus Alliaci* appellatum. *Wharton* in Append. ad Hiſtor. liter. *Cavii* p. 47. *Von der Hardt* Præfat. in Tomi I. Partem VI. p. 248. & in eius Vita p. 450. item p. 401. *Lexic. univ. hiſtor.* P. I. 97. *König* 28. *Friſius* Epit. bibl. Geſner. 663. *Bellarm.* de ſcriptor. eccleſ. 228. *Pope-Blount* 445.

Theodoricus *de Niem*, (Niem autem oppidum eſt agri paderbornenſis) aliquot Pontificum ab epiſtolis, eccleſiæ lucenſis canonicus, &, ſecundum non nullos, verdenſis poſtea, immo cameracenſis epiſcopus, *Conringii* de Conſtit. epiſc. Germ. th. 47. & Io. Andr. *Boſii* in Diſſ. de Comp. prud. civ. §. 66. iudicio, ſcriptor non e vulgo, & candidus, dedit Privilegia & iura Imperii circa inveſtituras epiſcopatuum, & Exhortationem ad RVPERTVM Francorum Regem de extirpando Pontificum ſchiſmate, & reformandis Imperii iuribus, claruitque in fine ſæculi XIV. & initio XV. G. Io. *Voſſius* de Hiſtor. lat. lib. III. c. 4. p. 169. *Wharton* Append. ad *Cavium* 60. *Olear.* T. II. 189. *Lexic. univ. hiſtor.* T. IV. 539. I. C. *Neu* Acceſſ. ad Wheari Relect. hiem. 299. & *Cren.* T. II. Meth. 380.

Fran. *de Zabarellis*, patavinus, Florentiæ docuit ius canonicum, & quamvis a Papa IOANNE XXIII. creatus eſſet archiepiſcopus florentinus, & paullo poſt Cardinalis, conſuluit tamen, amore pacis & tranquillitatis eccleſiæ, in concilio conſtantienſi, ut ille deponeretur, relictisque plurimis ſcriptis, inter quæ ſunt commentarii in Decretales & Clementinas, volumen Conſiliorum, Orationes & Epiſtolæ, tractatus de Horis canonicis, III. libri de Felicitate, Hiſtoria ſui temporis, & quæ nondum edita ſunt Acta concilii piſani ac conſtantienſis, naturæ debitum ſolvit Conſtantiæ in concilio A. 1417. æt. 78. ornamentum illius Concilii, ſuique lumen ſæculi, orator, ICtus & theologus conſummatiſſimus. *Von der Hardt* T. I. 501. 537. & in Prolegom. p. 10. *König* 878. *Lexic. univ. hiſtor.* T. IV. 714. *Magirus* 808.

Richard. *Vllerſton*, anglus, in Ducatu lancaſtrenſi natus, Roberti lincolnienſis diſcipulus, S. theol apud Oxonienſes profeſſor, cui adeo favit fortuna, ut Roberto ALAMO, epiſcopo ſarisburienſi & Eccl. rom. Cardinali ſumma familiaritate iungeretur, huiusdem iuſſu nutuve Petitiones ſuas ſcripſit, floruitque ætate Concilii piſani & conſtantienſis. *Wharton* Append. 59. *Hardt* T. I. 1122.

Stephanus de Praga, *Petrus* de Bruxellis, *Mauritius* de Praga, & *Theobaldus*, erant theologi in Concilio conſtantienſi.

Bernardus *Baptiſatus*, ordinis S. Benedicti de Vaſconia, Ioannis baptiſtæ æmulus, plures una in concilio habuit Orationes: eam enim, quæ in præſente opere in medium adfertur, vocat tertiam. *Von der Hardt* præf. in Tomi I. P. XVIII. p. 877.

Henricus *de Langenſtein*, alias dictus *de Haſſia*, germanus, literarum amore Lutetiam profectus, atque in academia illa theologorum ordini adſcriptus, & vicecancellarii honore auctus, ab Auſtriæ Duce *Alberto* circa annum Domini 1390. Vindobonam vocatus fuit, ut novam ibi academiam plantaret, ſuisque decoraret lectionibus: tum enim ſtudia in monaſteriis refrixerant, atque, ſi quæ remanſerant, intricatis quæſtionibus & frivolis argumentis erant conſpurcata; optimæ artes cum antiquis auctoribus in pulvere iacebant, ac blattis & tineis relinquebantur. Langenſteinius igitur Geneſin explicare coepit; ſed nimia copia & ſibi & diſcipulis impendimento fuit, ut vix multis annis ad quartum libri caput perveniret. Deceſſit ante concilium conſtantienſe, immo ante annum 1408. ſcripſitque plura alia, videlicet Epiſtolam pacis, Epiſtolam ad Bertholdum, epiſcopum friſingenſem, de cathedra Petri, tractatum de Schiſmate Paparum ad eundem, & Epiſtolam ad Epiſcopum wormatienſem de flebili illorum temporum conditione. Videntur autem gemini tunc fuiſſe Henrici de Haſſia, in quibus cavendum ne fiat confuſio: alter enim ante, alter poſt concilium conſtantienſe obiit. Herm. *Von der Hardt* Prolegom. in Tomum II. p. 10. *Wharton* Append. ad *Cavii* Hiſtor. litter 65.

Andr. *Laſcharius* aut *Laſcharis*, polonus, decanus cracovienſis & canonicus poſnanienſis, gente Goziembius, ac poſtea poſnanienſis epiſcopus, cui tamen electioni, memor dicti S. Adelberti, Polonorum apoſtoli, *Facile quidem eſſe geſtare pedum, ſed difficile, rationem reddere*, ægre aſſenſit, vir bonus, & integer, Regis Polon. ad Concilium conſtant. legatus, non tantum illo in Concilio peroravit apud Cæſ. SIGISMVNDVM, commendans eius ardorem ad nebulas eccleſiæ diſſipandas, ſed etiam IOANNEM Papam XXIII. ad ſpontaneam ceſſionem blande invitavit. *Von der Hardt* Prolegom. in Tomum II. p. 20.

Nico-

Nicolaus *de Dinckelſpühl*, ſuevus, gymnaſii vienneuſis rector, interfuit etiam Concilio baſileenſi miſſus ab Academia vindobonenſi, & Sermones reliquit de dilectione Dei & proximi, præceptis decalogi, oratione dominica, tribus partibus poenitentiæ, IIX. beatitudinibus, VII. peccatis mortalibus, V. ſenſibus, tractatum de donis Spiritus ſancti, de gratitudine, de communione ſacramentali, & alia. *Wharton* Append. 68.

Paulus *Voladimirus*, de Cracovia, Decretorum doctor, canonicus cracovienſis, Academiæ cracovienſis rector, Regisque Poloniæ ad conſtantienſe Concilium legatus, floruit ſæculo XV.

Iacobellus, ſive Iacobus de *Miſa*, quod oppidum eſt ad fl. Miſam, alias *de Strzibro*, bohemus, artium magiſter & S. theologiæ baccalaureus, paſtor in eccleſia & urbe pragenſi, vir diſertus, & litterarum doctrina morumque præſtantia iuxta clarus, ac profundus interpres ſcripturarum, a Petro dreſdenſi excitatus ad impugnandam communionem ſub una, primus hoc egit negotium in cathedra & ſuggeſtu pragenſi ſub Concilio conſtantienſi, & obiit A. 1429. eiusque conſortes ab ipſo vocati ſunt Iacobitæ. *Von der Hardt* Prolegom. in Tomum III. 17.

Manfredus *de la Cruce*, fuit Decretorum doctor, abbas S. Ambroſii mediolanenſis, Philippi Mariæ Ducis mediolanenſis ad conſtantienſe concilium legatus.

Antonius *de Mercede* fuit ALPHONSI Regis Arragoniæ ad Concilium conſtantienſe legatus.

Alphonſ. *de Bonchriſtianis*, florentinus, epiſcopus forolivienſis, claruit tempore Concilii conſtantienſis.

Andreas, epiſcopus magorenſis, hiſpanus, in concilio conſtantienſi inclytus orator, ſollemnem orationem ſuam habuit in ſeſſione V.

Herm. *Von der Hardt*, Oſnabruga-weſtphalus, linguarum orientalium profeſſor Helmſtadii in academia Iulia, & præpoſitus Mariæbergenſis, vir laborioſiſſimus, oppidoque multis ſcriptis, quæ Tomo I. Muſei novi, des *Neuen Bucherſaals*, p. 857. & 967. (ubi tamen Chriſtiani *Theophili* Epithalamium Salomoneum & tractatulus gallicus de *aſina Bileami*, eius non ſunt) indicantur, & cui optandum, ut & Acta concilii baſilienſis, opus non minoris molis, quæ in parato habet, beneficio patroni alicuius, qualis erat littera-

ratiſſimus Princeps RVDOLPHVS AVGVSTVS, edere, atque in lucem producere poſſit. Obſervationes quoque eius in ſacram ſcripturam ſine dubio avide exciperentur ab orbe erudito, ſi publicarentur. Non minima pars laudum ipſius eſt, quod a præſtantibus *Actorum erudit.* collectoribus ad A. 1700. p. 244. vocatur illuſtris remotæque antiquitatis amans, & publicæ ſalutis cupidus vir; ab illuſtri *Leibnitio* in Introd. in Script. rer. brunſv. T. II. 37. vir celeberrimus, literarum orientalium cognitione inſignis, idemque de hiſtoria eccleſiaſtica præclare meritus: atque a generoſiſſimo *Seckendorfio* in Admonit. ad lectorem Commentarii de Lutheraniſmo p. 5. (apud Placcium de Anonymis p. 261.) excellentis doctrinæ & pietatis vir.

LXV.

Sylveſtri SGVROPVLI Hiſtoria concilii florentini, cum verſione & notis Roberti *Creyghtoni*. Hagæ Comitis 1660. Ex bibliotheca Frid. Bened. *Carpzovii*. Codicem Hiſtoriæ huius græcum, qui eſt Pariſiis in Bibliotheca regia, deſcripſit Cl. *Sarravius*, Parlamenti pariſ. ſenator, deſcriptumque dedit Iſ. *Voſſio*, & Voſſius *Creyghtono*. Concordia in Concilio iſto facta fuit inter Latinos & Græcos, quanquam minime durabilis, in capitibus de proceſſione Spiritus S. a Patre *Filioque*, de purgatorii poſt hanc vitam exiſtentia, deque primatu rom. Pontificis. Sed Sguropulus, qui cum Patriarcha CPtano dictæ Synodo interfuit, magnus Latinorum hoſtis, vocat illam unionem falſam; ſicut & *Georgius*, alias Gennadius, *Scholarius* Syntagma, & *Marcus Eugenicus* 2. epiſtolas contra illam Synodum & unionem ſcripſerunt. G. *Calixt.* Reſp. I. contra Moguntinos n. CX. & G. *Arnold.* Hiſt. eccleſ. & hæret. P. I. 412. *Creyghtonus* præmiſit amplam præfationem, in qua de auctore Hiſtoriæ huius agit, nec non de cauſſis diſſenſus Græcos inter & Latinos, aliiſque.

Sguropulus, ſeu (ut *Colomeſius* contendit p. 602. & *Creyghton* ei videtur accedere in præfat. p. 26. mox tamen rationibus non contemnendis prædictum nomen adſtruit, atque approbat) *Syropulus*, id eſt, Syrus puſillus, magnus eccleſiarcha, atque unus e V. crucigeris (qui crucem, pileo dicam, an veſti aſſutam? gerunt) & intimis Patriarchæ conſiliariis, vixit ſæculo XV. ipſeque concilio ferrari-

rarienſi & florentino interfuit, ſed tabulis unionis Græcorum cum Latinis ſubſcribere noluit, uſque dum ab Imperatore quaſi vi compelleretur; (quid ſi indignabundus nomen ibi ſuum mutavit, ex *Sguropulo* faciens *Syropulum?* ita enim ſe in ſubſcriptione vocavit) domum autem reverſus, cum videret, ſe odio haberi ob factam ſubſcriptionem, munere ſe ſuo abdicavit, & diſſenſum ſuum ſcripta hac Hiſtoria publice declaravit, vocans eam Veram hiſtoriam unionis non veræ. Quod tantopere poſtea diſplicuit Leoni *Allatio*, ut daret conciliorum ferrarienſis & florentini Acta notis & animadverſionibus illuſtrata, adeoque contrariam in ſe ſuſciperet narrationem. Vide *Creyghtonum* in præfat. & *Cavium* in Append. Hiſt. lit. 79. Quamvis autem *Sguropulo* talis unio vana & impoſſibilis videretur, aliter tamen ſtatuit Hugo *Grotius*, in Diſcuſſione Rivet. apologetici p. 10. ita ſcribens: *Latinos cum Græcis facile poſſe conciliari, oſtendunt partim Acta Synodi florentinæ, partim quæ in Ruſſia, Polonia & Lithuania re ipſa conſpiciuntur.*

LXVI.

Sfortiæ PALLAVICINI Hiſtoria Concilii tridentini. Antverpiæ 1673. Antea edita A. 1670. 4. primum autem italice, Romæ A. 1664. III. Tomis in 4. ac denuo A. 1717. ibidem, & Mediolani. Oppoſita eſt narrationi Petri Suavis Polani, ſive Pauli Sarpii, & quidem italice ſcripta ab auctore, latine autem reddita a Io. Bapt. *Giattino*, eum quidem, ceu ipſe in præfat. prodit, in finem, ut opus hoc, ſuo iudicio præſtantiſſimum, a pluribus legi, & in uſum converti poſſet. Sed vitioſiſſimam eſſe hanc verſionem, obſervat *De Sainjore* ſeu Rich. *Simon* Biblioth. crit. T. III. cap. 5. atque ex eo Collectores *Actor. erudit.* A. 1711. 355. quanquam errata illa, eodem *Simonio* iudice, non tam auctori, quam interpreti ſint tribuenda: ac noſtram editionem præterea deturpant tot menda typographica, ut ſatius fuiſſet, ab ea manum abſtinere. Videantur de hac Hiſtoria *Conringiana* epiſtol. 91. *Acta erudit.* A. 1711. 126. Io. Gottl. *Möller* ad Sarpii & Caſaub. mut. ep. §. 4. *Schurzfleiſch* Epp. ſel. 479. *Crenius* Methodor. T. II. 382. *Ancillon* Mel. crit. P. II. 162. *Clericus* Bibl. choiſ. T. XX. 444. *Allatius* Ap. Vrban. 233. auctor des *Abriſſes* der

Digitized by Google

cathol. Kirch. 760. 761. 771. & Caſ. *Aquilinius* (ſub qua larva abſcondi dominicanum quendam, coniiciunt clariſſ. Editores *Narrat. innoc.* A. 1712. 52.) de III. Concilii trident. ſcriptoribus, Pet. Suave, Pallavicino, & Scip. Henrici. Et *Crenius* Animadverſ. P. XII. 85. Baronium putat in Annalibus ſuis ſcribendis meliori uſum eſſe ratione, quam Pallavicinum hac in Hiſtoria. Habeo integram *Conringii* noſtri ad illuſtrem Boineburgium epiſtolam, qua iudicium fert hoc de opere, & unde ſequentia iuvabit delibare: *Primum deprehendi ſane* ſummam diligentiam (Pallavicini) *in excutiendis omnibus illis, quæ vel ſpeciem falſi habent, in univerſa illa Tridentina hiſtoria P. Pauli veneti, ſive Petri Suavis Polani. Deprehendi deinde numeratos quidem* errores *plusquam trecentos; pleroſque autem commiſſos in rebus minutis & levis momenti: reliqua omnia, & quidem quotquot ſunt ponderis paulo maioris, qualia profecto Hiſtoria illa Pauli habet plurima, ne quidem tacta eſſe vel ſummo, ut ita loquar, digito. Deprehendi tertio, opponi frequenter Hiſtoria illi tridentina* teſtimonia *perquam ſuſpecta fidei, ac proinde haud idonea, quibus falſi convincatur P. Paulus. Videor & quarto mihi deprehendiſſe iam non nulla narrata Pallavicino*, quæ hactenus latuerant & Paulum, & vulgo Proteſtantes, iam prodita in lucem, fortaſſis autem *Proteſtantium magis bono, quam partis pontificia. Deprehendi denique univerſo in opere* ſumme addictum rom. Curiæ animum, *& ab omni moderatione atque æquitate alienum, uno verbo, totum ieſuiticum; qualis num aptus ſit ſcribenda hiſtoria ſacrorum certaminum noſtri avi, nemo prudens non facile iudicaverit. Itaque, quantum arbitror, hoc quidem opere & de romana Curia praclare eſt meritus Pallavicinus, & Proteſtantium rebus, famaque P. Pauli ſimul bene conſuluit, adeoque meruit, ut ab utraque parte ipſi agantur gratiæ.* Io. Iac. *Hottinger*, cl. apud Tigurinos profeſſor, oppoſuit huic operi Diſſertationem hiſtoricam. Perſtringitur quoque Pallavicinus a *De la Mothe* Ioſſeval, ſeu Amelot de la Houſſaie (vide Indicem *Actor. erud.* I. *Decennii*, & *Placcium* de pſeudon. 455.) in *Actis erud.* A. 1684. 62. 63. ac refutatur a Staniſl. *Felice*, auctore Notarum in Inſcriptionem, Epiſtolam ad lectorem, Adprobationem, & cap. XIII. huius libri, Coloniæ editarum, qui Ancillonio teſte in Mel. crit. P. II. 164. eſt Comes Iulius *Clemens*, doctiſſimus e Scotis vir, romanæ itidem addictus eccleſiæ.

Sfortia

Digitized by Google

Sfortia *Pallavicinus*, romanus, ex proſapia Marchionum Status Pallavicini, theol. Doctor, prælatus utriusque Signaturæ, gubernator civitatum Æſinæ, Vrbeveti, & Camerinæ, poſtea S. I. ac primum philoſ. deinde theol. profeſſor, ſtudiorum præfectus generalis, Qualificator, tandemque S. R. E. presbyter Cardinalis, inculpatæ vir vitæ, bonique ordinis per omnem ætatem amans ac ſtudioſus, condidit etiam de bono libros IV. tractatum de ſtilo, Artem perfectionis chriſtianæ, Aſſerta de univerſa philoſophia, Aſſertiones theologicas, & Diſpp. in Primam Secundæ S. Thomæ, atque ex hac vita abiit A. 1667. æt. 60. *Witte* Diar. biograph. Zzz. *Craſſus* P. I. 329. & *Lexic. univ. hiſtor.* T. IV. 106.

LXVII.

ACTA SYNODI DORDRACENAE, habitæ A. 1618. & 1619. Dordrechti 1620. Recuſa fuere Hanoviæ eadem anno in 4. quam editionem *Crenius* quidem Animadv. P. XI. 94. huic noſtræ præfert. Ceterum de horum Actorum editoribus differit Io. Frid. *Mayer* de ſcriptor. anon. & pſeudon. p. 92. & *ανέκδοτα* huius Synodi Acta aſſervantur, teſte *Hottingero* in Bibliothecar. 328. Tiguri in bibliotheca Carolina. Noſtro volumini præmittuntur 1) Ordinum fœderatarum Belgii provinciarum Generalium ad Monarchas ac Reges, Principes, Comites, Civitates, ac Magiſtratus Epiſtola, qua teſtantur, Acta hæc, prout in Synodo lecta ſunt atque approbata, poſteaque iuſſu ſuo ac mandato accurate recenſita, ſua ſub auctoritate, maximorum Principum exemplo, iam divulgari. 2) Præfatio ampliſſima ac politiſſima ad Reformatas Chriſti eccleſias, controverſiarum belgicarum, ad quas tollendas hæc Synodus potiſſimum convocata fuit, ortus & progreſſus breviter fideliterque, ut ait, narrans. Cuius auctor, teſte *Placcio* de Anon. p. 65. eſt Dan. *Heinſius*. Ipſa autem Acta III. conſtant Partibus, in quarum Prima traduntur leges habendæ Synodi, formula iuramenti ſynodici, decreta & iudicia de verſione Bibliorum, de catechiſatione, de candidatis S. miniſterii, de typographiæ abuſibus tollendis, Canones de V. Remonſtrantium articulis, Confeſſio eccleſiarum belgicarum, approbatio Catecheſeos palatinæ, iudicium de doctrina Conr. *Vorſtii*, Remonſtrantium ſcriptum de conditionibus habendæ Synodi, eorumque Theſes de V. articulis, & adverſus

Digitized by Google

Synodum variæ exceptiones ac proteſtationes, cum ſcripto *Epiſcopii*, quo ſe defendit; & Confeſſione fratrum Geiſteranorum, atque Orationibus doctiſſimorum virorum, Balthaſ. *Lydii*, Mart. *Gregorii*, Ioſ. *Halli*, Io. *Polyandri*, Io. *Acronii*, & Sim. *Epiſcopii*: Secunda, theologorum exterorum de V. controverſis Remonſtrantium Articulis Iudicia: ac Tertia, theologorum provincialium de iisdem Articulis Iudicia. Hæc Synodus non abſolute recipitur ab omnibus eccleſiis reformatis, non ab Epiſcopali in Anglia; nec Gallicæ & Germanicæ ad eam ſe obligari credunt. *Strimeſ*. Inquiſit. in Armin. 20. & in Iudicio (Erwägung) de Reſponſo (*Calvöri*) p. 31. eſtque infralapſaria. *Iurieu* dans les Iugem. ſur les method. rigid. & relach. 108. nec damnavit methodum Proteſtantium aug. Conf. *Id*. p. 41. Neque eius ſententia & ſcopus fuit negare, Chriſtum electionis eſſe fundamentum, aut hunc decretorum ordinem, quo decretum de mittendo Chriſto ſtatuit decreto electionis poſterius, determinare ac definire. Lud. *Crocius* in Holzfuſii tract. de Prædeſtinat. 96. De eius indictione, amplitudine, hiſtoria, actis, ſententiis & auctoritate informari poteris a Cl. *Strimeſio* in Annot. in Spanhemii Protheor. hiſtor. arminian. p. 17. Ceterum Synodus hæc certo modo laudatur a *Mentzero* in Rinthelenſium Epiſt. apologet. 34. defenditurque a Iac. *Leydeckero* in Dignitate ſynodi dordrac. de qua vide *Acta erudit*. A. 1708. 403. Sed illegitimam, atque ad tranquillitatem publicam procurandam ineptam iudicarunt H. *Grotius* Apol. eorum, qui Hollandiæ præfuerunt c. 5. p. 86. *Limborchius* in Vita Epiſcopii 253. *Grunevvald* in Ruari Epp. P. I. 47. H. *Hugo* in Præfat. Apol. de vera fide capeſſ. *Curcellaus* 34. Io. *Olearius* Synopſ. controverſ. 288. Gerh. *Brant* in Hiſtoria reformationis: plura etiam ſecreto & poſt ſiparium geſta, indice *Limborchio* præfat. in Epp. præſtant. & erud. viror. * 3. & provocante ad Io. *Halefium* & Gualt. *Balcanquallum*. Narrat quoque *Blondellus* apud *le Févre* dans les Motifs invincibl. p. 73. Remonſtrantibus faviſſe Anglicanos & Bremenſes, Cameronem & Amyraldum; de Anglicanis tamen aliter ſcribit *Limborchius* l. c. &, ſi teſtimonium valet apud prædictum *Le Févre*, Arminiani non ſunt hæretici, ſed ſchiſmatici: quanquam ipſi & hoc negent. Contra Synodum hanc ſcripſerunt Laur. *Beyerlinck*, *Vytenbogardus*, *Brant*; eam vero defendunt *Triglandius* & Iac. *Leydecker*. Vide Relat. innoc. A. 1708. 757.

LXIII.

LXVIII.

CONSILIA theologica wittebergenſia. Francofurti 1664. Conſtant IV. partibus, in quarum prima agitur de rebus religionis, in ſecunda de miniſterialibus, in tertia de moralibus & civilibus, & in quarta de matrimonialibus. Collecta ſunt ex *Luthero*, eiusque collegis & aliis fidis ſociis, uſque ad tempus editionis, a *Calovio*, Io. *Meiſnero Quenſtedio* & *Deutſchmanno*: qui & ſuo nomine dedicationem præfigendam curarunt, in qua docent, Deum omni tempore maiorem Regum & Principum, quam aliorum hominum geſſiſſe curam, eisque in verbo ſuo leges propoſuiſſe regias, videl. legem de ταξει regia, legem de πραξει regia, legem de δοξα regia; in Præfatione autem, theologos, doctores & paſtores duplici modo ad reſpondendum de rebus fidei obligatos eſſe, videlicet ut chriſtianos, & ut doctores; deinde cauſas exponint huius editionis, & ordinem, quo ſingula ſcripta collocanda putarint, aperiunt. Præfationem ſequitur catalogus Doctorum & Profeſſorum theologiæ in academia witteberg. cui attexitur notitia de crypto-calvinianis wittebergenſibus, aliorumque locorum. Partis I. p. 8. extat Pauli *Crellii* Chriſtiana & vera narratio de Lutheri verſione Bibliorum germanica, ſæpius hactenus in Io. Luftii officina recuſa. Lege autem de ea *Kraftii* Emendanda in Mayeri Hiſtor. verſion. german. Bibl. Lutheri p. 2. Eiusdem Partis p. 1028. habetur Reſolutio IV. ſyncretiſticarum quæſtionum, cuius auctor eſt Abr. *Calovius*. Et Reſponſum quod P. II. p. 68. legitur, concernit Io. Balth. *Schuppium*, tum temporis Paſtorem hamburgenſem, ceu patet ex eius libris ibi allegatis, Freund in der noth, &, Salomo.

LXIX.

Eraſmus SARCERIVS de Diſciplina, Von einer diſciplin. Islebiæ 1556. Eſt hic liber unus ex bonis, nec adeo notis, quem ideo cum additamentis ſuis recuſum dare volebat I. G. *Dorſcheus*, prout videre eſt ex eius præfat. in Admiranda Ieſu Chriſti)(7. Spectat nimirum ad plantandam & conſervandam honeſtatem, & auertenda publica peccata & ſcelera, docetque, quid hac in parte obſervare debeant Magiſtratus, miniſtri eccleſiæ & ſubditi, & quibus illa mediis acquiri & conſervari poſſit. Laudantur in hoc ſcri-

Digitized by Google

pto Germani antiqui ob virtutum & diſciplinæ ſtudium, nominatim ob candorem & integritatem. p. 18. obedientiam & honorem erga Magiſtratum, venerationem ſacerdotum, publica iudicia & pœnas, amorem pacis, coniugii æſtimationem, caſtitatem & adulterarum pœnam, odium erga vitia, educationem liberorum, bonorum imitationem morum, ſeram venerem, honorem & amorem erga conſanguineos, hoſpitalitatem, purificationem ante ſumtionem cibi, ſimplicitatem, frugalitatem, & abſtinentiam a lucri cupiditate; atque in primis Magiſtratus noribergenſis, cuius elogium in pag. 26. extans, in honorem illuſtris Magiſtratus illius, ſub quo & natus & educatus ſum, & XX. annos profeſſionem geſſi theologicam, adponere geſtio: *Quid laudabilius de natione quadam dici poteſt, quam eam amare diſciplinam ac honeſtatem, iisque ornatam eſſe, & malum punire, bonum vero tueri? Non parvus hactenus honor & gloria obtigit* Noribergenſibus, *dum fama tulit, eos ſeveros eſſe legum cuſtodes, vitia ac ſcelera atrociter punire, virtutes autem remunerare, pios amare atque ad munera promovere, improbos autem caſtigare, atque ſic rigidos diſciplinæ eſſe cultores ac patronos.* Auctor & liber eius non immerito celebrantur a *Dorſcheo* l. c. dum ait, *prudentiſſimum inter ceteros ſuperioris ſeculi theologum*, Eraſmum Sarcerium, *iuſto commentario expoſuiſſe media viasque, quibus promoveri & conſervari queat vera religio.*

EIVSDEM Paſtorale oder Hirtenbuch. Islebiæ 1562. Agitur in hoc libro de educatione & ſtudiis eorum, qui ad S. miniſterium adſpirant, de vocatione & ordinatione miniſtrorum eccleſiæ, de capitibus doctrinæ chriſtianæ, abſolutione peccatorum, cenſuris eccleſiaſticis, viſitatione eccleſiarum, conciliis & ſynodis, conſiſtoriis, rebus coniugii, bonis eccleſiaſticis, confirmatione ſive chriſmate, & traditionibus humanis. Eſt hæc altera editio, reviſa & recognita, & non nullis auctoris tractatibus aucta a Guil. *Sarcerio*, filio: addidit enim hic tractatulos de ordinatione, p. 21. & excommunicatione, p. 112. libellum de annua eccleſiæ viſitatione, p. 143. ac denique conſilium & inſtructionem de conſiſtoriis, conciliis & ſynodis, p. 210. nec non opuſculum de bonis eccleſiaſticis. p. 221. In præfatione docet Guil. *Sarcerius*, Paſtorum tria eſſe genera, alios excellentes & omnibus ad hoc munus idoneis inſtructos dotibus, alios mediocres, qui illis quidem doctrina, eru-

ruditione, prudentia & eloquentia non ſunt pares, interim fideliter nec ſine fructu officium ſuum faciunt; alios temerarios, nefarios, ac mercenarios, qui non intrant per ianuam ovilis, nec tam auditorum, quam ſuum quærunt commodum, flagitioſe & luxurioſe vivunt, & multis magniſque ſcandalis cœtum ſibi concreditum offendunt, eumque in caſu adverſitatum turpiter deſerunt. Iam patrem ſuum ſcripſiſſe hunc librum in gratiam mediocrium & incipientium.

Er. *Sarcerius*, natus Annæbergæ, quæ olim Schreckenberga dicebatur, in Miſnia, ludo litterario præfuit Lubecæ, Roſtochii, Viennæ Auſtriæ, Græciæ in Stiria, ac denuo Lubecæ; euangelium autem docuit in naſſovienſi ditione ad Rhenum, Lipſiæ ad D. Thomæ, Islebiæ, & Magdeburgi, ubi tamen, non niſi 4. habitis concionibus, naturæ debitum ſolvere coactus eſt, poſtquam calculi doloribus plane confectus erat: id quod accidit A. 1559. ætat. 63. Vir erat gravis & conſtans, vitam caſte & integre agens, oſor luxus, tempeſtive de conviviis domum rediens, amans ſimplicitatis, execrator ſophiſtices, & laborum tolerantiſſimus: orator item diſertus, copioſus, gravis, & aculeos in animis auditorum relinquens. Interfuit quoque colloquio wormatienſi cum Melanchthone & Brentio, eccleſiasque XXIV. Comitatuum conſtituit, & iuxta reformatam ordinavit religionem, ſcripſitque commentaria in Siracidem, Euangelia, Acta & Epiſtolas, item Poſtillam euangelicam, Methodum in præcipuos locos Scripturæ, & librum de Conſenſu veræ eccleſiæ & Patrum. *Micræl.* Syntagm. hiſt. eccleſ. 780. Effigies inſignis viri conſpicitur in adverſa tituli principalis pagina. Ab integerrimo autem Io. *Brunnemanno* Iuris eccl. p. 240. brevi, ſed magno certe elogio appellatur theologus pius.

LXX.

IDEM de Coniugio, Vom Eheſtande. Islebiæ 1556. Quod opus conſtat 4. partibus: prima agit de laude & dignitate coniugii, ſecunda de gradibus affinitatis & conſanguinitatis, tertia de initio & conſummatione coniugii, quarta de divortio. Eſt hæc altera editio, &, uti titulus habet, correcta; ſed *Brucknerus* in Deciſ. iur. matrimon. P. II. 8. & 21. ad id putat inductum & ſeductum eſſe a Melch. *Klingio*, ICto, (vide acerbam eius epiſtolam in *Brückneri*

Digitized by Google

neri Parte II. pag. 16.) de quo metuerit, ne ille librum ſuum, ſi nihil in eo notaſſet, apud Principes euangelicos odioſum reddere pergeret. Nam in P. IV. pag. 221. ſic proponit theologorum quorundam euangelicorum Iudicium de divortio, ut epicriſin ſuper illo formet, & tam in appendice ſingulis eius partibus ſubiuncta, quam in præfatione & epilogo libri, diſſenſum ſuum manifeſtet, aut ſaltem a praua ſe purget ſuſpicione. Et illi quidem theologi videntur Brücknero l. c. p. 8. fuiſſe *Melanchthon* & *Brentius*, minime propterea reprobandi. Vnguem autem exerceat Klingius, quo modo cunque velit, in libro Sarcerii; non tamen ſive ei, ſive eius auctori, laudem debitam poterit unquam detrahere: quin *noſtro iudicio*, iudicioſiſſimus ait *Brucknerus* P. II. 20. Sarcerius *tanquam theologus, in ſuo genere,* Klingio, *tanquam ICto, itidem in ſuo genere, in iis, quæ uterque de cauſis matrimonialibus ſcripſit, palmam longe praripit.*

Cyriaci SPANGENBERGII Conciones nuptiales LXX. Eheſpiegel, oder Brautpredigten. Argentorati 1567. Non ex ſuo hæc petiit cerebro, ſed partim e SS. patribus, partim ex aliis ſcriptoribus, potiſſima e SS. literis; multa e Luthero, eiusque diſcipulis Io. *Brentio* & Io. *Spangenbergio* patre, non nulla ex Er. *Sarcerio*, Mich. *Celio*, & aliis: ſicut ipſe narrat in epiſt. dedicatoria.

Cyriac. *Spangenberg*, northuſanus, Ioannis filius, Lutheri diſcipulus, primum islebienſis ſcholæ collega, & eccleſiæ miniſter, deinde paſtor & generalis decanus mansfeldenſis, Edicti cæſarei de religione, quod *Interim* vocant, hoſtis acerrimus, *Flacii* autem, eiusque doctrinæ fautor ac defenſor, ideoque bis exul, obiit Argentorati A. 1604. æt. 76. Scripſit Tabulas in Biblia ſacra, Epiſtolarum paulinarum interpretationes, Enarrationem catechiſmi Lutheri & Pſalmorum, & commentarium de Nobilitate: ut de Chronicis rerum germanicarum nihil dicam. M. *Adamus* in Vit. theol. 731. *Leuckfeld* in Hiſt. Spangenberg. quæ recenſetur in T. II. des Bücherſaals 492. *Kindervater* in Nordhuſa illuſtri 289. Io. *Moller* Iſag. ad Hiſt. cimbr. P. I. 120. C. *Sagittarius* & *Quenſtedt* in Bücherſaal l. c. 499. & Godofr. *Arnold* P. II. 368.

LXXI.

Georgii DEDEKENNI Theſaurus conſiliorum theologicorum & iuridicorum, auctus per Io. Erneſtum *Gerhardum*. Cui

Digitized by Google

Cui acceſſit Appendix nova. Volumina II. Ienæ 1671. Quæ editio priori, videlicet hamburgenſi de A. 1619. 1623. longe præferenda eſt. Conſtat tribus partibus, in quarum Prima agitur de eccleſia & religione lutherana, pontificia, & calviniana, de mediis ſalutis tribus, videlicet revelatione Dei & voluntatis eius per verbum, ſacramento baptiſmi & ſacramento altaris, ſeu coena Domini; de miniſterio, controverſiis religionis & cærimoniarum, nec non de chriſtianorum vita, moribus, conſtantia, aliisque virtutibus: in Secunda de Magiſtratu, ſubditorum officio, cura Magiſtratus circa religionem, iure patronatus, cohabitatione & converſatione inter hæreticos, de iudæis, peregrinationibus & navigationibus, negotiationibus, uſuris & olla fortunæ, de foederibus, bello, duello, iuramentis, mendicantibus, choreis, revelatione & inquiſitione occultorum, poena maleficorum, aſtrologia iudiciaria, & divinatione futurorum: in Tertia de coniugio. Appendix, a Chriſtiano *Grubelio* collecta, ea complectitur conſilia, quæ ab A. 1623. uſque ad 1671. fuerunt eleborata. *Gerhardus* induſtriam ſuam poſuit in concinnitate ordinis, & reſponſorum, quæſtionum, annotationum, indicumque incremento, ut eorum reſpectu theſaurus non tam interpolatus, quam plane alius & novus videatur. Præmiſſa ei ſunt trium Facultatum theologicarum, cum alio Chriſtiani *Matthiæ*, iudicia; ubi *Lipſienſes* quidem teſtantur, volumina hæc theologica magna diligentia congeſta, ab eccleſiaſticis & politicis viris multo cum fructu legi, & ad doctrinam ac vitam utiliter adhiberi poſſe: *Gryphuvvaldenſes*, eius lectionem, quam ſtudioſis theologiæ, & novitiis eccleſiæ miniſtris maxime commendant, ad veram chriſtianiſmi praxin conducere; & *Wittebergenſes*, collectorem inſignem & utilem operam præſtitiſſe, eaque non ſolum de iuventute ſtudioſa & recentibus paſtoribus, ſed tota chriſtianitate præclare meritum eſſe. Monent tamen, ſpiritu diſcretionis utendum eſſe in legendis hiſce iudiciis, & rationibus ſolutionum, cogitandumque, huc etiam pertinere vulgatum illud: *Quæ non proſunt ſingula, multa iuvant*. Certe integra etiam collegia errare poſſe, quis dubitet? F. V. *Calixt* in Refutat. Harmon. calovianæ 32. Et *ad hæreticopoeiam*, ait in Medic. mentis p. 915. Ioach. *Langius*, *pertinent multa reſponſa, vulgo non minori vitio data, quam recepta.* Interim *Crenius* non male ſcribit Animadverſ. P. VI. 146. ſe, an theo-

theologus theſauro iſto carere poſſit, neſcire. Denique notabis Iuſtum *Baranum*, cuius iudicium adducitur P. I. 119. eſſe Ioannem *Saubertum*, Miniſterii quondam antiſtitem noribergenſis. Vide *Placcium* de pſeudon. 106.

Georg. *Dedekennus*, lubecenſis, ſtudiorum amator inde ab adoleſcentia, eorumque aſſiduus contra omnes matris diſſuaſiones cultor, fuit paſtor eccleſiæ primum ſchonbergenſis in provincia razeburgenſi, neuſtadienſis in Holſatia, & denique hamburgenſis ad S. Catharinæ, atque in celebri hac urbe extremum vidit diem A. 1628. æt. 64. Nec inopinata ei mors accidebat, quippe quam aliquandiu antea meditatus, ciſtam feralem ſibi conſtrui curaverat, hoc cum appicto lemmate:

Hunc Dedekennus ego loculum mibi conſtruo, mortis
Dum memor, & vitæ ſpem melioris alo.

Scripſit tractatum de Peccatorum cauſſis, & inter germanica, Mercatorum gazophylacium, Monile ſeu Vnionem navigantium mare, Praxin conſcientiarum, Praxin vitæ æternæ, Reſponſionem ad Io. *Lampadii* tractatulum de Prædeſtinatione, in qua ſimul Dav. *Parei* calumnias contra Phil. *Nicolai* effuſas removere ſtuduit, ſibique ſæpe gratulatus eſt de bona conſcientia non quæſitorum malis artibus munerum ſacrorum, ſed Dei providentia ſibi ſorte alioqui ſua contento oblatorum, ſatis magnam eruditionis famam, & theologi ſine fuco & bile ideam relinquens. *Witte* in Vit. theol. 920. & Diar. biograph. Z 4.

Io. Ern. *Gerhardus*, ienenſis, Ioannis filius, finitis Ienæ, Wittebergæ, & Altorfii ſtudiis academicis, peractisque per Inferiorem Saxoniam, Bataviam, Galliam, Helvetiam & vicinas regiones itineribus, & accepta in patria quam optime promerita laurea doctorali, ibidem profeſſionem theologicam non minus cum decore, quam cum fructu & emolumento geſſit, vir pius & religioſus, variæ ac multiplicis doctrinæ, in docendo induſtrius, magno in promovendis commodis ardore, ſtudioſus pacis & concordiæ, liberalis erga egenos, & beneficus erga omnes, alacer & promtus in rebus non minus expediendis, quam ſuſcipiendis, magno apud ſuos cultu & honore, nec minore apud exteros fama; ſed cum infirma eſſet valetudine, vitam in longum non potuit protrahere: deceſſit enim febre ardenti A. 1668. æt. 47.

re-

Digitized by Google

relictis ſequentibus ſcriptis, Harmonia perpetua linguarum orientalium, Sciographia linguæ ſyro-chaldaicæ, Compendio linguæ arabicæ, Faſciculo diſpp. theologicarum, multisque aliis diſputationibus, quarum ſyllabum dat *Witte* in Vitis theol. p. 1600.

LXXII.

Iſaaci HABERTI *Ἀρχιερατικον*, ſeu liber pontificalis Eccleſiæ græcæ. Pariſiis 1676. In eo exhibentur 1) Bullæ *Leonis X.* & *Clementis VII.* pro ritibus Græcorum. 2) Ordo liturgiæ patriarchalis. 3. Ordinationes variæ, ut Metropolitæ, anagnoſtæ & pſaltæ, hypodiaconi, epiſcopi, presbyteri, diaconi. 3) Introitus euangelii & triſagium. 4) Myſteriorum communio. 5) Abſolutio liturgiæ & dimiſſio. 6) Ordinationum ritus ex Euchologio, & ex lib. eccleſ. hierarch. qui Dionyſio areopagitæ, ſed falſo, ut auctori videtur, adſcribitur. p. 347. 7) Homilia pontificis conſecrantis. 8) Homilia epiſcopi conſecrati. 9) Homilia prosbyteri conſecrati. 10) Ritus electionis patriarchæ & aliorum. 11) Profeſſio fidei epiſcoporum, & precatio. 12) Edicta ſeu mandata ad metropolitas ordinatos. 13) Canones ordinationum. 14) Litteræ patriarchales & pontificiæ. 15) Inſtitutio archimandritarum & aliorum. 16) Coronatio Imperatoris. 17) Ritus ponendi eccleſiæ fundamenti & ſtauropegii. 18) Ritus altaris, & antimenſiorum. 19) Ritus eccleſiæ reconciliandæ. 20) Ritus unguenti ſeu chriſmatis, ex eccleſ. hierarchia. 21) Idem, ex Euchologio. 22) Epiſtolæ heortaſticæ. 23) Libellus abdicationis, ſeu renunciatio epiſcopi. 24) Cenſuræ pontificiæ. 25) Salutationes pontificiæ: ubi Patriarcha novæ Romæ, ſeu CPtanus & ſe vocat *Oecumenicum*, & ab aliis ita vocatur; Metropolitæ autem ſe invicem ſalutant *θειοτάτυς divinißimos.* Sigillo plumbeo utitur Patriarcha ille ad Imperatorem, Reges, patriarchas, & magnos archiepiſcopos; cereo autem ad Metropolitas & Principes, excepto ſolo Metropolita Roſiæ. Recenſionem huius operis dat Rich. *Simonius* dans la Nouvelle biblioth. choiſ. P, II. ſ. 1. ubi dicit, bonis illud libris merito annumerandum eſſe, ipſumque *Goari* Euchologio palmam præripuiſſe. Collectum autem eſt ex regiis MSS. Euchologiis, & aliis probatiſſimis monumentis, latinaque interpretatione, notis ac obſervationibus Haberti, antiquitatis eccleſiaſticæ pleniſſimis, illuſtratum.

Iſ. *Habertus*, S. theol. Doctor ſorbonicus & eccleſiaſtes pariſi-

riſienſis, deinde epiſcopus vabrenſis, Regisque a conſiliis, vir eleganter doctus, ſcripſit etiam Theologiam græcorum Patrum circa materiam gratiæ, & tractatus de Conſenſu hierarchiæ & monarchiæ, item de Cathedra ſeu primatu S. Petri, floruitque adhuc A. 1647. dignus, qui æſtimetur, ideo potiſſimum, ait *Simonius* l. c. p. 21. quod unus fuit e primis, qui ritus & cærimonias Græcorum luci expoſuerunt. Ex mortalium bonis, ut ipſe ſcribit in epiſt. dedicat. ad illuſtriſſimum Cancellarium P. *Seguierium*, nihil aucupatus, duo tantum ſibi a maioribus quæſita retinere ſtuduit, Honorem & Amicos: illum ait Cancellarii auctoritatem ſervaſſe, hoſce benevolentiam auxiſſe; effeciſſe præterea, ut relictis contentus nihil tempori aut fortunæ debeat, beneficiis vero eius rem maximam, otium cum dignitate. Fuit unus ex præcipuis Ianſeniſtarum hoſtibus, atque a Cardinale Richelio electus ad Ianſenium refutandum: quo in opere id egit, ut oſtenderet, illum non recte intellexiſſe Auguſtinum; cui tamen Ant. *Arnaldus* reſpondit. Petrus *de Marca* Habertum noſtrum vocat virum clariſſimum, & nominis æque ac eruditionis celebritate conſpicuum, lib. I. de Concord. ſacerd. & imper. c. 1. §. 3.

LXXIII.

Iodoci CLICHTOVEI Elucidatorium eccleſiaſticum. Baſileæ 1519. Ex bibliotheca D. Io. Sauberti. Recuſum Pariſiis 1556. Hoc in opere, quod IV. conſtat libris, ad officium eccleſiæ ſpectantia explicantur, & primo quidem hymni de tempore & ſanctis; ſecundo cantica eccleſiaſtica, antiphonæ & reſponſoria, cum benedictionibus candelarum, cerei paſchalis, & fontium; tertio ea, quæ ad miſſam pertinent, præſertim præfationes & canon; quarto proſæ, quæ in S. altaris ſacrificio ante euangelium dicuntur. Præmiſſæ ſunt Dedicationes Wolfg. *Fabricii* Capitonis, & ipſius *auctoris*, qui ambo conqueruntur ac dolent, tam magnam cleri eſſe inſcitiam, ita ut cantus & orationes eccleſiaſticas, quibus tamen quotidie peragendis admoti ſint, aut plane non, aut non recte, intelligant. In eorum igitur gratiam, atque ut cultus divinus non ſolis labiis, ſed corde celebrari fierique poſſet, utiliſſimam variæ huic explicationi operam impendit pius & doctiſſimus Clichtoveus. De quo prædictus *Fabricius* ſic ſcribit: *Clichtoveus, theologus integer iuxta ac eruditus, peſſimum hoc malum* (ignorantiæ videlicet, atque

que inde enati teporis, aut potius frigoris in cultu divino) *ſub. movere cupiens, IV. libris, quos ab argumento inſcripſit* Elucidatorium eccleſiaſticum, *rationem divini cantus univerſam explicuit, non minus appoſite, quam aperte, citatis ad hoc idoneis Scripturæ locis. Quid enim magis appoſitum reformandis moribus, quam rei ſacræ, cui quotidie tot horis operamur, intelligentia? qua excluſa videtur excludi chriſtianiſmus, revocata nania ſuperſtitioſa Iudæorum, feneſtra data impiis cogitationibus.* Et paullo poſt: *Nihil autem his commentariis uſpiam tempeſtivius, nihil magis neceſſarium, quibus licet rem ſacram intelligere, expurgare affectus pernicioſos, pacificare animum, revocare virtutem.*

Petri DE NATALIBVS Catalogus ſanctorum. 1521. Ex diverſis & doctis voluminibus congeſtus, ac iam denuo accurate reviſus. Prodierat autem primum Vicetiæ A. 1493. deinde Argentinæ 1502. Lugduni A. 1508. Venetiis 1516. emendante & augente Alb. *Caſtellano*, & Lugduni A. 1542. Incipit ab adventu Domini, & deſinit in S. Luciano presbytero. Ant. *Verlus* autem, ſive *Verla*, vicetinus, Appendicem adiecit de quibusdam ſanctis a Petro noſtro præteritis. Meretur hic legi *Giornale veneto* T. XVI. 465. De collectoribus vitarum ſanctorum vide *Acta erudit.* A. 1683. p. 5. Dedit etiam Vitas ſanctorum Hadr. *Baillet*, quæ recenſentur in Tomo V. *Supplem.* Act. erud. p. 1. Vitas ſanctorum in quantum ſuſcipiat, legique permittat Eccleſia, docet *Launoius* de Viſo Sim. Stochii p. 56. Scripta de Vitis ſanctorum multis eſſe fabulis repleta, dolenter ſcribit ac fatetur magnus rom. eccleſiæ doctor & epiſcopus canarienſis, Melch. *Canus* Loc. theol. lib. XI. c. 6.

Pag. 23. b. Felix presbyter & martyr pronomine dicitur *In pinciis, a ſubulis, quibus paſſus perhibetur*: nam pinca dicitur ſubula.	Ille cognominatur *in Pinciis*, quia eo in loco Romæ, quo *Pincii* ſuum habebant palatium, paſſus eſt. *Menagiana* T. IV. 190.
Pag. 132. Optatus milevitanus — *apud Antiſiodorum* in pace quievit.	*Confunditur Optatus antiſſiodorenſis epiſcopus* cum Optato milevitano. *Du Pin* præfat. in Optatum milevit. (in Actis erud. A. 1701. 195.)

Petrus *de Natalibus*, venetus, parochus eccleſiæ SS. Apoſtolorum, ac poſtea epiſcopus equilinus, (Equilum ſive Equilium ho-

hodie vulgo Ieſolo vocatur, vel Il Cavallino, in territorio tarviſienſi) in hac Hiſtoria diligentior & veritatis ſtudioſior, quam Iacobus *de Voragine*, attamen cum iudicio legendus, quippe qui vitas ſanctorum ſuorum collegit, præter ſcriptores antiquos, ex Fr. *Bartholomai* Chronico, Fr. *Vincentii* Speculo hiſtoriali, Fr. *Martini* Scoti Chronico, Iac. *de Varagine*, & Pet. *Calo* veneto, floruitque A. C. 1372. quo hoc opuſculum ſuum hiſtoricum ad finem perduxit, & ultra quadriennium. De aliis eius operibus nihil poſſum dicere, niſi quod adventum ALEXANDRI III. Pont. max. Venetias verſibus italicis deſcripſerit. *Olearius* P. II. 83. & *Giornale* de' letter. d' Ital. T. XVI. 449. *Rechenberg* Exercit. ſacr. p. 597.

LXXIV.

STRABONIS Rerum geographicarum libri XVII. Amſtelædami 1707. Editionem hanc curavit Theodorus *Ianſonius ab Almeloveen*, & quidem ſecundum Caſaubonianam poſteriorem, addens notas integras G. *Xylandri*, If. *Caſauboni*, F. *Morellii*, Iac. *Palmerii*, ſelectas autem ex ſcriptis P. *Merula*, I. *Meurſii*, Ph. *Cluverii*, L. *Holſtenii*, Cl. *Salmaſii*, S. *Bocharti*, If. *Voſſii*, Ez. *Spanhemii*, Chriſtoph. *Cellarii*, aliorumque; ac tandem ſubiiciens Chreſtomathias, ſeu Exerpta & Collectanea, græce & latine. Poſt præfationem Almeloveenii ſequuntur Indiculus editionum Strabonis, Epiſtolæ & Præfationes, quæ prioribus Strabonis editionibus præfixæ erant, auctoribus M. *Hoppero*, Gu. *Xylandro*, If. *Caſaubono*, Hiſce ſubiiciuntur eiusdem *Caſauboni* commentatio de Strabone & eius ſcriptis, Henr. *Dodvvelli* Diſſertatio de Strabonis excerptore, & Iudicia ac teſtimonia de Strabone. Hæc editio eſt completiſſima & commodiſſima, cuius recenſionem faciunt Collectores *Actor. erudit.* A. 1707. 433. & *Clericus* Biblioth. choiſ. Tom. XII. p. 386. *Xylandri* Notæ non niſi grammaticæ ſunt: idemque traduxit Strabonem in latinum ſatis negligenter, iudice *Caſaubono*. Nec tamen Caſaubonus errata interpretis corrigere voluit, niſi ubi lectionis veritas id poſtulabat.

Strabo, genere Cappadox, natus in urbe Amaſia, in rhetorica & grammatica doctores habuit *Ariſtodemum* & *Tyrannionem*, in philoſophia autem *Xenarchum* ſeleucienſem, peripateticum; neque tamen ipſe peripateticæ, ut *Xylander* putat, ſed ſtoicæ ſectæ fuit addi-

dictus. Peregrinationes inſtituit in Italiam, Ægyptum, Æthiopiam & alias longinquas terras, ſcripſitque etiam hiſtoricos commentarios, qui tamen deſiderantur, geographicum autem opus ſubinde magis magisque limavit ac perpolivit, donec extremam ſenectutem attingens illud prodire iuberet. De morte eius quid dicamus? Nihil certi de ea conſtat; quamquam ſint, quibus videtur diem ſuum obiiſſe, aut deſiiſſe certe ſcribere, paulloque poſt obiiſſe, ante annum A. V. C. DCCLXXVIII. qui fuit annus Tiberii XI. vel XII. Chriſti XXIV. aut XXV. Plura de eo vide apud Io. Alb. *Fabricium* Biblioth. gr. l. 4. c. 1. *Voſſium* de Hiſt. græcis l. 2. c. 6. p. 113. *Königium* 779. *Magirum* 763. *Pope-Blount* 94. If. *Caſaubonum* in Exercit. XVI. ad Annal. Baron. p. 552. *Crenium* de furib. librar. 285. & clar. Ioann. *Oldermannum* in Program. A. 1717. Auctor. *Adeiſidam*. pag. 104. obſervat, Strabonem de gente iudaica & Moſe alia omnia narrare, quam quæ leguntur in Pentateucho. Sequitur etiam Strabo duplicem veterum errorem, dum Aſiam dividit intra & extra Taurum, atque Ægyptum in Aſia collocat. *Cleric.* Tom. XII. de la Bibl. choiſ. 393. 396. Alioqui merito audit princeps geographorum, quem fruſtra conatur de operis ſuis poſſeſſione deiicere Fran. *Patricius*.

Excerptor Strabonis vixit, cum Macedoniam & Græciam, & Epirum & Peloponneſum tenerent Sclavi, circa finem ſæculi X. *Dodvvell*. de Strabonis Excerptore.

Henr. *Dodvvellus*, S. Theol. prof. oxon. ſcripſit etiam commentarium in Irenæum, Diſſertationes cyprianicas, & unam de ſucceſſione primorum Romæ epiſcoporum, atque ob ſingulares ſententias de immortalitate animæ, ac poteſtate epiſcoporum odioſum ſe multis reddidit, cumque iuramentum fidelitatis præſenti regimini præſtare recuſaret, ab officio ſuo remotus aliquandiu privatam egit vitam, donec e vivis diſcederet A. 1711. Mortuum Vniverſitas oxonienſis ob præclaram eius eruditionem ſepeliendum curavit. *Neuer Bücher Saal* T. I. 896. *Clericus* præfat. in Livium ** & Diſſert. III. de IV. euang. 74. *Wolfius* in Notis in Caſauboniana 311. *Schurzfleiſch* Epp. Select. 618. C. M. *Pfaff* Annotat. ad Irenæi Anecdot. 29. & Io. Wilh. *Berger* Diſſertat. academ. 451.

Theo-

Theodorus *Ianſonius ab Almeloveen*, Medicus ac polyhiſtor apud Batavos celeberrimus, ſcripſit Diſſertationem de vitis *Stephanorum* typographorum, Inventa nov-antiqua, ortum & progreſſum medicinæ commonſtrantia, (quæ LEOPOLDVS Imper. auguſtus Nic. Guil. Beckero Baroni de Wallhorn, archiatrorum ſuorum comiti, & conſiliario, legenda commendavit) Opuſcula, Notas ad Cl. *Rutilii* Numatiani galli Itinerarium, Amœnitates theol. philologicas, & Henr. *Rhedii* ſextum tomum Horti malabarici edidit. Vide Indicem *Actor. erudit.* *Benthem.* de Statu holland. eccleſ. & ſcholar. P. II. 444. *Tollium* Epp. itiner. p. 100. & *Acta erud.* 1694. 339. quorum collectores Ianſonium inter eos, qui elegantiores litteras arti medicæ ſumma cum laude adiunxerunt, & utraque ſtudia eadem felicitate extollunt, ſummo iure annumerandum eſſe, rectiſſime ſtatuunt.

LXXV.

STEPHANI Byzantini Ἐθνικὰ ſive Gentilia, per epitomen. Cum commentario Abrah. *Berkelii*, & Variis lectionibus ac Notis Iac. *Gronovii*. Lugdun. Batav. 1688. Eſt hoc Lexicon geographicum iuxta ordinem litterarum alphabeti diſpoſitum. Et in Stephano quidem non ſingulæ litteræ librum abſolvebant, ſed plures comprehendebant libros. Dicitur *per epitomen*, quia præſtantiſſimi huius operis compendium modo ſupereſt, ab *Hermolao* quodam, grammatico CPtano, concinnatum; niſi fortaſſe eſt duntaxat Epitome Epitomes, ob multa omiſſa in κ & λ. Cuius induſtria quanquam laudem mereatur, non ſine dolore tamen Reſp. litteraria videt ipſum Stephani opus interiiſſe. Hac re commotus Guil. *Xylander*, cum præſentem librum ederet caſtigationibus ſuis illuſtratum, non Stephani nomen præſcripſit, ſed hunc titulum: Ερμολαου γραμματικου Κωνσταντινουπολεως επιτομη των εθνικων Στεφανου γραμματικου. Certarunt autem etiam poſt Xylandrum ſummi viri in hoc opere emendando & ornando, in primis Ioſ. *Scaliger*, Iſ. *Caſaubonus*, Claud. *Salmaſius* & Luc. *Holſtenius*; donec Abr. *Berkelius*, omnium labores ſuperaturus, ſumma animi contentione idem negotium aggreſſus eſt, atque ſe totum reſtituendis Stephani reliquiis impendit. Dum autem hoc agit, ipſo ignaro eundem lapidem movit Thomas *de Pinedo*, luſitanus, Stephanumque Latii iure

iure donavit, & Obſervationes adiecit. Qui conatus in publicum prodiit Amſtelodami, additis Iac. *Gronovii* cum codice perufino Collationibus, A. 1678. eumque poſt VI. annos ſecutæ ſunt Lucæ *Holſtenii* in eundem ſcriptorem Notæ & caſtigationes, e bibliotheca Barberiniana depromtæ, Interim licet exornationi Stephani immoreretur *Berkelius*, non tamen pertinax utilisque eius labor evanuit: clariſſimus enim vir, Iac. *Gronovius*, orbatum patre fœtum ſuſcepit, typisque excudendum dedit cum eius verſione & annotationibus, item cum *Salmaſii* emendationibus, & exactiore variarum ſuarum lectionum recenſu, ita ut hæc editio amſtelodamenſi non cedat, multo minus autem illa huic præferenda ſit. Vide *Acta erudit.* A. 1689. 237. & Thomæ *de Pinedo* Præf. in Steph.

Stephanus, nativitate & profeſſione fuit byzantinus; Byzantii enim, in urbe patria, grammaticam docuit, floruitque poſt ARCADIVM atque HONORIVM, ſæculo V. chriſtianus ne, an gentilis fuerit, non liquet; illud tamen videtur eſſe probabilius. Ἐθνικὰ vocans ſuum Lexicon, paullo laxius ſumit illud vocabulum; minimam enim operis partem tribuit exponendis nominibus gentilitiis & patronymicis, per univerſum autem opus multa tradit de urbium populorumque veris & falſis originibus, recenſet paſſim viros doctos, qui in hac vel illa civitate aut provincia claruerunt, aliaque adfert quam plurima hiſtorici & geographici argumenti. Verſionem eius ex parte adornaverunt Guil. *Xylander*, Cl. *Salmaſius* in iuventute, & Abr. *Berkelius*; totam Bened. *Ægius* ſpoletinus, & Thomas *de Pinedo*. De Stephano autem legi poſſunt *König* 776. *Voſſius* de Hiſtor. græc. l. 2. c. 22. p. 141. Io. Alb. *Fabricius* Biblioth. gr. l. IV. c. 2. p. 45. *Lexicon univ. hiſtor.* T. IV. 484. & Thom. *de Pinedo*, ac *Berkelius* in præfationibus.

Hermolaus, grammaticus byzantinus, Eugenio in ſchola regia ſucceſſor datus, vixit ſæc. V. ſub IVSTINIANO Imp. eique Epitomen conſecravit. *Suidas* in Lex. v. Ἑρμόλαος, p. 861. *Voſſ.* de Hiſtor. gr. l. c. p. 141.

Abr. *Berkelius*, præter hoc opus clarus eſt a notis doctiſſimis, quibus Epicteti Enchiridion & Cebetis Tabulam illuſtravit A. 1670. Stephani autem noſtri Epitomatorem non tantum innumeris in locis emendatiorem, ſed alicubi etiam auctiorem reddidit, quam-

vis, mortis interventu, quæ eum citius abripuit, non niſi ad litteram Π uſque laborem potuerit ſuum adhibere. Præclare omnino de Stephano meritus eſt, æternæ dignus coronæ ſive laudis, quam ei quoque tribuunt *Fabricius* p. 55. Thomas *de Pinedo* in præfat. & collectores *Act. erudit.* l. c. Neque eam deterere poteſt accuſatio Steph. *Morini*, in Prolegom. ad Bocharti opera ſcribentis, Berkelium, Bocharti, Palmerii, ſuasque in Stephanum obſervationes ad ipſum transmiſſas vel plane neglexiſſe, vel appoſitas rariſſime ſuis, quibus debebat, auctoribus acceptas retuliſſe; hanc enim maculam abſterſit Ianus *Berkelius*, filius, in Pietate, pro vindicanda fide paterna, ad Iac. *Gronovium*.

Iac. *Gronovius*, daventrienſis, Io. Friderici filius, in omni ſtudiorum genere ſeſe exercuit, atque e peregrinationibus inſignem fructum cepit: verſatus enim aliquandiu in Anglia, Gallia, Hiſpania & Italia, nobiliores adivit & excuſſit bibliothecas, rariſſimosque auctorum codices ſcriptos, præſertim græcos, cum editis exemplaribus, in magnum rei litterariæ commodum atque ornamentum, contulit. Cantabrigiæ I. V. D. renunciatus, Piſis in Italia, ut litteras humaniores doceret, *Chimentellio* ſurrogatus, a Batavis in patriam revocatus (quo euntem comitatus eſt celeberrimus *Magliabechius*) cathedram paternam mirum in modum ornavit, niſi quod acerbiore eſſet ſtilo, ſicut in primis controverſiæ, quas cum *Fellero*, *Perizonio*, Iſ. *Voſſio*, *Fabretto*, *Blancardo*, *Clerico*, *Kuſtero* aliisque habuit, teſtari videntur. Scripta in publicum multa emiſit, videlicet *Macrobium*, *Polybium*, Corn. *Tacitum*, Supplementa lacunarum in *Ænea* Tactico *Dione* & *Arriano*, Tit. *Livium*, *Stephani* byzantini Fragmentum de Dodone, Henr. *Valeſii* Notas in Harpocrationem, *Senecam* tragicum, Exercitationes academicas de pernicie & caſu Iudæ, *Epictetum*, Pomp. *Melam*, Diſſertationes de origine Romuli, Reſponſ. ad cavillationes Fabretti, Leon. *Auguſtini* Gemmas & ſculpturas antiquas, A. *Gellium*, *Lucianum*, *Cebetis* Tabulam, *Gronovii*, parentis, libros IV. de Seſtertiis, *Ciceronis* opera, Ammianum *Marcellinum*, Icunculam Smetianam, *Harpocrationis* Lexicon, *Gorlai* Dactyliothecam, de duobus lapidibus in agro Duyvenvoordienſi repertis, *Rycquium* de Capitolio romano, Q. *Curtium*, Theſaurum antiquitatum græcarum, Geographiam antiquam, *Manethonis* Apoteleſmatica, *Suetonium*, Animadverſiones in

Scyla-

Scylacis oxonienſem editionem, & Diſſertationis *Doduvelliana* de Scylacis ætate examen, Memoriam *Coſſonianam*, *Phadrum*, *Arrianum*, *Minutium* Felicem, Fragmentum Ioſephi, quod continet decreta romana & aſiatica pro Iudæis, cui additæ ſunt notæ ac emendationes variæ in *Suidam*, ac denique *Herodotum*. Sed quantuſcunque in litteris fuit heros, moeror tamen, ex amatiſſimæ filiæ, natu minimæ, obitu conceptus adeo eum proſtravit, ut reſiſtere nequiret, ſed paullo poſt, d. 21. Octob. A. 1716. & ipſe ex hac vita migraret. Vide de eo *Königium* 365. & *Acta erudit.* A. 1717. 189. In iisdem ad A. 1698. 558. vocatur omnis eruditæ antiquitatis antiſtes & promus condus, a *Schurzfleiſchio* Epp. arcan. P. I. 99. patri doctrina haud impar, & P. II. 18. delicium elegantioris literaturæ, a *Gravio* Epp. p. 33. vir, quem non magis imago paterna illuſtrat, quam egregia fama, quam ipſe ſibi præclaris interioris eruditionis ſpeciminibus domi foriſque editis peperit: & p. 47. ingenii doctrinæque laude paterni nominis gloriam propagans.

LXXIX.

Chriſtiani ADRICHOMII Theatrum terræ ſanctæ & biblicarum hiſtoriarum, cum tabulis geographicis ære expreſſis, & hic quidem nitide illuminatis. Coloniæ 1590. Libro hoc ad quotidianam SS. Bibliorum lectionem, tanquam manuali, uſus eſt magnus quidam Princeps S. R. Imperii. Contenta eius ſunt 1) Præfatio, in qua auctor agit de variis nominibus, dimenſione & præſtantia terræ ſanctæ, de cauſſis huius operis, eiuſdemque ratione & ſcopo: recenſet quoque Iudææ civitates regias, & epiſcopales, curias, toparchias, ſatrapias & urbes Decapoleos, clavemque porrigit Notarum, quibus uſus eſt in tabulis ad diſtinguendum civitates, pagos, caſtella &c. 2) Deſcriptio terræ ſanctæ iuxta XII. Tribus. 3) Deſcriptio urbis Hieroſolymæ, cum ſua quoque tabula topographica. 4) Miſcellanea quædam locorum. 5) Chronicon generale quidem, ſed breviſſimum, ad auctoris uſque tempora. 6) Chronicon alterum, utriuſque teſtamenti hiſtorias ab ipſo mundi initio per Patriarchas, Iudices, Reges, Prophetas, Macchabæos, D. N. Ieſum Chriſtum & Apoſtolos deductum ad mortem uſque Ioannis euangeliſtæ. Sed in hiſce Chronicis *Beroſum* & *Manethonem* ſecutus, ſæpe fabulis indulſit. Iac. *Bonfrerius* Anno-

notationes ſtruxit ad hoc Theatrum, quibus errores eius, quorum plures quam XXXIV. ſint, corrigit. Neque nos pigrabimur, aliquot eorum producere, cum obſervationibus.

Pag. 3. Eleutherus fl. ex Libano monte *in Ituraa* prorumpit.	Cum *Ituraa trans Iordanem* ſit, fieri nequit, ut Eleutherus in ea prorumpat. Io. *Oldermann* diſp. de fl. ברת p. 28.
8. *Ante orientalem portam Sidonis*, in via, quæ verſus Ituræam & Cæſaream Philippi ducit, mulier cananæa pro filia ſua dæmoniaca Dominum orans, quod poſtulavit, impetravit.	Sed Chriſtus eo uſque non pervenit, verum duntaxat *in confinia*. Hier. *Dicelius* Geograph. S. p. 1656.
9. Syrophoenicia ea regionis Phoeniciæ pars eſt, *qua ad Boream Libani montis ſita*, Syriæ potiori coniungitur.	*Phœnicia duplex* eſt, maritima & mediterranea; ſi non triplex: maritima, mediterranea & Syrophoenicia. Et mediterranea quidem eſt *portio terra Iſraëlis*, in qua urbes XX. datæ fuerunt Tyriorum regi a Salomone. Terram hanc Scriptura appellat *Chabul*. *Lightfoot* in IV. Euang. p. 560.
18. *Maſpha erat olim arca teſtamenti*, eoque conveniebat ad orationem populus.	Comparuit quidem ibi populus *coram Domino*, ſed inde non ſequitur, arcam ibi fuiſſe. Campeg. *Vitringa* l. 1. de Synagog. P. II. c. 5. p. 326.
20. & ſeqq. Tribus Dan ita deſcribitur, ut *non protendatur uſque ad mare magnum*.	*Protenditur* tamen *eo uſque*. Frid. *Spanhem*. Introduct. ad Geogr. S. 50.
27. Garizim *mons totius Samaria altiſſimus*.	Eſt *altus tantum* 300. *gradus*. Hadr. *Relandus* Palæſtinæ l. 2. p. 504.
46. *Duplex Idumaa*, ſuperior, quam Tribus Iuda elegit, & inferior, quæ Tribui Simeonis ceſſit, circa Ægyptum & Ara-	*Precario* hæc dicuntur. *Spanhem*. 17.

Zoba,

Digitized by Google

biæ montem.	
94. *Soba*, Ioſepho Oba & Sophena, regia Syriæ urbs eſt.	*Zoba*, vicina Palæſtinæ urbs eſt, vicinior Damaſco. *Oldermann* p. 22.
99. Terra Hus, (Vtz) in qua Iobus ſedebat, ſita eſt *in Trachonitide*, ac nomen accepit ab Hus filio Aram, filii Sem, filii Noæ.	Sita eſt *in Arabia deſerta*, prope Meſopotamiam, & nomen habet *ab Vtzo Nachoris*. *Spanhem.* p. 17.
105. Dan civitas a Paneade fonte, qui eam alluit, *Paneas appellata* eſt.	Non Dan, quæ antea Leſchem ſive Lais, ſed *Cæſarea Philippi* Paneas appellata eſt. Dan, inquit *Hieronymus*, viculus eſt *in quarto a Paneade milliario diſtans*. *Oldermann* p. 16.
107. Civitates, a quibus regio Decapolis dicta eſt, hæ cenſentur: *Cæſarea Philippi*, *Aſor*, *Cedes Neptalim*, *Sephet*, *Corozaim*, *Capharnaum*, *Bethſaida*, *Iotapata*, *Tiberias*, & Bethſan, quæ alias Scythopolis.	Civitates Decapoleos *trans Iordanem erant ſita*, *excepta Bethſane*. Er. *Schmid.* in Matth. 4, 25. *Lightfoot* 564.
120. Etham, manſio 3. *Hic primum viſus eſt Dominus*, & *cœpit adeſſe Iſraëlitis in columna nubis per diem.*	*Sallanus* T. II. 86. *prima* ſtatim *manſioni* nubem tribuit.
135. Iuniperus Eliæ. Hic Elias fugiens a facie Iezabel, dormivit ſub iunipero, petivitque *anima ſua*, ut moneretur.	Animæ ſuæ i. e. *apud ſe*.
Siceleg & *Sicelech*.	Vel, *Siclag*.
159. *In arca fœderis* ſervabantur etiam *urna aurea* habens manna, & *virga Aaron*, quæ floruerat.	In arca foederis nihil erat præter legis tabulas. Vrna autem, & virga Aaronis erant *iuxta arcam*. Io. *Lundius* Iud. heiligthum. c. 15. p. 71.

Chriſtian. *Adrichomius*, qui & Chriſtianum *Crucis* ſe vocavit, Delphis-batavus, Mechliniæ, Traiecti ad Moſam, & Coloniæ vi-

tam agens monaſticam, in ſcriptis ſuis a *Beroſo* & *Manethone*, quos ſequi ſolebat, ſæpe numero deceptus, obiit Coloniæ in exilio anno 1585. æt. 52. Vide *Lexic. univerſ. hiſtor.* T. I. 36. Idem veſtigia preſſit *Brocardi* ſive Borchardi monachi & *Breitenbachii*, notante *Ditelio* Geogr. S. p. 1656. Laudatur ab *Heidmano* præfat. in Palæſtinam, Georg. *Calixto* in Appar. theol. 178. *Hottingero* Bibliothec. quadrip. 173. *Clerico* præfat. in Sanſonii Geograph. S. & *Crenio* Animadverſ. P. XV. 101. ita tamen, ut corrigenda in eo quædam eſſe non negent. Similia ſcripta ſunt Io. *Adamantii* de ſitu Terræ ſanctæ, Henr. *Buntingii* Itinerarium totius S. ſcripturæ, Mr. *Fullers* Holy land, *Hartnaccii* Bibl. Geographie, Fr. *Quareſmii* Elucidatio terræ ſanctæ, Nic. *Sanſonii* Geographia S. cum notis Io. Clerici, & Caroli *a S. Paulo* Geographia ſacra cum notis & animadverſionibus L. Holſtenii.

LXXX.

Pauli ARINGHI Roma ſubterranea noviſſima. Pariſiis 1659. Hæc editio melior, plenior, & accuratior eſt altera, quæ Romæ prodiit anno 1651. Recuſa eſt Arnhemii A. 1671. & germanice reddita per Chriſtoph. *Baumannum* A. 1668. 12. In præſente opere, poſt *Boſium*, *Severanum* & alios, antiqua Chriſtianorum, & præcipue martyrum coemeteria, tituli, monumenta, epitaphia, inſcriptiones ac nobiliora ſanctorum ſepulcra illuſtrantur, & quam plurimæ res eccleſiaſticæ iconibus graphice deſcribuntur. *Conringius* in Diſcuſſ. Philanth. p. 212. obſervat, cryptas romanas uſque ad ſæculum IX, fatente Onuphrio, fuiſſe frequentatas. Similiter Io. *Herbinius* dedit Kiioviam ſubterraneam, cum figuris, Ienæ 1675. 8.

Paul. *Aringhus*, romanus, Congregationis oratorii in urbe patria presbyter, imperfectos *Boſii* & *Severani* labores conſummavit, atque ad illud faſtigium perduxit, ut Io. Bapt. *Caſalius* in ep. ad Iac. Phil. *Thomaſium*, libro de veteribus ſacr. Chriſtianor. ritibus præfixa, opus luculentiſſime auctum, *Reineſius* ep. XXXV. ad C. A. *Rupertum*, ad hiſtoriam eccleſiaſticam proficuum unice, in primis ad Baronianos annales illuſtrandos, ſupplendos, emendandos; & *Morhoſius* Polyhiſt. T. III. lib. IV. §. 18. optimum librum, in quo multa ſunt ad eccleſiaſticas antiquitates ſpectantia, appellare & laudare potuerit. Tandem caducam hanc vitam clauſit anno 1676.

LXXXI. Ioſ.

LXXXI.

Ioſ. Iuſti SCALIGERI Theſaurus temporum, ſive EVSEBII Pamphili chronicorum canonum libri II. interprete *Hieronymo*, cum Continuatione aliorum auctorum, eiusdemque Euſebii utriuſque partis chronicorum canonum reliquiæ græcæ: cum Ioſ. Iuſti Scaligeri notis & caſtigationibus in latinam Hieronymi interpretationem & græca Euſebii, nec non iſagogicorum chronologiæ canonum libri III. Lugduni Batavorum 1606. Ex bibliotheca Herm. *Conringii*, qui paſſim aliqua adſcripſit. Auctores derelicta ab Euſebio & Hieronymo continuantes ſunt PROSPER Tiro, VICTOR epiſcopus tununenſis, IOANNES abbas, IDACIVS, MARCELLINVS Comes, & AFRICANVS. Euſebii Chronicorum canonum pars poſterior vocatur *Canon chronicus*. Græca, quæ Scaliger habet partim a *Georgio*, Taraſii patriarchæ ſyncello, partim a *chronologo* innominato, partim a Georgio *Cedreno*, ſunt ſequentia: *Euſebii* Canonum prior & poſterior pars: Compendium temporum auctoris innominati ab Adam primo homine ad annum XX. imperii Heraclii cum Conſulibus, opus ultiſſimum, quamquam ſcriptoris idiotæ, quod Onuphr. *Panvinius* Faſtos ſiculos inſcripſit: Chronographia NICEPHORI: *Ἱστοριῶν συναγωγή*, Collectanea hiſtoriarum partim ex iis ſcriptoribus, qui nondum editi ſunt, partim ex iis, qui editi; penus, uti *Scaliger* iudicat, antiquæ memoriæ locupletiſſimum, totum fere Euſebium illuſtrans. In Prolegomenis *Scaliger* multa egregia adfert, videlicet, Euſebium totum fere Africani chronicon in ſuum tranſcripſiſſe: LXX. interpretes alterum Kainanem adverſus fidem hebraici codicis tam Iudæorum, quam Samaritarum, inter Arphaxad & Sela inſeruiſſe: ab Adam ad Chriſtum tantum quinquies mille trecentos ſeptuaginta annos intereſſe: inter baptiſmum & reſurrectionem Domini IV. fuiſſe paſchata: Chriſtum moriente Herode bimulum fuiſſe: anno XV. Tiberii baptizatum: intra ſeptennium Kaiphæ paſſum. Inde enumerat errata Euſebii in opere chronologico, & Hieronymi in verſione commiſſa; utrumque tamen, ut viros præſtantiſſimos, magnis extollit laudibus, & beneficia ab ipſis litterato orbi præſtita, erratis longe antecellere adfirmat: porro ſermonem inſtituit contra temerarios confutatores

tores & calumniatores; atque in laude Aug. *Thuani* finem orationis facit. Prolegomenis hiſce ſubiunguntur carmina *Baudii*, Dan. *Heinſii*, & Hug. *Grotii*, nec non Teſtimonia veterum de Chronicis Euſebii.

In Euſebii Chronic. libro poſter. p. 181. Anno Domini *CCCXXII.* Alexandriæ decimus octavus epiſcopus ordinatur Alexander, a quo Arius presbyter de eccleſia deiectus.

Erat annus *CCCXIII.* ſi credere volumus *Ittigio* in Hiſt. concil. nicæni §. 14.

In Marcellini Chronico p. 36. *Convicta* gens Bulgarorum deprædata ſæpe Thraciam.

Conringius, ſicut ſua adſcripſit manu, legere mallet, *Iuncta.*

In lib. III. Canonum iſagog. *Scaligeri* p. 281. Diodorus ſiculus XXXV. reges Aſſyriorum numerat a Nino ad Arbacem, qui illud imperium evertit. *Σαρδαναπαλος δε*, inquit, *τριακοστος μεν και πεμπτος απο Νινου του συστησαμενου την ηγεμονιαν. Ita codex Georgii Syncelli habet.*

Vereor, ne *Scaligerum Syncellus ille fefellerit, Conring.*

Ib. p. 314. Multa mendorum portenta ſunt apud illum ſcriptorem (*Oroſium:*) ut quum dicit *quinquaginta* Aſſyriorum reges fuiſſe. item quum coniicit caſum Sardanapali in *annum LX*, ante urbem conditam.

At ille habet *annum LXIV*, lib. I. c. 19.

In *Animadverſ.* in Chronologica Euſebii p. 7. Liber Iobi non eſt mixtus ex hebraiſmo, ſyriaſmo, & arabiſmo, ut *Hieronymo* videtur: *merus* enim *hebraiſmus eſt*. Idem etiam habet

In hoc magnus vir fallitur; cum certum ſit, *librum Iobi arabiſmis quam plurimis ſcatere*, ideoque a doctiſſimo *Bibliandro* Arabum theologus alicubi appellatur. *Colomeſius* 144.

Vide

Scaliger in Prolegom. in Chrologica Euſebii, p. 22. ** iiiij.

Pag. 226. *Prior uxor* CONSTANTII Chlori *erat Minervia*, mater Criſpi Cæſaris, quam dimittere coactus eſt, quum Theodoram privignam Herculii duxit uxorem, ſororem uterinam Maxentii, matre Eutropia.

Vide, quam non parvæ ſint hallucinationes maximorum virorum! Quis Scaligerum docuit, Minerviam fuiſſe ConſtantiniChlori coniugem, Criſpum eiusdem filium? Minervia ſeu *Minervina*, CONSTANTINI M. *uxor*, *ſeu concubina fuit; quæ illi peperit Fl. Iul. Criſpum.* Chriſt. Ad. *Rupertus* Obſervat. in Synopſ. Beſoldi minor. c. 15. p. 376.

Ibid. In nummis: FL. VAL. CONSTANTINVS NOB. CAES. &: CONSERVATOR. AFRICAE. SVAE. &: CONSERVATORES. KART. SVAE. R. K. Δ. Hoc mihi tenebricoſius eſt cimmeriis tenebris: nam *hiſtoria nulla refert, aut eum Cæſarem a Galerio dictum, aut unquam in Africa fuiſſe.*

Neque vero numi dicunt, Conſtantinum a Galerio Cæſarem appellatum, ſed *Cæſarem nobiliſſimum* dicunt, & recte: nam quamvis Conſtantinus, patre defuncto, imperium revera ſuſceperit, tamen Cæſaris appellatione contentus, *Imperatoris & Auguſti nomen tum demum recepit, cum Flaviam Maximianam Fauſtam, MAXIMIANI Herculei filiam, uxorem duceret.* Ceterum, quia *cum Imperio paterno ſimul adeptus eſt Africam*, recte etiam Conſervator Africæ appellatur, *Rupertus* l. c. p. 379.

Equidem hoc opus Scaligeri omni laude dignum eſt, nec immerito ſcribit G. *Calixtus* in Appar. theol. 178. Mihi (quod ad chronologiam attinet) in plerisque placet Ioſ. Iuſt. *Scaliger.* Cui adde *Caſaubon.* in ep. 811. ad Io. *Vaſſanum*, & G. *Richteri* Epp. p. 78. & *Hottinger.* Bibliothecar. 315. at *Rupertus* tamen in Obſervat. in Synopſ. min. Beſoldi p. 378. annotat, Scaligerum in ſenectute,

memoria ſua fretum, non conſultis diutius libris, calamo uſum eſſe, atque ſic etiam in opere Euſebiano multas commiſiſſe hallucinationes, interim eius merita & nomen merito ſuſpicienda eſſe. Scaliger hoc opus ſecunda cura emendavit & auxit, idque in extremis agens Fran. *Gomaro* commiſit, ut ſecundam eius editionem adornaret; ſed quo illud pervenerit, non liquet. *Cren.* Animadverſ. P. XV. 109. *Hottingerus* tamen Bibliothecar. l. c. Genevæ A. 1629. prodiiſſe autumat.

Victor, epiſcopus tununenſis in Africa, quem alii tunnunenſem, aut tononenſem, & vitioſius tmuenſem, turonenſem, cummunenſem, commenenſem, aut cemenſem vocant, ob acerrimam Trium capitulorum defenſionem, IVSTINIANI Imp. iuſſu in Ægytum relegatus, deinde autem inde revocatus, & in monaſterium aliquod urbis CPtanæ detruſus, in eodem animam exhalavit anno 566. Scripſit Chronicon ab O. C. uſque ad A. C. 565. quo IVSTINVS II. ad Imperium acceſſit, ſed prima eius pars interiit, ita ut hodie tantum ſuperſit pars poſterior, incipiens ab A. 444. quæ primum ab Henr. *Caniſio* fuit edita, poſtea vero, uti in præſenti habemus volumine, emendatior a Ioſ. Iuſto *Scaligero*. *Iſidorus* de Hiſtor. eccleſ. c. 25. vocat illud brevem per conſules bellicarum & eccleſiaſticarum rerum nobiliſſimam hiſtoriam. *Labbe* T. II. 463. *Olear.* P. II. 224. *Neu* in Acceſſ. ad *Whear.* 157.

Ioannes, gente gothus, natus Scalabi in Luſitania, per ſeptennium CPli verſatus, litteraſque græcas & latinas edoctus, poſtea vero in Hiſpaniam reverſus, & poſt novennalem LEVIGILDI, Regis ariani, proſcriptionem, a RICHARDO Weſtgothorum rege abbas monaſterii biclarenſis, quod vulgo Valclaram vocabant, ad Pyrenæorum montium radices, indeque epiſcopus eccleſiæ gerundenſis, floruit ſub initium ſæculi VII. ſcripſitque Chronicon, quod eſt appendix Chronici Victoris tununenſis, ab anno primo IVSTINI II. atque ad annum IIX. MAVRITII Imp. h. e. ab A. C. 566. ad 590 idque primus edidit Henr. *Caniſius*, ſed *Scaliger* in noſtro volumine emendatius. *Labbe* T. I. 517. *Olear.* T. I. 373. *Neu* l. c.

Idacius ſive *Itacius*, Lemici in Gallæcia natus, & aquiflavienſis eadem in provincia epiſcopus, diſtinguendus ab Ithacio, ſoſſubenſi ſive oſnabenſi epiſcopo, item ab altero epiſcopo Idacio, qui

con-

concilio cæſar-auguſtano interfuit, præter Chronicon, quod ab A. 379. ad A. 467. perductum, & æque hic a *Scaligero*, atque ab Henr. *Caniſio*, Andr. *Schotto* & Prud. *de Sandoval* imperfectum ac mendoſum, a Iac. *Sirmondo* autem integrius & emendatum editum eſt, ſcripſit Faſtos conſulares ab AVRELIANI Imp. anno primo ad annum HONORII Imp. ultimum, h. e. ab A. C. 270. ad 423. quorum partem edidit Iac. *Sirmondus*, integros autem *Labbeus*. Vide hunc ipſum T. I. 496. *Voſſ.* de Hiſtor. lat. 73. *Olear.* T. I. 362.

Marcellinus, Comes illyricianus, IVSTINIANI Imp. adhuc patricii cancellarius, ſcripſit Chronicon rerum ſub orientali maxime Imperio geſtarum, ab A. 379. ubi *Hieronymus* deſierat, uſque ad 535. (quæ ultra progrediuntur, ſunt diverſi auctoris) idque corruptum ac mutilum evulgatum eſt ab Ant. *Schonhovio*, *Panvinio*, *Bignao*, *Scaligero*, caſtigatiſſime autem a Iac. *Sirmondo*. *Olearius* T. I. 463. *Neu* in Acceſſion. ad Whear. 156.

Sextus *Iulius* Africanus, Libya oriundus, (unde ei *Africani* cognomen adhæſit) Origenis diſcipulus, primus chriſtianorum chronologiæ fontes recluſit, quo nomine etiam a *Scaligero* in Prolegom. in Theſaur. temp. * iij. & *Voſſio* de Hiſt. græc. l. 2. c. 15. laudatur, ſcripto Chronico (quod *Euſebius* exſcripſit) ab O. C. ad annum Chriſti 220. Sicut autem *Scaliger* eius reliquias, cum Euſebii & Syncelli partibus confuſe edidit, ita Iac. *Goarus* ſollicite diſcriminavit in ſua editione. Cetera utrum Africanus hic idem ſit cum ſcriptore *των Κεϛων*, vel diverſus, adhuc in dubio eſt apud eruditos. Ad M. Aurelium Antonium, cognomento Elagabalum, legatione functus eſt pro inſtauratione urbis Emmanutis, quæ poſtea Nicopolis appellata, adeoque floruit ſæc. III. *Labbe* T. I. 657. *Olear.* T. I. 422. *Neu* l. 2. 255.

Nicephori, Patriarchæ CPtani Hiſtoriam tripartitam primus græce edidit hoc in volumine *Scaliger*, latine autem interpretatus eam eſt *Anaſtaſius* bibliothecarius, quam commentario illuſtravit Ioach. *Camerarius*, ſicut Ant. *Contius*, & Marg. *Bignaus* notis inſtruxerunt, donec Iac. *Goar* eandem græce & latine iuxta cum Syncelli Chronico in lucem produxit. Quæ editio reliquis præſtat.

Digitized by Google

LXXXII.

Ioſ. Iuſti SCALIGERI de Emendatione temporum libri IIX. Francofurti 1593. E bibliotheca Mart. *Beerii*. Melior editio, iudice *Crenio* Diſſert. I. de libris ſcriptor. opt. p. 15. eſt genevenſis de A. 1629. Hoc opus in titulo dicitur novum, abſolutum, perfectum, in quo præter dierum civilium, menſium, annorum, & epocharum cognitionem exactam, doctrinam accuratam, priſcorum temporum methodus, ac novorum annorum forma, aut ipſorum veterum emendatio examinanda & dignoſcenda acute proponatur. In Prolegomenis agit de inſtituto, ratione & progreſſu huius operis, docens, antiquiſſimam anni formam eſſe eam, quæ in menſes æquabiles annum deſcribit, eaque pleramque omnem Græciam uſam eſſe, & ab ea omnem Olympiadum rationem dependere, Chriſtumque non anticipaſſe paſcha ultimum, verum id manducaſſe deſinente tertia decima menſis Niſan cum Iudæis, prout illi temporibus Chriſti paſcha comedere ſolebant: in ipſo autem opere lib. 1. de anno æquabili minore, lib. 2. de anno lunari, 3. de anno æquabili maiore. 4. de anno ſolari. 5. & 6. de epochis, 7. de computis annalibus X. nationum, 8. de anno coeleſti & tropico. Hoc opus Thom. *Erpenius* in orat. de lingu. hebr. & arab. vocat immortalitate digniſſimum; *Caſaubonus* tale, in quo ut ut auctor non aſſecutus ſit ſemper, quod quærebat, tamen ea præſtitiſſe, quæ iuſtam admirationem doctis æſtimatoribus non poſſint non exprimere; Phil. *Munckerus* admirandum; *Crenius* diſſert. I. de libr. ſcript. opt. p. 12. & *Whear* Relect. hyemal. ſect. XXXIV. p. 137. incomparabile, nobiliſſimum, maximum, & in primis eius viri habendum. Id tamen explicare & refutare nullus dubitavit *Petavius* in opere de doctrina temporum: de quo *Clericus* Biblioth. choiſ. T. II. 186. Et iuxta eundem *Clericum* (in Parrhaſian. p. 363. Scaliger ſæpe coniecturis indulſit, & inde formavit conſequentias. At *Schurzfleiſchius* Epp. arcan. T. II. 197. gloriam ei tribuit excogitatæ artificioſæ temporum periodi.

Petri GALATINI de Arcanis catholicæ veritatis libri XII. cum Io. REVCHLINI Cabala, ſeu ſymbolica receptione. Francofurti 1612. Recuſi ibidem A. 1672. In præfat. venditantur pro commentario in omnia difficilia V. Ti loca, & ſolida refutatione iu-

iudaicæ perfidiæ. Ipſe autem auctor in ep. dedicator. ſeſe ait ad illud ſcribendum acceſſiſſe, non modo ut Iudæos refutaret, ſed etiam ut Reuchlini doctrinam adverſus temerariam improborum inſcitiam defenderet. Agit autem in 1. libro de Talmud, & ad ipſum pertinentibus: in 2. de divinarum perſonarum trinitate, divinæ eſſentiæ unitate, ac divinis nominibus: in 3. de Filii Dei incarnatione & Meſſiæ divinitate: in 4. de primo Meſſiæ adventu: in 5. de argumentis Iudæorum, Chriſtum veniſſe negantium: in 6. de humani generis redemptione & ſalute, propter quam Chriſtus venturus erat: in 7. de ſanctiſſima matre Chriſti: in 8. de Meſſiæ myſteriis: in 9. de Iudæorum reprobatione, & gentilium vocatione ac ſalvatione: in 10. de novæ legis inſtitutione, quæ per Meſſiam condenda erat: in 11. de veteris legis divinæ ceſſatione in adventu Noæ: in 12. de ſecundo Meſſiæ adventu. Atque hi libri ſcripti ſunt in forma dialogi, in quo colloquuntur Galatinus, Capnio, & Hogſtratus. Cabbala autem *Reuchlino* eſt divinæ revelationis ad ſalutiferam Dei & formarum ſeparatarum contemplationem traditæ ſymbolica receptio, quam qui cæleſti ſortiuntur afflatu, *Cabbalici* dicuntur. Sed *Reuchlinus* a iudæis deceptus, nimium tribuit huic chimæræ, quæ originem debet philoſophiæ pythagoricæ. Rich. *Simon* P. I. de la Biblioth. choiſ. 323. Io. Mich. *Lang* præfat. in Medull. veri chriſtian. *Reuchlini* autem compilator, notante *Carpzovio* in Introd. in Theol. iudaic. (vide *Acta erudit.* A. 1687. 632.) eſt Archangelus *Burgonovenſis*.

Lib. I. cap. V. p. 19. Totius Talmud partes quidem primordiales ſunt ſex, libri vero *ſexaginta*, capita autem quingenta *triginta duo*.	*Buxtorfius* in Recenſ. oper. talm. Abbreviaturis Hebr. ſubiuncta, p. 246. numerat libros ſeu מסכתות *Sexaginta tres*, Galatino tres Bavas accipiente pro libro uno, librumque מכות annumerante libro Sanhedrin; capita autem ſive פרקים quingenta *viginti quatuor*.
Ib. cap. VIII. p. 27. *Ticcun ſophrim*, ſeu aptationes & correctiones ſcribarum, *ſunt depravationes Scripturæ S.* non qui-	Hæc omnia refutantur a *Glaſſio* philol. S. lib. I. 41. & *Clerico* in Gen. 18, 22.

dem malo animo, ſed propter rationes probabiles factæ, interim *nullo modo probanda.*

Petrus *Galatinus*, apulus, ordinis Minorum, compilator non Raymundi Martini, qui anno 1278. Pugionem fidei ſcripſit, nec Raymundi a Sebunde, nam hic plane alius eſt, ſed Porcheti Salvagi aut de Silvaticis, genuenſis & carthuſiani, (qui A. 1315. claruiſſe dicitur, & Victoriam contra iudæos ſcripſit, multaque ſe a Raymundo Martino accepiſſe fatetur. *Gholin.* P. I. 385. Iac. *Thomaſ.* de Plag. liter. §. 437. *Wharton* Append. ad Cav. 11) &, teſte *Wagenſeilio* ad Sotam p. 202. e iudæo chriſtianus, floruit A. 1516. nec ipſe vidit editam Salvatici Victoriam, ſed ſcripta tantum uſus, aut potius abuſus eſt. Præterea ſcripſit Commentarium in Apocalypſin, tractatum de recta S. Scripturæ interpretatione, aliumque de Eccleſia inſtituta & deſtituta; quorum editionem *Waddingus* promiſit. *König* 326. Io. *Morinus* Exercit. bibl. l. 1. c. 2. *Olear.* T. I. 267. *Cave* P. I. 514. *Scaligerana* 162. 366. *Cartvvright* præfat. in Annot. in Gen. d. *Cren.* T. I. Methodor. 528. I. *Moller* Hypomnem. ad Morhofii Polyhiſt. T. III. 126.

Rich. MONTACVTII Antidiatribæ ad priorem partem Diatribarum Iul. Cæſ. *Bulengeri* adverſus Exercitationes Iſ. Caſauboni. Francofurti 1625. Defenduntur in hoc ſcripto, quod rerum varietate & ſtili gravitate elegantiaque ſe commendat, Exercitationes Caſauboni, multumque diſputatur contra Annalium conditorem, ſed modeſte & graviter. In ſpecie autem agitur de rom. Pontifice. p. 31. de monarchia illius. p. 77. de poteſtate rom. pontificis regna dandi & auferendi. p. 88. de B. Petri patrimonio. p. 95. de reformationis neceſſitate. p. 103. de poteſtate ligandi & ſolvendi. p. 133. de Chriſti vicariis, eos ex æquo eſſe omnes epiſcopos. p. 138. de prima fide populis chriſtianis reddenda. p. 143. Et pag. 270. ſequitur Expoſtulatio cum *Roſvveyde* de loco Matth. 16, 17.

Rich. *Montacutius*, qui anglice dicebatur *Mountague*, primum canonicus vindeſorienſis, ac poſtea epiſcopus ciceſtrienſis, ſive, ut *Hyde* ſcribit, ciſſaceſtrienſis, tandemque epiſcopus norvicenſis, ſcripſit etiam, IACOBI Reg. Angliæ iuſſu, Analecta eccleſiaſticarum exercitationum, Apparatum ad origines eccleſiaſticas, Originum

ec-

eccleſiaſt. Tomum primum, quem inſcripſit *Theanthropicum* eo, quod in eo agitur de vita Chriſti τῦ θεανθρώπε, & ſecundum, Notas in 2. invectivas *Gregorii nazianzeni*, Verſionem & notas ad *Photii* epiſtololas, tractatum anglicanum de Invocatione ſanctorum, & alia, de quibus videatur *Hyde* in Catal. libror. biblioth. Bodlei. P. II. 465. obiitque A. 1641. Accuſatur a *Tribbechovio* in Prolegom. in Exerc. ad Baronii Annales p. 2. impotentis ac inconſtantis animi, ſicut *Voetio*, *Riveto*, *Vſſerio*, *Ittigio*, & *Reiskio*, quos larvatus in Cenſura eclogar. I. F. Mayeri p. 68. allegat Critopulus, favoris erga ſuperſtitiones pontificias; ſed moderatio ſæpius in ſuſpicionem colluſionis venit, legendumque in primis, quod ipſe habet Montacutius harum Antidiatrib. p. 199. & Gul. *Forbeſius* 327. Neque vero hoc ſcribo, quaſi quintumviros illos refutare velim, ſed ut cautum reddam lectorem, ſi forte eruditiſſimus auctor noſter ab illa culpa immunis eſſet.

LXXXIII.

PHILONIS iudæi Opera, ex interpretatione Sig. GELENI, partim ab Adr. *Turnebo* partim a Dav. *Hæſchelio* edita & illuſtrata. Francofurti, aut potius Wittebergæ 1691. Quæ antea prodierant Pariſiis A. 1640. Sunt autem ſequentia: De mundi opificio: Legis allegoriæ, ſive commentarius in Geneſin: de Cherubim & flammeo gladio, nec non *Caino*: de ſacrificiis *Abelis* & *Caini*, inſidiis deterioris, agricultura, plantatione, temulentia: de verbis Gen. 9, 24. *Evigilavit Noë*: de gigantibus, Dei immutabilitate, & confuſione linguarum: de *Abrahamo*, ſive legibus non ſcriptis, migratione Abrahami, congreſſu comparandæ liberalis eruditionis gratia, de profugis ſive fuga *Hagaris*, herede rerum divinarum, *Ioſepho*, divina immiſſione ſomniorum, (cuius argumenti V. a Philone ſcripti ſunt libri, ſed I. IV. & V. interciderunt. I. A. *Fabricius* B. gr l. 4. p. 109.) de vita *Moſis*, caritate, Iudice ſeu vitando falſo teſtimonio, creatione Principis, (per ſuffragia, non per ſortem) & fortitudine: (ſcripſerat Philo de III. virtutibus, Fortitudine, φιλανθρωπία ſeu Caritate, & Reſipiſcentia) de Decalogo, & legibus ſpecialibus, quæ referuntur ad præceptum III. IV. V. VI. & VII. Decalogi, de circumciſione, monarchia, ſeu uno colendo Deo, de præmiis ſacerdotum & honoribus, animalibus

libus ſacrificio idoneis & victimarum generibus, victimasque offerentibus, mercede meretricis non accipienda in ſacrarium, libertate eius, qui virtuti ſtudet, & vita contemplatiua, ſive hominibus utriusque ſexus contemplativam & ſolitariam vitam agentibus, quos *Therapeutas*, feminas autem, eidem addictas philoſophiæ, *Therapeutridas* appellat, quod animæ quandam medicinam & cultum Dei ſingularem profiterentur; iique, de quibus hic agitur, non erant chriſtiani, ſed iudæi, egregie hoc docente Io. Alb. *Fabricio* l. c. p. 115. & Sal. *Deylingio* Obſervat. ſacr. P. III. 450. atque hic liber Iac. *Baſnagio* Hiſt. iud. T. VI. 339. videtur ſcriptus a Philone ante ipſius ad CAIVM legationem, paulo ante Bruti mortem; quo tempore doctrina chriſtiana nondum prædicata fuerit in Ægypto: præterea de nobilitate, præmiis & pœnis, exſecrationibus, mundi incorruptibilitate, qui liber in calce mutilus: in Flaccum Ægypti præfectum, atrociſſimumque Iudæorum hoſtem & perſecutorem, ſed & ideo pœnas dantem, a CAIO quippe deiectum, in exilium pulſum, ac denique interfectum: de virtutibus (ſub quibus CAII Imperatoris vitia perſtringit) & legatione ad eundem: qua quidem iam ſenex functus eſt A. C. 40. miſſus a Iudæis alexandrinis, ut tueretur ius civitatis & proſeucharum, quo per accuſationes Apionis, propter negatum imaginum Imperatoris cultum videbantur privandi; atque huius libri pars deeſt poſtrema: præterea, de mutatione nominum in quorundam ſcriptis, legis allegoriis poſt VI. dierum opus, divina ſomniorum immiſſione, mundo, ſeptenario & feſtis diebus, ac providentia Dei. Sed hic præſens ordo, atque hæc diſtributio librorum Philonis minime eſt probanda, ac ſpe erigimur, † Ericum *Benzelium*, V. CL. daturum meliorem in nova eaque pleniore operum Philonis editione. Porro notabis, libellum de Mundo non eſſe Philonis, nec II. Fragmenta de providentia, ſed Michaëlis *Apoſtolii*; nec Breviarium temporum, aut librum de Genealogia Chriſti, ſed *Annii* viterbienſis; nec Antiquitates ab Adamo uſque ad Saulis mortem. *Placcius* de Pſeudon. 501. & I. Alb. *Fabricius* 116. M. *Canus* LL. theol. l. XI. c. 6.

Philo

† *Acta erudit.* A. 1602. 144. Auctor *Extract. menſtr.* (der monatl. Auszugen) A. 1702. m. Ian. p. 73. I. Alb. *Fabricius* B. gr. l. 4. c. 4. p. 106.

Digitized by Google

De mundi opificio, p. 16. Dixit Deus, *Faciamus hominem*: quod indicat,aſſumtos alios,tanquam cooperatores, *ut irreprehenſibiles tam voluntates, quam actiones hominis recte ſe gerentis acceptum ferantur Deo rectori omnium; contraria vero aliis ipſi ſubditis.*

Philo in verbis tam paucis, tum in aſſignando Deo creatori *cauſas creandi ſuccenturiatas*, tum circa *originem pravarum, quæ in homine ſunt, cupiditatum*, atque *adverſus illarum in Adamo carentiam*, non ſolum in ſacras literas, ſanamque rationem, ſed & ipſa Iudæorum magiſtrorum placita, multis peccavit modis. I. C. *Wagenſeil* in Confut. carm. Lipman. 133.

Lib. de Ioſeph p. 555. *Tempore Ioſephi*, primi inter Regis ægyptiaci miniſtros, *nondum discumbendi mos receptus erat.*

Ego Philoni in hac obſervatione non multum tribuo: nam ibi Ioſephus excipit fratres, *ut homines peregrinos & frugi* moris erat excipere, non ut homines lauti & *τρυφηλοὶ* eius ſeculi celebrabant convivia. Adde, quod *verbum* ישב *etiam de iis dicatur, qui decumbunt in lectis triclinaribus.* Iſ. *Caſaubon.* Exercit. XVI. n.36. p. 432.

Lib. I. de vita Moſis p. 634. *Iudæi ex pluvia manna ſimul diſcebant obſervationem ſabbati*: cum enim iam dudum quæſiſſent, quis eſſet mundi natalis, quo hoc univerſum abſolutum eſt, rem a ſuis maioribus ignoratam tandem didicerunt, non ſolum *oraculo*, verum etiam *argumento manifeſtiſſimo.*

Scimus quidem ex *Ex.* 16. perquam optime, primum ſabbatum, quod Iudæi feſtum egerunt, ſeptimum poſt deſcenſum mannæ diem fuiſſe; ſed ſimul hunc fuiſſe ſeptimum conditi orbis per viciſſitudines revolutum diem, *id nuſpiam proditur. Wagenſeil* l. c. 566.

P. 638. Vvarum Palæſtinæ *unam* exactam ſuſpenderunt (exploratores hebræi) e vecte medio,

Hæc *hyperbolica* videntur. I.Henr. *Bæcler* Diſſertat. T. II. 652.

cuius extrema *impoſuerunt humeris duorum iuvenum*, atque ita deportabant, *aliis poſt alios propter pondus ſuccedentibus.*

Philo, nativitate alexandrinus, religione iudæus, e familia ſacerdotali, probe diſtinguendus ab aliis Philonibus, (quorum catalogus habetur apud ſæpius excitatum *Fabricium* p. 118.) Platonis philoſophia & facundia probe, immo illa nimium imbutus, unde ei nati errores de materia, qua Deus ad condendum uſus ſit mundum, de ſole & aſtris intelligentia præditis, de mundi incorruptibilitate, natumque dicterium, *Aut Plato philoniʒat, aut Philo platoniʒat*, allegoricum in Scripturæ interpretatione ſenſum præcipue, minimeque laudando conſilio ſectatus, atque ita *Origeni* præludens, floruit ſeculo a nato Chriſto I. ſub Imp. CAIO Caligula & CLAVDIO. *König* 633. *Cave* Hiſt. lit. 10. *Ancillon* Mel. crit. II. 86. 412. Io. Alb. *Fabricius* B. gr. l. 4. c. 4. Pagan. *Gaudentius*. de philoſoph. apud Romanos c. 57. A *Lambecio* vocatur acutiſſimus ſimul ac diſertiſſimus ſcriptor; atque a *Baclero* eloquentiæ Platonis æmulus, philoſophus practicus, exquiſitæ doctrinæ, rectique iudicii, quotiens allegoriis non immergitur. Vide *Magirum* 656. *Pope-Blount* 102. & teſtimonia *Ioſephi*, *Euſebii*, *Hieronymi*, *Photii* & *Suidæ*, quæ volumini noſtro præmittuntur.

LXXXIV.

Fl. IOSEPHI Opera omnia, græce & latine. Coloniæ 1691. Oxoniæ e theatro Sheldoniano A. 1700. prodiit editio nitida, caſtigata, & eruditis illuſtrata notis, ſed manca & mutila. Io. *Hudſonus* ſpem abſolvendi facit operis, cum notis I. A. *Boſii* & Sam. *Petiti*: idemque dicuntur moliri non minus clari viri, Io. *Boivinius* Lutetiæ Pariſ. & Iac. *Gronovius* Lugduni Batavorum. Interea nos ipſa luſtremus opera. Illa ſunt, 1) Antiquitatum iudaicarum libri XX. a C. M. uſque ad bellum cum Romanis iudaicum, Sigiſm. *Gelenio* interprete. 2) de bello iudaico libri VII. *Rufino* aquileienſi interprete: ubi etiam ultimum ſanctæ urbis excidium narratur. Et hæc narratio, uti Hermanno *Von der Hardt* de Antichriſto p. 133. videtur, eſt optimus in Ioannis Apocalypſin commentarius. 3) Vita Ioſephi a prædicto ſcripta interprete *Gelenio*.

4)

Digitized by Google

4) Adverſus Apionem libri II. de antiquitate gentis iudaicæ, cum verſione antiqua a *Gelenio* emendata. Et iudaicæ quidem gentis antiquitatem ex ipſis Græcorum monumentis ſummo acumine ac eruditione propugnat. 5) de Maccabæis, ſeu imperio rationis, cum paraphraſi *Eraſmi* roterodami. Eſt panegyricus in Maccabæos, in quo differit de martyrio Maccabæorum, & eloquentiæ ſuæ flumen effundit. Hæc noſtra operum Ioſephi editio, curata a Io. Alb. *Fabricio* Lipſiæ, quamvis Coloniæ nomen præ ſe ferat, (vide ipſum Biblioth. gr. l. 3. c. 11. p. 317. lib. IV. c. 6. p. 245. *Acta erudit.* A. 1691. 244.) Prolegomenis & Appendice eſt auctior. In illis, quorum auctor eſt Thom. *Ittigius*, agitur de multorum curis in Ioſephum promiſſis & exſpectatis, ut *Bertrami*, Ioſ. Iuſti *Scaligeri*, Iſ. *Caſauboni*, *Cunai*, *Petiti*, *Bigotii*, *Baecleri*, *Noldii*, Ger. *Voſſii*, *Coccoii*, *Schotani*, I. A. *Boſii*, Steph. *Monachii* (Le Moyne) & Ed. *Bernardi*: de Ioſephi libris ſervatis, eiusdemque promiſſis & deperditis, nec non pſeudepigraphis: de Ioſephi editionibus græcis: de eiusdem interpretibus & editionibus latinis, ac verſionibus in alias linguas: de *Ioſepho ben Gorion*: de fragmentis Ioſephi, eiusque de Chriſto teſtimonio, quod habet pro adulterino, aut certe interpolato: de ſcriptorum Ioſephi utilitate, eiusque erroribus & nævis. Appendix continet 1) *Ariſteæ* librum de LXX. interpretibus, ex verſione Matthiæ *Garbitii*. 2) Notas in Epitomen Ariſteæ, quæ legitur libro XII. Antiqq. Ioſephi. 3) Librorum Ioſephi de Bello iud. item libelli de Maccabæis Varias lectiones ex MS. paulino collectas. 4) Libelli de Maccabæis verſionem latinam auctore Fran. *Combefiſio*, cum eiusdem animadverſionibus. 5) Fragmentum ex libro περὶ παντὸς de Vniverſo, ſub Ioſephi nomine quondam a Dav. *Hæſchelio* editum, cum verſione Stephani *Le Moyne*. Librum autem illum *Lambecius* Caio presbytero tribuit, *Cave* Hippolyto cuidam. Vide *Placcium* de Pſeudon. 391. An vero Hiſtoria de LXX. interpretibus genuinus *Ariſteæ* fœtus ſit, ambigunt ſcriptores, & alii quidem, ut *Bellarminus*, *Baronius*, Nic. *Le Nourri*, adfirmant, alii, ut Leo *a Caſtro*, Alph. *Salmero*, Iul. *Bartoloccius*, Scip. *Sgambatus*, Rich. *Simon* Hiſt. crit. V. T. l. 2. c. 2. *Petitdidier* Diſſert. in Scripturam V. T. p. 49. Ioſ. Iuſt. *Scaliger* Scaligeranor. p. 31. G. Ioan. *Voſſius* de Hiſtor. gr. l. 1. c. 15. Rob. *Cocus* in Cenſ. quorund. ſcriptor. p. 1. *Hottinger* Theſaur. philol. 292. Iſ. *Voſſius* de LXX. in-

terpr. c. 4. & in Appendice, Henr. *Wharton* Auctar. Hiſtor. dogmat. Iac. Vſſerii de ſcript. & ſacris vernac. p. 317. Humfr. *Hody* & Ant. *Van Dale* in peculiaribus de hoc argumento Diſſertat. recenſitis in *Actis erudit.* A. 1686. 205. & A. 1705. 507. *Magirus* Eponymol. crit. 66. *König* 58. Io. Alb. *Fabricius* Biblioth. gr. l. 3. c. 12. Io. Fran. *Buddeus* Introd. ad H. P. E. 53. & Io. Chriſtoph. *Wolfius* Biblioth. hebr. p. 213. negant. Vide & *Placc.* de pſeudon. 75. Auctor fuerit *iudaus quidam alexandrinus, ad morem gentis ſua fabulis indulgens, & ad iudaici populi laudes, ipſiusque interpretationis graca praſtantiam evehendam, narrationem ſuam ſedulo componens; cuius atas & Servatoris noſtri & Ariſtobuli atatem ſuperet:* ſunt verba *Wolfii* p. 214. Denique ipſi operi præmittuntur veterum de Ioſepho teſtimonia & iudicia, ut *Euſebii Pamphili, Hieronymi, Sozomeni, Euagrii, Photii,* & Ioſ. *Scaligeri.* Quibus adde *Magirum* 477. *Pope-Blount* 131. M. *Canum* LL. theol. lib. XI. c. poſtr. p. 324. *Bochartum* l. 2. in Phaleg c. 26.

Antiqq. iudaic. l. 1. c. 3. p. 8. Sethi poſteri ſideralem ſuam ſcientiam, ne periret, *duabus columnis inſcripſerunt,* alteri lateritiæ, alteri lapideæ. Et *hac* (ut Ioſephus addit) *noſtris temporibus extat in terra Syria.*

Sethidas ſiderum contemplationibus, cum in otio viverent, deditos fuiſſe, vero quidem ſimile eſt; ſed quæ de inſcriptione, & duratione alterius narrantur, *vix merentur fidem.* H. *Conring.* Supplem. II. ad Diſſert. de Antiqq. academ. p. 206. I. Fr. *Buddeus* Introd. ad hiſtor. philoſ. Ebræor. 6. *Sainjore* T. II. de la Biblioth. crit. c. 23. p. 341. & *Clericus* T. XIIX. de la Biblioth. choiſ. p. 188.

Cap. XVI. p. 24. Modus devinciendi (apud veteres Ebræos) fuit talis: ſubditis ab altero alteri manibus *υπο τας μηρας ſub femora,* Deum ita teſtem invocabant eorum, quæ deſtinaverant.

Intelligendum hoc de porrectione manus. Herm. *Von der Hardt* de iuramento per carpum p. 32.

Moſi

Lib. II. c. V. p. 54. *Pyramidum* etiam inſanis ſubſtructionibus vexabant (Ægyptii) gentem noſtram (ſive Ebræos.)	Moſi ſermo eſt *de opere lateritio*, *Exod.* 2, 14. pyramides autem erant ſaxeæ. Henr. *Maſcampius* Inſtit. hiſtor. P. I. lib. III. c. 1. p. 56.
Lib. III. c. VI. p. 82. *Ex utroque longiore latere area* inerant anuli aurei duo, totum lignum penetrantes, & per eos vectes aurati utrinque traiecti.	Potius ex utroque *breviori* latere. *Lundius* Iud. heiligth. p. 33. *Deyling* Obſervat. ſacr. P. II. 434.
Cap. VII. p. 83. Candelabrum aureum erat diſtinctum globulis, liliis, malis punicis, craterculis, in univerſum *ſeptuaginta*.	Non niſi *uno & quadraginta* in univerſum ornamentis fuit inſtructum. Ioſ. Henr. *Opitius* Diſquiſit. de Candel. moſ. admir. ſtructura (in Actis erud. A. 1709. 33.
Lib. IV. c. IV. p. 110. Iuvencam rufam paulum ante caſtra productam *Pontifex* (ὁ ἀρχιερεύς) in loco puriſſimo mactavit.	Non Pontifex, ſed *aliquis e ſacerdotibus*. Ideoque Aaron munus hoc ipſe non ſubiit, verum Dei mandato iniunxit filio ſuo Elhazari, ut iuvencam educeret, ab alio ſacerdote mactandam. *Num.* 19, 1. 2. 3. *Lundius* 682.
Ibid. Quotquot poſthac funeſti purificatione opus habebant, paulum huius cineris (de combuſta vacca rufa) in fontanam immittentes, & hyſſopi ramulum intingentes, *aſpergebant ſe* die tertia & ſeptima.	Purus quis, ſacerdosne, an alius, aſpergebat eos, non autem ipſi polluti. *Num.* 19, 18. *Lundius* 683.
Cap. IIX. pag. 132. In ſacris voluminibus (Moſes) *ſcripſit ſe mortuum*, veritus, ne propter excellentem eius virtutem a Deo raptum prædicarent.	*A Moſe hoc caput eſſe* vult Ioſephus, ut & Philo lib. III. de vita Moſis. Quod tamen *adhuc dubium*. Io. *Clericus* in *Deut.* 34, 6.

Lib. V. c. X. p. 160. Nato infanti *Sampſon* eſt nomen inditum: *quod robuſtum ſignificat.*

Si hebraice doctus fuiſſet Ioſephus, nunquam ita loquutus eſſet: certiſſimum enim eſt, ea voce fortem non ſignificari. *Clericus* in Iud. 14, 24.

Cap. XI. p. 164. Id Bozus (Bohaz) apud Senatum conteſtatus, (videlicet Ruthæ cognatum nolle vindicare eius bona) iuſſit mulierem accedere illum, & iuxta legem calceum ei detractum *τυπτειν εις το προσωπον in faciem incutere.*

Legendum eſt *πτυειν exſpuere*, ſicut & Rufinus reddidit. Non autem mulier, ſed *ipſe cognatus* detrahebat ſibi calceum. Impegit etiam in hoc Ioſephus, quod *ius leviratus & ceſſionis*, de quorum illo agitur *Deuter.* 25. de hoc autem *Rutha* 4, 9. *confudit.* Io. *Clodius* diſp. de Ritu excalceandi in contractib. olim uſitato. §. 4. 5.

Lib. VI. c. XIV. p. 192. Michal ſtragulis *iecur capra* recens exemptum ſubiecit, diluculoque venientibus, *ex palpitatione iecoris*, Davidem ſubeſſe ægrotum perſuaſit.

Fabula hæc ſubſtructa eſt errori LXX. interpp. qui pro כביר [illegible]עזים *pelle capra*, qua ſtatua lecto impoſita fuit contecta, legerunt כבר iecur. Et quis docuit Ioſephum, hepar caprinum, mactato animali exemptum, eiusmodi motum edere? Io. Ant. *Van Dale* de divinat. idol. p. 661.

Lib. VII. c. V. p. 221, David contra Adrazarum Arachi, (Hadad-Hezerem Rechobi) filium monuit, *Sophenorum* (*της σωφηνης*) regem, cum quo *ad Euphratem* congreſſus eſt.

Sophene in fonte 2. *Sam.* 8, 3. dicitur *Tzoba*, quæ non fuit ad inclytum & magnum fluvium Euphratem, ſed *Cananaa proxima.* Io. *Oldermann* diſp. de fl. פרת p. 21.

Lib. IIX. c. II. p. 259. Templi Salomonei altitudo fuit cubitorum *ſexaginta.* — In circuitu templi erant *triginta* cellæ,

Hæc narratio *multis* eſt *erroribus* contaminata. Fortaſſis autem culpa eorum magis eſt danda *deſcriptoribus*, quam ipſi Ioſepho.

— & patebant ſingulæ in longum *viginti quinque* cubitos, ac *totidem* in latum, & *viginti* cubitis attollebantur. *Super has alia ſeries* cellarum erat exſtructa, ſuper quam rurſus aliæ, *omnes inter ſe numero & amplitudine pares*, ita ut coniunctæ inferius ædificium æquarent altitudine.

pho. *Lundius* 284.

Ibid. p. 269. Pharao *regem* Ægyptiis ſonat. Eorumque reges, uſque ad Salomonis tempora *per mille trecentos & amplius annos* Pharaones dicti ſunt. Poſt hos *mulier imperium arripuit*, quæ ab Herodoto vocatur *Nicaule, Ægypti ſimul & Æthiopia regina.*

Si Pharao regem ſignificat, mira foret ταυτολογία, quoties Scriptura dicit, *rex Pharao*. Vel ex Ioſephi hiſtoria colligere licet, *diluvium vix tanto tempore praceſſiſſe*. Regina ab Herodoto memorata vocatur *Nitocris*, eaque *in ſola Ægypto* regnavit. Et reges Ægypti *etiam poſt Salomonis tempora*, immo uſque ad captivitatem babylonicam Pharaones dicti ſunt. Sam. *Bochartus* in Phaleg l. 2. c. 26.

Lib. IX. c. XI. p. 318. Ionam ferunt a *ceto* devoratum, poſt triduum *in Euxinum pontum* revomitum, vivum & toto corpore illæſum.

Syriacum ſive cilicium mare, in quo Ionas devoratus a piſce, qui *canis Carcharias* ſiue *lamia* fuerit, & Pontus euxinus *tam ſunt diſſita*, ut tantillo temporis ſpatio vix unus e velociſſimis piſcibus tantum itineris emetiri potuerit. *Bochartus* Hieroz. P. II. lib. V. c. 12.

Lib. X. c. VI. p. 335. Hieremias *propheta* occiſo regi Ioſiæ epicedium ſcripſit lugubri carmine.

Non propheta, anatothenſis, ſed *Ieremias libnenſis*, Ioſiæ ſocer. Herm. *Von der Hardt* program. in Aben Eſram publ. recenſend. p. 15. 16.

Mar-

Lib. XIII. c. IX. p. 442. Phariſæi quædam, at non omnia, *fato* tribuunt, της ειμαρμενης ειναι λεγουσι εργον. Eadem habet *Ioſephus* lib. XIIX. c. 2. & lib. II. de Bello iud. c. 12.

Maluiſſem Ioſephum verbo tenus protuliſſe, quid dicerent Phariſæi, quam græco more expreſſiſſe. Satis conſtat, *in hebraicis V. T. libris nullam eſſe vocem, qua reſpondeat voci* Ειμαρμενη, aut fatum. Io. *Clericus* T. I. Hiſt. eccl. p. 6.

Lib. XIV. c. XVII. p. 483. Antipater Herodi ſecundo, filio ſuo, Galilæam curandam commiſit, etiam tum admodum adoleſcenti, nec excedenti annum *ιε quintum decimum.*

Lege *κε*, & redde, *quintum vigeſimum*. Iſ. *Caſaubonus* Epiſt. 708. p. 897.

Lib. XV. c. XI. p. 532. Mulieribus (iudaicis) *ne dimiſſis quidem fas eſt nubere, niſi prioris viri permiſſu.*

Sic potius vertendum cum Rufino: Vxori nullatenus licet ſeparari & nubere alii, *niſi prius a marito priori dimittatur.* Io. *Seldenus* lib. III. de Vxore ebr. c. 19.

Lib. XIIX. c. III. p. 619. A Tiberio Nerone *πέμπτος quintus* Iudæorum præſes miſſus eſt in Annii Rufi locum Valerius Gratus.

Legendum, *πεμτὸς*, & reddendum, *miſſus eſt*. Atque hic Valer. Gratus fuit quartus, non quintus, inter Palæſtinæ procuratores: primus enim fuit *Coponius*, miſſus cum Quirinio; ſecundus *M. Ambivius*; tertius *Annius Rufus*; quartus *Valer. Gratus*; quem quinto excepit loco *Pontius Pilatus*. Iſ. *Caſaubonus* Exercit. IX. ſect. 4. p. 204.

Cap. IV. p. 621. Eodem tempore (quo Pontius Pilatus erat Iudææ præſes) fuit Ieſus vir ſapiens; *ſi tamen virum* eum fas eſt dicere. Erat enim mira-

Hoc eſt famoſum illud de Chriſto ſervatore teſtimonium: ſed adhuc ſub iudice lis eſt, *ſit ne illud genuinum*, an Ioſepho pia fraude *ſuppoſitum*, vel ſal-

bilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt: plurimosque tam de iudæis, quam *de gentibus* ſectatores habuit. Χριστος ουτος ην, *Chriſtus hic erat* Quem accuſatum a noſtræ gentis principibus Pilatus cum addixiſſet cruci, nihilo minus non deſtiterunt, eum diligere, qui ab initio coeperant: apparuit enim eis *tertia die vivus* ita, ut divinitus de eo vates hoc & alia multa miranda *prædixerunt*; & uſque in hodiernum *Chriſtianorum genus* ab hoc denominatum non deficit.

ſaltem *interpolatum*. Vide Chriſtoph. *Arnoldi* Teſtimonium Flavianum, & Thom. *Ittig.* in Prolegom. in Ioſephi opera d 5.

Cap. VII. p. 626. Apud Iudæos fuit opinio, iuſta ultione Numinis deletum (ab Areta) Herodis exercitum, *propter Iohannem, qui baptiſta cognominatus eſt*.

Hæc infarcta videntur *Blondello*, apud Arnoldum de Teſtimon. flaviano 214.

De Bello iud. lib. II. c. VII. pag. 788. Phariſæi animam quidem omnem tradunt incorruptam eſſe, *tranſire* autem *in alia corpora* ſolas bonorum, improborum vero interminabili ſupplicio cruciari.

Crediderim, aut Ioſephum tribuere omnibus Phariſæis, quod *non nullis*, qui philoſophiam græcam nimio in pretio habebant, *ſingulare fuit*, aut mutatam, a tempore Chriſti ad ætatem Ioſephi, Phariſæorum ſententiam; quorum poſterius vix admitti queat, cum inter Pauli & Ioſephi ætatem exiguum, aut fortaſſe nullum fuerit intervallum. Io. *Clericus* T. I. Hiſt. eccl. p. 8.

 tu

Ibid. Sadducæi fatum omnino negant, & Deum extra omnem mali patrationem *ἢ ἐφορᾶν inſpectionemque* conſtituunt.

Τὸ ἐφορᾶν hic non meram cognitionem, ſed & *procurationem* ſignificat: nam alioqui nec providentiam, nec omniſcientiam divinam negabant Sadducæi. *Clericus* l. c. p. 13.

Lib. VII. c. XIIX. p. 969. Primus (Hieroſolymæ) conditor fuit Chananæorum dynaſta, qui patria lingua *iuſtus* appellatus eſt *rex*.

Nimirum Melchizedek. Nam reges Ieroſolymæ plerique omnes vocabantur priſcis illis temporibus vel *Malchizedek*, vel *Adonizedek*. Andr. *Maſius* in Ioſ. 10, 1-5. p. 1662.

Ibid. (*Melchizedek*) fano primum ædificato, *Hieroſolymam civitatem vocavit*, cum antea Solyma vocaretur.

Quæ primum *Zedek*, i. e. Iuſtitia, deinde *Salem*, i. e. Pax, tandem *Ieruſalem*, ſive *a Davide*, ſive *ab alio quopiam* appellata fuit, facto ex coniunctione nomine: nam cum Abraham, ſacrificaturus filium ſuum, loco dediſſet nomen יהוה יראה ex illo יראה *Iireh* providebit, & vetuſtiore appellatione *Salem* formatum eſt Ieruſalem, h. e. Providebit aut videbit pacem. *Maſius* l. c.

Lib. I. contra Apion. p. 1056. Leproſis, ſi eo forte morbo liberari contingat, præſcripſit (Moſes) certas purificationes: — *multiſque & variis ſacrificiis peractis, tum demum ſanctam urbem adeundam.*

Adeunda ipſis erat ſancta urbs *ante, quam ſacrificia peragerentur*, quippe quibus debebant adeſſe præſentes. *Lev.* 14, 10. 11. *Lundius* 677. n. 73.

Ioſephus *ſerpentis pœnam* nimium craſſe interpretatur: *vim ligni ſcientiæ boni & mali* falſam fictitiamque commemorat: Herodiadem ſcribit non Philippi,

Errores fuere ignorantis, non mendacia fallentis. Neque æquum eſt, paucis e maculis labem toti narrationis corpori aſpergere. Melch. *Canus* LL. theolog.

ſed *Herodis uxorem* fuiſſe, qui Herodis quoque Tetrarchæ frater erat: *templum in ſecundo anno regni Darii* dicit eſſe perfectum: *ſeniorum lamentationes*, cum templi veteris amplitudinem recordarentur, non ad novum fundatum, ſed *ad iam conſummatum* refert.

log. lib. XI. cap. 6. pag. 325.

Ioſephus ſive *Ioſepus*, hieroſolymitanus, Matthatiæ ſive Matthiæ filius, natus A. C. 37. Nobilis ebræus, ex primo ordine XXIV. ſacerdotalium, quod ad paternam familiam attinet, ex regio autem Aſmonæorum genere, reſpectu matris, deſcendens, ſecta phariſæus, & prius eſſenus, ſed liberalibus ſtudiis ornatus, ſacerdotum aliquot cauſſam feliciter Romæ egit, inque patriam redux, bello & ſeditione tunc laborantem, Rector & Dux Galilæorum factus, præclare fortiterque ſe geſſit, donec a Romanis caperetur. In vinculis cum eſſet, callida prudentia uſus VESPASIANO eiusque filio TITO prædixit imperium, cumque veritas vaticinii poſtea comprobata crederetur, a Veſpaſiano libertatem & cognomen *Flavii* adeptus, eidem, ut & Tito ac poſtea DOMITIANO ſupra modum carus fuit. Alexandriam cum Tito egreſſus, eidem in obſidione adfuit, & cuncta diligenter annotavit, nactusque Romæ otium, poſtquam maiorem græcis litteris operam dediſſet, Hiſtoriam de Bello iudaico ex hebraico ſeu ſyro-chaldaico in græcum translatam TITO obtulit, quæ ei tam grata fuit, ut iuberet in bibliotheca publica reponi, ac Ioſepho, viro non tantum inclyto, ſed etiam, ut credebatur, vati, ſtatuam in urbe erigi. Vixit ultra quartum & decimum DOMITIANI annum, qui erat Chriſti XCIII. & in quo Antiquitatum libri deſinunt: poſt quos ſcripſit librum contra Apionem. Fortaſſis autem non diu ſuperfuit patrono ſuo *Epaphrodito*, a DOMITIANO interfecto A. C. 95. Vide ipſum *Ioſephum* in Vita, *Cavium* H. L. 16. G. Io. *Voſſium* de Hiſtor. gr. l. 2. c. 8. p. 116. & Io. Alb. *Fabricium* Bibl. gr. lib. IV. c. 6. Stilus eius, *Photio* iudice, ſane non inepto, eſt candidus, purus, elegans, ac iucundus; in concionibus etiam diſertus, atque ad perſuadendum efficax. De ornamentis autem & orationibus a Philone & Ioſepho Hiſtoriæ

Ddd 2 in-

inſertis, lege *Clericum* in Num. 25, 14. Ipſe quidem Ioſephus fatetur, primum hiſtorici requiſitum eſſe ſtudium veritatis, eique ſeſe in primis deditum eſſe, lib. IIX. Antiqq. iud. c. 2. p. 258. contendit, at multis tamen erroribus contaminatus eſt, videlicet chronologicis, hiſtoricis, geographicis, moralibus, & theologicis; ſed quid ſi non pauci ſint deſcriptorum? ita ut non opus ſit cum *Saliano*, *Baronio*, *Poſſevino*, *Salmerone*, Corn. *a Lapide*, Aug. *Maſcardo*, aliisque, fidem eius plane dubiam reddere, & præſtantiſſimum ſcriptorem de ponte deiicere? Legi hanc ad rem merentur Ioſ. Iuſt. *Scaliger* Prolegom. in libb. de Emendat. temp. a 3. *Whear* Relect. hiemal. ſect. 33. p. 120. 121. *Wagenſeil* Prolegom. in Tela ign. ſat. 67. & *Ittig* Prolegom. in præſens opus e 4. quorum primus Ioſephum appellat optimum & fideliſſimum; ſecundus principes hiſtorici virtutes habentem; tertius eximium & utiliſſimum ſcriptorem; quartus librorum V. T. hiſtoricorum illuſtratorem, & hiſtoriæ eccleſiaſticæ V. T. quæ in ſacro codice integra non extat, continuatorem, quo carere prorſus nequeamus. His adde Pagan. *Gaudentium* Diſſertat. de philoſophia apud Romanos c. 77. (Conlect. libr. rarior. T. II. Faſcic. II. 263.) Anton. *Pagium*, Chriſtoph. *Colerum* Epiſt. de ſtud. polit. (T. III. Methodor. Crenii p. 387.) & Melch. *Canum*, vere & candide, ipſorum etiam adverſariorum teſtimonio, iudicantem, qui lib. XI. LL. theol. c. poſtr. p. (editionis patavinæ nitidiſſimæ) 324. *Ioſephi fidem* e graviſſimis ſcriptoribus, *Hegeſippo*, *Hieronymo*, *Euſebio*, *Sozomeno*, & *Nicephoro* probat, & lapſus eius fuiſſe ait *errores ignorantis, non mendacia fallentis.* Ioſephum autem continuavit *Baſnagius* dans l' Hiſtoire des Iuifs, a la Haye 1716. 12. vol. IX. de qua vide *Spicileg.* Novæ biblioth. P. II. 221. Denique notandum, in varias linguas translatos eſſe Iophi libros, germanicam videlicet, belgicam, anglicam, gallicam, hiſpanicam & italicam, & ſi cui volupe eſt noſſe requiſita editoris atque illuſtratoris operum Ioſephi, adeundum ei illuſtrem *Boinebburgium* in Epp. p. 136.

LXXXV.

EVSEBII Pamphili Hiſtoria eccleſiaſtica, eiusdemque libri de vita CONSTANTINI Imp. & Panegyricus, atque Oratio CONSTANTINI ad ſanctos, græce & latine, cum Adnotationibus

nibus Henr. *Valeſii.* Moguntiæ, iuxta exemplar pariſienſe, (videlicet de anno 1669. ubi etiam poſtea prodiit A. 1677.) A. 1672. De qua editione audi, ſi placet, iudicium *Schurzfleiſchii* Epp. ſelect. p. 51. *Emiſſa iterum Euſebii Hiſtoria eccleſiaſtica eſt; ſed ita ſæpe vitioſe, ut ſubeat mirari. Græca, optarem, in primis maiori cura expreſſiſſent, qui emendando operi vacaverunt. Sed hoc patet: pleraque editiones moguntinenſes aut mutila ſunt, aut minus nitida.* Idem ſentit *Cave* p. 241. Sed nec Moguntiæ excuſus eſt hic liber, etiamſi id nominis præ ſe ferat; verum Francofurti ad Moenum. Vide *Cavium* p. 93. & Io. Alb. *Fabricium* Biblioth. gr. vol. VI. 61. Neque credas, recuſum eſſe hoc opus Amſtelodami A. 1695. per fraudem enim factus eſt hic titulus, cum ſit ipſiſſima editio francofurtana. Quod autem ad Hiſtoriam hanc Euſebii attinet, abſolvitur illa, ſcripta, ut *Photius* iudicat, phraſi neque iucunda uſpiam, neque perſpicua, X. libris, a nato Chriſto uſque ad victoriam Conſtantini de Licinio reportatam, h. e. ad A. C. 320. vel, iuxta Calviſium, 325. Præmittuntur 1) *Valeſii* Epiſtola ſeu Præfatio ad Archiepiſcopos, Epiſcopos & univerſum Clerum eccleſiæ gallicanæ, qua dicit, utilitatem eccleſiæ gallicanæ, eruditorum omnium vota, & Euſebium ſuo quodam iure popoſciſſe, ut hæc Hiſtoria eccl. multo, quam antehac, emendatior ac purior ederetur. 2) Altera, *eiusdem*, qua tria eſſe ait, quæ in hac editione præſtare ſtuduerit, videlicet ut græcum emendaret textum, novam daret latinam, & loca exponeret obſcuriora. Græcam Rob. *Stephani* editionem, quam *Cave* p. 93. laudat, ut elegantiſſimam & accuratiſſimam, ſe ſe cum IV. optimæ notæ codicibus manu exaratis contuliſſe: inter quos cum unus fuerit e bibliotheca Cardinalis Iulii MAZARINI, in eminentiſſimi huius viri laudes digreditur: conatum ſe veterem diſtinguendi ſive interpungendi morem renovare, qui talis fuerit, ut vel punctum poneretur in fine literæ, vel in medio, vel ad caput literæ; primum vocatum υποστιγμην *ſubdiſtinctionem*, alterum μεσην *mediam diſtinctionem*, tertium τελειαν στιγμην *finalem ſeu plenam diſtinctionem*: tres Euſebii interpretes, *Rufinum*, *Muſculum*, & *Chriſtophorſonum*, non caruiſſe erroribus ac vitiis, adeoque neceſſarium fuiſſe, novam ut ipſe verſionem adornaret: in Adnotationibus, quas P. *de Marca* in ep. mox memoranda laudat, duo ſe ſpectaſſe, nimirum ut emendationum ſua-

Digitized by Google

rum rationem redderet, & varias ſcriptorum codicum lectiones ſtudioſis proponeret, deinde ut obſcuriores Euſebii locos illuſtraret, & antiquos eccleſiæ mores ac ritus collatis aliorum ſcriptorum locis explicaret. 3) *Eiusdem* commentarius de vita ſcriptisque Euſebii: in quo etiam agit de eius fide & orthodoxia. 4) Veterum teſtimonia pro, & contra Euſebium. 5) Petri *de Marca* Epiſtola ad Henr. Valeſium de prædicatione euangelii inde iam ab apoſtolorum tempore Gallis facta, videlicet *Lucam* & *Creſcentem* a Paulo, *Trophimum* a Petro in Galliam miſſum ad prædicandum euangelium, eodemque ibi munere functum eſſe *Philippum* apoſtolum. Cui tamen Io. *Launoius* oppoſuit Diſpunctionem, editam Pariſiis A. 1659. 8. Annotationibus Valeſii, quatuor eiusdem Diſſertationes ſubiunguntur: I. de ortu ac progreſſu ſchiſmatis Donatiſtarum uſque ad Synodum nicænam, i. e. ad A. C. 325. II. de Anaſtaſi & Martyrio hieroſolymitano: in qua oſtendit, unam duntaxat baſilicam Hieroſolymis a CONSTANTINO ædificatam fuiſſe, non duas; ut plerique crediderunt. III. ad Iac. *Vſſerium*, qua ſententia eius de verſione LXX. interpretum, & Hexaplis Origenis confutatur. IV. de Martyrologio romano, quod edidit Herib. *Roſuveydus*, & pro vetere, quod Baronius dolet intercidisſe, venditat. Valeſius autem e contrario affirmat, nullum unquam fuiſſe proprium ac peculiare Martyrologium eccleſiæ romanæ, ante illud, quod iuſſu SIXTI V. Pont. max. editum eſt hoc titulo, & Baronii notationibus illuſtratum. Ceterum non eſt ſilentio involvendum, Io. Gottl. *Möllerum* in Obſervat. philolog. p. 54. profiteri, Valeſium hac in verſione ſua & adiectis notis partium quidem ſtudio haud raro indulſiſſe, prout, præter *Clericum* in Arte critica, exemplis quibusdam eruditiſſime *Bebelius* Antiqq. eccleſ. T. II. 216. oſtenderit, neque tamen illam, ut alias, ſceleratæ textus depravationis iure meritoque argui poſſe: *Cavium* autem p. 93. ſtatuere, facile quid illi condonari poſſe, qui tantos inſumſerit labores, ut hiſtoriam hanc omnibus numeris abſolutam, nec non accuratiſſima verſione, doctiſſimisque annotationibus ornatam & illuſtratam nobis daret, & quidem, quod admirabilius eſt, eo tempore, quo, ob debilitatem oculorum, alienis oculis ac manibus & legere cogebatur & ſcribere. Et Caſp. *Sagittarius* prædictas Annotationes elegantiſſimas vocat, Introd. in Hiſt. eccleſ. c. 3. p. 8.

Sed

Sed ut ad Hiſtoriam Euſebii eccleſiaſticam redeamus, ſciendum eſt, molli eum brachio attingere Chriſti nativitatem, miniſterium, mortem, & in cælos aſcenſionem, poſtea vero operoſe oſtendere, quænam chriſtianæ eccleſiæ primordia fuerint; quorum opera & miniſterio ſonus doctrinæ euangelicæ in totum terrarum orbem exierit; quæ SS. Apoſtolorum certamina, qui ſucceſſores, & præcipuarum eccleſiarum epiſcopi fuerint; qui Principes nutricii eccleſiæ; qui hoſtes & perſecutores; & qui vitæ eorum exitus fuerint. Atque hæc Hiſtoria inter omnes Euſebii libros merito palmam fert, eiusque auctor, quoniam primus tale opus aggreſſus eſt, nec infeliciter tractavit, eccleſiaſticæ hiſtoriæ pater & conditor appellari poteſt. *Valeſius* in Vita Euſebii (d) 2. *Sagittar.* p.7. *Canus* LL. theol. lib. XI. c. 6. & *Crenius* de Singularib. ſcriptor. n. 87. Neque tamen de nihilo eſt, quod illuſtris *auctor Colloq. menſtr.* Tomo II. 272. ſcribit, dolendum eſſe, quod non habeamus veram & perfectam hiſtoriam eccleſiaſticam, præcipue III. primorum ſeculorum. Libri IV. de Vita CONSTANTINI ſunt poſtremum Euſebii ſcriptum, compoſitum poſt eius mortem, & panegyricus magis, quam hiſtoria. Laudatur in iis Imperator, non a fortitudine bellica, ſed pietate & religionis ſtudio. Oratio de laudibus CONSTANTINI Imp. habita fuit in eius tricennalibus, h. e. A. C. 336. ineunte: non enim completo, ſed inchoato ætatis anno decennalia, vicennalia, tricennalia inſtituebantur. Vide C. A. *Rupertum* Obſervat. in Beſoldi Synopſ. min. c. 15. p. 383. Denique Oratio *Conſtantini* ad ſanctorum cœtum, ſive doctores & populum, habita in die paſſionis Chriſti, continet, poſt prooemium & captationem benevolentiæ, ſequentia: Deum patrem eſſe Verbi & omnium rerum opificem, nulloque res modo conſiſtere, ſi diverſæ eſſent earum cauſſæ; errare, qui ſimulacrum venerantur; Chriſtum filium Dei cuncta condidiſſe, & certum vitæ ſpatium ſingulis conſtituere; falſa eſſe, quæ de fato dicuntur; in rebus, quas intelligentia aſſequi non poſſumus, creatoris ſapientiam prædicare nos debere, nec caſum, aut aliam præter Deum cauſſam comminiſci; & neceſſaria, & ad voluptatem nobis a Deo ſuppeditata, ad utilitatem noſtram diſpenſanda; philoſophos, qui omnia ſcire voluerunt, opinionibus eſſe lapſos, interque eos ipſum etiam *Platonem*; neque tamen omnia philoſophorum, multo

mi-

Digitized by Google

minus S. Scripturæ dogmata reſpuenda; de corporali Domini adventu, qualis & cur fuerit; de fructu huius myſterii; ad bonum malumve propenſionem ex hominum oriri voluntate, ideoque neceſſarium eſſe iudicium Dei; creaturam immenſo ſpatio diſtare a ſubſtantia increata, hominemque per virtutem proxime ad Deum accedere; de præceptis & miraculis Servatoris, deque commodo, quod ſubiectis attulerit; Chriſti adventum a prophetis prædictum, atque ad ſimulacrorum urbiumque illa colentium everſionem ordinatum fuiſſe; de ſapientia Moſis, Daniele & tribus pueris; de Sibylla erythræa, & Virgilio Marone qui vaticinati ſint de Domino; victorias & reliqua bona Chriſto accepta eſſe ferenda; de chriſtianorum conſtitutis, Deumque diligere eos, qui virtutem ſectantur, punire autem tyrannos & perſecutores, ut Decium, Valerianum, Aurelianum, Diocletianum, Maximinum.

Hiſtor. eccl. lib. I. c. 6. p. 18. Herodus primus *ex alienigenis* iudaicæ gentis regnum obtinuit.	Herodes non erat alienigena, ſive gentilis, ſed *edomæus*, adeoque iudæus. *Caſaubonus* Exercit. I. n. III. p. 26.
Lib. II. c. 17. p. 53. Quæ Philo *de aſcetis (Chriſtianis)* commemoret.	Verius utique eſt, *iudæorum genus* ab eo deſcribi, non chriſtianos. Io. Alb. *Fabricius* Biblioth. gr. lib. IV. c. 4. p. 115. G. *Calixtus* Concord. euang. 80.
Cap. 18. p. 59. Philo librum contra Caium, *coram univerſo Senatu* fertur recitaſſe.	*Sit fides penes auctorem.* Io. Alb. *Fabricius* p. 115.
Lib. IV. c. 11. p. 125. Ipſe (Iuſtinus martyr) in urbe Roma *domicilium habebat.*	*Και επι της Ρωμης τας διατριβας εποιειτο.* Et in urbe Roma *conventus ſive colloquia inſtituebat.* Io. Ern. *Grabe* Spicileg. Patr. P. II. 141.
Lib. V. c. 24. p. 195. Sed & *presbyteri* illi, qui ante Soterem, eccleſiam, cui tu nunc præes, gubernarunt.	Sed & *antiquiores* illi, qui ante Soterem. e. r. Chriſtian. *ab Helvvich* de Ordin. presbyt. 168.

Im-

Lib. VII. c. 31. p. 283. Manes *ſe ipſum Chriſtum* fingere inſtituit. Et nunc quidem *Paracletum ſe*, ipſumque Spiritum S. eſſe prædicabat.	Imputationes hæ *probatione indigent.* Godofr. *Arnold* Hiſt. eccl. & hæret. P. I. 125.
Lib. IX. c. 11. p. 366. Sed & *imagines*, quæ ipſi (MAXIMINO) liberisque eius honoris cauſa poſitæ per ſingulas prope urbes viſebantur, deiectæ ſunt.	*Inſcriptiones*, γραφαι.
Ibid. Ex quorum numero fuit *Picentius.*	*Peycetius*, Πευκέτιος.
Lib. III. de Vita Conſtantini c. 1. p. 483. Quamdiu imperavit Conſtantinus, *cunctis iudicibus gladius otioſus ſemper atque incruentus pependit.*	Annon *Criſpum tolli iuſſit, eiusque novercam, & Licinianum*, nepotem ex ſorore? *Rupertus* Obſervat. in Synopſ. Beſoldi c. 15. p. 381. Chriſtian. *Democritus* Opp. p. 633.
Lib. IV, c. 62. p. 557. Hæc cum dixiſſet, (CONSTANTINUS M.) illi (Epiſcopi) ſolemni ritu divinas cærimonias (baptiſmi) pergerunt iniunctisque ei, quæcunque neceſſaria erant, *ſacroſanctorum myſteriorum* participem eum fecere.	Favet quidem interpretationi vocabulum ἀπόῤῥητα, quo ſacramentum S. cœnæ deſignabatur; favet etiam conſuetudo, baptizatos admittendi ad S. cœnam, de qua *Tollius* in Inſignib. itiner. ital. 175. nihilo tamen minus id explicatur de *doctrina ſalutari.* Io. Andr. *Schmidt* Programmate academ. paſch. A. 1710. B 3.
In Annotat. Valeſiii, & quidem in lib. IV, c. 23. p. 80. Quadratum Athenarum epiſcopum *diſtinguendum eſſe exiſtimo a Quadrato illo, apoſtolorum diſcipulo.*	*Unum eundemque* eſſe, teſtantur *Euſebius* Chron. can. ad an. ϱχξ, & *Hieronymus* de Scriptor. c. 19. Vide *Cavii* Hiſtor. lit. p. 24.

Petrus *de Marca*, natus Gantii in Bearnia, operam dedit ſtudio iuris, atque in urbe Pavio primum ſenator, deinde Parlamenti

Digitized by Google

præſes, poſt amiſſam coniugem, e qua multos genuerat liberos, conſiliarius Status regius, inde epiſcopus conſerantienſis, poſtea archiepiſcopus toloſanus, tandemque, ſed breviſſimo tempore, archiepiſcopus pariſinus, cum aliis ſcriptis, tum vero in primis opere de Concordia ſacerdotii & imperii, ob quod tamen Aulæ romanæ indignationem expertus eſt, inclaruit, mortalitatemque depoſuit Lutetiæ Pariſiorum, poſtquam paullo ante confirmationem ſummæ dignitatis papalem obtinuerat. Videantur *Baluzius* & *Faget* in eius Vita, *Lexicon* univerſ. hiſtor. T. III. 441. *Magirus* 565. Henr. *Valeſius* præfat. in Euſebii Hiſt. eccl. (c) *Critopulus* in Cenſura Eclogar. Mayeri 51. *Sorberiana* 148. Collectoribus Actor. erud. ad A. 1682. p. 327. ille audit immortalis memoriæ vir, & *Boeclero* in Hug. Grotii l. 1. c. 3. exquiſitæ vir doctrinæ.

Fl. Valerius CONSTANTINVS, Conſtantii Chlori & Helenæ, de qua diſputant, fueritne legitima uxor, an concubina, filius, natus Naiſi, Daciæ mediterraneæ oppido, devicto Maxentio chriſtianam profeſſus eſt religionem, eamque ædium ſacrarum exſtructione & donariis atque amplis reditibus, auctoritate epiſcopis fere nimia conciliata, ſacrique apparatus ſplendore illuſtrem reddere ſtuduit, & pacem eccleſiæ attulit, ut adeo cognomen *Magni* multis nominibus meruerit, nec ſatis laudari poſſet, niſi triplici facinore ſe ſe, ſuique nominis famam polluiſſet, dum *Criſpum* filium, *Fauſtamque* coniugem, & Valerium *Licinianum* Licinium Cæſarem, ſororis filium, trucidari iuſſit. Cumque CPlin ædificaret, atque eius cauſſa populum nimiis tributis & exactionibus oneraret, multi ſedes ſuas deſerere coacti ſunt, militumque ad Danubium & Rhenum excubantium avocatione in orientem factum eſt, ut barbari in occidentale Imperium irrumperent, idque vaſtarent ac delerent. Anno Chriſti 337. ad thermas helenopolitanas tendebat, ſed cum propter infirmitatem Nicomediæ in ſuburbio cogeretur ſubſiſtere, finemque vitæ ſuæ imminere ſentiret, baptiſmum petiit, factusque proſelytus, ſine dubio ab epiſcopo illius urbis & eum, & τα απορρητα (quæ quidem vener. abbas, Io. Andr. *Schmidius* doctrinam ſalutarem interpretatur) in prima feria Pentecoſtes accepit anno Chriſti 337. ætatis 66. Imperii 30. cum 10. menſibus, eodemque die, actis Deo pro myſteriorum participatione ac donata luce gratiis immortalibus, a meridie migravit ad Do-

Dominum, & immortalitatis lauream eſt conſecutus. Nos interim ſcriptis, quæ reliquit eruditiſſimus Princeps, in æternam auguſtiſſimi nominis eius famam frui & gaudere poſſumus, eaque ſunt, non *Donatio* ad Papam romanum, quæ in cerebro credulorum, & in averſa pagina alicuius Diplomatis pontificii latitat, *Placc.* de pſeudon. p. 196. ſed Orationes & Epiſtolæ, quarum catalogum exhibet *Cave* p. 906. Illarum ſunt duæ, una ad ſanctorum cœtum, de qua iam ſupra diximus, altera ad Patres in Synodo nicæna, apud *Euſebium* l. 3. de Vita Conſtantini c. 12. & verboſior apud *Gelaſ.* cyzic. Hiſt. concil. nic. l. 2. c. 7. easque ſacratiſſimus Imperator latine pronunciavit, alii autem, ad hoc conſtituti, græce reddiderunt, ſicut *Euſebius* refert libri III. de Vita Conſtant. c. 13. & lib. IV. c. 32. De Conſtantino, præter *Euſebium* loco ſæpius allegato, agunt *Cave* p. 95. Io. Alb. *Fabricius* Biblioth. gr. vol. VI. 1. *Rupertus* Obſervat. in Beſoldi Syn. min. c. 15. pag. 375. Godofr. *Arnold* Hiſtor. eccleſ. & hæret. lib. III. c. 7. n. 18. & lib. IV. c. 2. *Lexic.* univ. hiſtor. P. I. 725. *Magirus* 235.

LXXXVI.

SOCRATIS & SOZOMENI Hiſtoria eccleſiaſtica, græce & latine, & quidem cum verſione & annotationibus Henr. *Valeſii*. Moguntiæ 1677. Melior autem utriusque editio eſt pariſienſis de A. 1668. *Socratis* Hiſtoria, VII. comprehenſa libris, incipit a CONSTANTINI M. imperii primordiis, h. e. A. C. 309. uſque ad THEODOSII iunioris conſulatum XVII. ſeu annum Chriſti 441. vel, ut ipſe auctor l. 7. c. ult. liberius computat, ſeriem annorum 140. complectitur. Similiter *Sozomeni* Hiſtoria, libris IX. conſtans, narrationum ſuarum initium petit ab anno 323. easque perducit ad imperium THEODOSII iunioris, & obitum HONORII ſive ad annum Chriſti 439. Præmittuntur autem huic editioni 1) Epiſtola dedicatoria ad LVDOVICVM XIV. in qua nullum Regibus atque Imperatoribus convenientius ait offerri poſſe munus, quam Hiſtoriam rerum eccleſiaſticarum, magnumque Regem laudat ab humanitate, prudentia, iuſtitia, vigore ingenii, munificentia in litteras, bellicis expeditionibus, & pace aquisgranenſi, qua animi ſui æquitatem ac moderationem abunde declaraverit. 2) Præfatio, qua, quid in horum ſcriptorum editione

Digitized by Google

præſtiterit, exponit. 3) Alia, quæ agit de vita & ſcriptis Socratis atque Sozomeni. 4) Veterum Teſtimonia de Socrate & Sozomeno. Annotationibus autem *Valeſii* ſubiunguntur eiusdem Obſervationum eccleſiaſticarum libri III. quorum primus agit de Athanaſio, ſecundus de Paulo CPtano, tertius de VI. canone concilii nicæni. Quibus adiuncta eſt *Archelai*, epiſcopi Meſopotamiæ, diſputatio adverſus manichæum, ex codice manu ſcripto Bibliothecæ ambroſianæ.

Socrat. lib. II. c. 8. & 17. p. 84. & 94. Cum *eccleſiaſtica regula* vetet, ne præter ſententiam rom. Pontificis quidquam ab Eccleſiis decernatur. Ita etiam ſe habet verſio in Sozomeni l. III. c. 10. p. 510.

Cum *conſuetudo in eccleſia recepta.* Nam IVLIVS pontifex ſuo modo, non noſtro loquitur, & canonem ac conſuetudinem pro uno & eodem accipit, ut verborum ſeries oſtendit. Io. *Lannoius* Epp. 539. Edm. *Richerius* T. I. Hiſt. concil. general. p. 12. 13.

Lib. IV. c. 27. pag. 244. Cum (Gregorius thaumaturgus) ex Athenienſium ſcholis diſceſſiſſet, *iuris civilis diſcendi cauſa Berytum profectus eſt.*

At *ille nunquam ſtudiorum cauſſa Berytum venit.* Iac. *Haſaus* de Berytenſi ICtor. acad. (in Collect. libror. rar. Faſcic. V. p. 88.)

Lib. V. c. 15. p. 274. Flavianus, Theophili alexandrini epiſcopi interventu, DAMASVM ſibi conciliavit.

Hæc, & ſequentia, ita *falſa ſunt*, ut defendi nequeant. *Lannoius* Epp. p. 37.

Sozomen. lib. III. c. 10. p. 510. Animadvertens *Iulius*, Athanaſium non poſſe tuto in Ægypto degere, eum ad ſe evocavit.

Loco ἰȣλίῳ ponendum πολλῷ. *Iulius* enim *non fuit creatus Papa tempore Concilii niceni*, quippe qui, teſte ipſo Sozomeno, XXX. ab illo Concilio annis vixit. *Perroniana* 314.

Lib. VII. c. 11. p. 17. Vt de his rebus (Flavianiordinationem, & hinc enatas turbas concernentibus) cognoſceretur, tum ipſi, tum Imperator *Gratianus* ad

Non Gratianus, ſed vel *Theodoſius*, vel *Valentinianus*. Io. *Lannoius* Epp. p. 37.

Digitized by Google

orientales epiſcopos ſcripſe-
runt, eos in occidentem con-
vocantes.

Socrates, natus CPli circa exordia principatus THEODOSII, hauſtis ab Helladio & Ammonio grammaticæ, ab Troilo autem ſophiſta rhetoricæ artis præceptis ad forum ſe contulit, & cauſas tractavit in urbe patria, inde *ſcholaſtici* cognomen adeptus: ita enim advocati eo tempore dicebantur, non quod ſcholis adſcripti eſſent, ſed quia iuvenes, ex Rhetorum ſcholis advenientes, hanc exercebant artem. Tandem vero, ea relicta, ad Hiſtoriam ſcribendam acceſſit, in eaque iudicio & diligentia uſus eſt ſingulari, ſtilo tamen ſimplici & abiecto ſive humili, non ex inſcitia, ſed ut facilius intelligi poſſet. Vulgo quidem Novatianæ ſectæ addictum fuiſſe & dicitur & ſcribitur; ſed *Valeſius* contra hanc imputationem eum defendit in Vita eius, & in Annot. in lib. II. cap. 38. p. 35. etiamſi non neget, videri illis faviſſe. Cui accedit *Cave* p. 240. nec *Neu* repugnat in Acceſſion. ad Whear. 265. De Socrate etiam legi poſſunt Io. Alb. *Fabricius* Biblioth. gr. vol. VI. 117. *König* 762. *Sagittarius* Introd. in Hiſt. eccleſ. p. 11. *Blount* 299. *Voſſius* de Hiſtor. latinis l. 2 c. 20. G. *Arnold.* P. I. lib. V. c. 3. n. 95. & celeb. C. *Thomaſius* in Cautel. circa præcogn. Iurisprud. eccleſ. p. 23. ubi fatetur quidem, & ipſum cum ſociis ſuis Hiſtoriæ eccleſ. ſcriptoribus falſa interdum veris immiſcere, attamen Euſebio præferendum eſſe iudicat. Sed *Cave* p. 324. varias ob cauſſas ille minus placet.

Hermias *Sozomenus*, Salaminius dictus, ſecundum vulgarem interpretationem a Salamine, urbe Cypri, quæ & Conſtantiæ nomen habuit, tanquam eius patria, ſed iuxta *Valeſii* in vita eius, & Annotat. p. 98. *Cavii* p. 241. *Neu* in Acceſſion. 266. & Io. Alb. *Fabricii* Bibl. gr. vol. VI. p. 121. mentem, *Salamanes*, veluti proprio nomine, adeoque *Salamanes Hermias Sozomenus*, ſi non *Sozomeni*, ſcilicet filius, (nam in Iure græco rom. legitur ο σωζομενȣ ερμειας) dicendus, natione phœnicius, iurisprudentiam, neſcio an Beryti, didicit, & poſtea CPli cauſſarum patronum egit, ita tamen, ut & hiſtoriæ poſt Socratem conſcribendæ daret operam, tantum a Socrate ſuperatus iudicio, quantum noſter illum anteivit ſtili præſtantia: ſcripſit autem primo omnium Compendium hiſtoriæ eccleſiaſticæ ab aſcenſione Chriſti ad annum 323. libris II. qui perierunt, ac dein-

Digitized by Google

de illud opus, quod præ manibus habemus. Nec fidem Sozomeni infringere poteſt illud *Gregorii* M. l. VI. ep. 31. ſcribentis: *Sozomeni Hiſtoriam ſedes apoſtolica recipere recuſat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopſueſtia nimium laudat.* Nam poſterius hoc non legitur in Sozomeno, ſed Theodoreto. Hæc & alia reperies in *Valeſio* de Vita & ſcript. Sozomeni, *Neu* & I. A. *Fabricio* locis citatis, *Cano* LL. theol. lib. XI. c. 6. p. 323. & *Cave* 241. Quibus adde *Voſſium* lib. II. de Hiſtor. lat. c. 20. p. 137. *König.* 767. *Blount* 301. *Sagittarium* Introd. p. 13. G. *Arnoldum* P. I. lib. V. c. 3. n. 15.

LXXXVII.

THEODORITI & EVAGRII Hiſtoria eccleſiaſtica, item Excerpta ex Hiſtoria eccleſiaſtica PHILOSTORGII & THEODORI Lectoris, cum verſione latina & annotationibus Henr. *Valeſii.* Moguntiæ 1679. Sed hæc editio rurſus cedit pariſinæ de A. 1673. Præmittuntur operi huic 1) editoris Epiſtola dedicatoria ad Io. Bapt. Colbertum, Equitem, Marchionem de Seignelay, Regis Chriſtianiſſimi a conſiliis & ſecretis, moderatorem regalis ærarii, & curatorem palatiorum ædiumque regiarum, quem, ut erat omni laude dignus, poſt Regem LVDOVICVM Magnum, cui patroni litterarum encomium tribuit, laudat ab amore ac patrocinio litterarum, ærarii cura & adminiſtratione ſingulari, modeſtia, frugalitate ac temperantia. 2) Præfatio, de vita & ſcriptis IV. iſtorum virorum. 3) Veterum teſtimonia de his eorum ſcriptis. Annotationes autem excipiunt 1) duo Obſervationum eccleſiaſticarum libelli; prior de *Petro Fullone*, antiochenſis eccleſiæ epiſcopo, deque ſynodis, in quibus damnatus eſt: alter de duplici ſynodo romana, & duabus *Acacii* epiſcopi CPtani damnationibus. 2) Diſſertationes III. Lucæ *Holſtenii*, quos ipſi auctor poſt obitum tradi voluit ac mandavit, quarumque duæ priores agunt de Epiſtola ſynodica *Alexandri*, epiſcopi alexandrini, tertia vero de epiſcopatu *Syneſii*. *Theodoriti* Hiſtoria V. conſtat libris, non pluribus, qui perierint, ſtilo hiſtoriæ magis conveniente, quam Socratis, immo etiam Sozomeni, diu poſt Synodum epheſinam ſcripta, memoratque res geſtas ab Arii hæreſi uſque ad tempora THEODOSII iunioris, ſive ab A. 322. ad A. 427. Vid. C. *Thomaſius* Cautel. c. p. Iurispr. eccl. 23. G. *Arnold.* P. I. l. V. c. 3. n. 14. *Ancillon*

lon T. II. du Mel. crit. f. 490. & *Giorn.* de' Letter d'Italia T. XIII. 385. Atque hi triumviri, *Socrates*, *Sozomenus* & *Theodoretus*, hoc, ut *Valeſio* videtur ordine, eadem ætate eandem fere hiſtoriam in litteras redegerunt: quod nemini mirum videatur, quia nullus alterius relationem plene ac per omnia probabat: nam in quibusdam diſſentiebant, ac, prout quisque animatus erat, ita Epiſcoporum contentiones referebat. Et Socrates quidem ac Sozomenus, cum CPli degerent, ea potiſſimum, quæ ibi contigerunt, litteris complexi ſunt, Theodoretus autem, utroque longe doctior, & in Oriente verſatus, in rebus orientis tradendis diligentior fuit, plurimosque illorum errores euitauit. *Evagrii* Hiſtoria VI. libris conſtans, initium ducit a Synodo epheſina ſive anno Chriſti 431. ubi Socrates & Theodoretus deſiere, & terminatur in XIImo imperii MAVRICII, hoc eſt, Chriſti anno 593. *Philoſtorgii* Hiſtoriæ eccleſiaſticæ ab arianæ controverſiæ initiis usque ad VALERIANVM iuniorem, qui HONORIO ſucceſſit, ſive ab A. C. 300. usque ad 425. II. erant volumina, continentia libros XII. quorum initiales litteræ inter ſe conjunctæ nomen auctoris referebant; ſed ipſum opus intercidit: neque iam quidquam eius haberemus, niſi Photius in Bibliotheca nobis Excerpta reliquiſſet, quæ Henr. *Valeſius* emendatiora hic dedit cum verſione & notis ſuis. *Theodori* Lectoris Hiſtoria eccleſiaſtica itidem II. conſtat libris, atque ab extremis THEODOSII iunioris temporibus, in quibus finiunt Socrates, Sozomenus & Theodoritus, decurrit usque ad IVSTINVM Imp. ſeniorem, adeoque res C pæne annorum enarrat. Sed & hæc evanuit; nec aliud eius hodie habemus, quam Excerpta, a *Nicephoro* Calliſti Xanthopuli conſcripta, & poſteritati relicta.

Theodorit. Lib. I. c. 7. p. 25. Magnus *Euſtathius*, eccl. antioch. epiſcopus, primus omnium in Concilio nicæno Imp. CONSTANTINO M. panegyricum dixit. — Immo *Euſebius* cæſarienſis. *Cave* Hiſt. liter. ſcript. eccleſ. 92.

Evagr. lib. IV. c. 30. *IVSTINIANVS inexplebilis avaritiæ.* — *Si vera ſunt.* Edm. *Richerius* Hiſt. concil. P. I. 521.

Cap. 39. pag. 415. *IVSTINIANVS a recta Catholicorum dog-* — *Et hoc probatione indiget.* *Richerius* ibid. & *Schurzfl.* diſſert. de ortho-

matum via deflectens, tramitem ingreſſus eſt, quem non Apoſtoli, nec Patres veſtigiis ſuis triverant.	thodoxia Iuſtiniani.
Lib. VI. c. 8. p. 450. *Poſtremo die* menſis Hyperberetæi.	Vertendum: *Poſtremo & novo die*, id eſt, *in novilunio*: nam locutio *ενη και νεα*, quæ hic extat, novilunium denotat. Vide *Dictionarium græco-latinum baſileenſe* de A. 1584. in fol. & I.A. *Fabricium* Biblioth.gr.vol. VI.126.
Ibid. Dum ego virginem ſponſam acciperem, & tota civitas feriaretur, ac publicam feſtivitatem circa pompam *thalamumque* celebraret.	Vertendum: Publicam feſtivitatem pompa *epuluque* celebraret. Non enim nuptiarum Euagrii, ſed novilunii cauſſa, Antiochenſes diem lætitiæ agebant. *Fabricius* l. c.
Philoſtorg. lib. IX. n. 9. pag. 519. Anyſius filiam habebat unicam, quæ *Elampia* dicebatur.	Redde ſic: Quæ *Eulampius* dicebatur. In græco enim eſt Ευλαμπιος.

Euagrius, natus Epiphaniæ in Syria, diſtinguendus ab Euagrio pontico aliisque huius nominis, Antiochiæ, ut videtur, cauſſas egit, (nam & ipſe erat ſcholaſticus, ut Socrates & Sozomenus) *Gregorioque* patriarchæ antiocheno tam carus, tamque æſtimatus fuit, ut, cum CPlim proficiſceretur, ſeſe defenſurus contra imputationem inceſti, Euagrium ſecum aſſumeret, ut aſſeſſorem ſive advocatum & conſiliarium. Neque etiam alias ei, in diiudicandis cauſſis, quæ in patriarchali foro ſane frequentes erant, & ſcribendis ſummi epiſcopi litteris atque edictis, conſilio manuque non adſtitit. Hinc eſt, quod lib. VI. cap. ult. ſcribit, *aliud a ſe volumen compoſitum eſſe*, quo epiſtolæ, relationes, decreta, orationes ac diſputationes, & alia quædam contineantur, atque relationes illas, pleraſque Patriarchæ nomine conſcriptas, effeciſſe, ut duas dignitates conſecutus ſit a totidem Imperatoribus, videlicet Quæſturam a TIBERIO CONSTANTINO, & Præfecturam a MAURITIO, fortaſſe quod in illis laudes Auguſtorum decantaſſet. Hiſtoriam ecele-

cleſiaſticam ex optimis auctoribus collectam ſcripſit prope ſexagenarius, ſtilo minime improbando, ſed elegante & venuſto, niſi quod interdum luxuriat. Et ſicuti laudatur ob fidei doctrinam integram & illibatam ſervatam, ita in eo reprehenditur, quod maiorem operam dederit legendis profanis ſcriptoribus, quam conquirendis antiquitatis eccleſiaſticæ monumentis, fueritque credulus, & fabulis deditus, atque animi erga IVSTINIANVM Imp. iniquioris & odio repleti. H. *Valeſius* præfat. in hoc volumen C. Io. Alb. *Fabricius* Bibl. gr. vol. VI. 126. *Whear* 142. & *Neu* in Acceſſion. 271. *Voſſius* de Hiſtor. græc. l. 2. c. 23. p. 142. *Blount* 333. *Labbe* de Script. eccl. T. I. 291. *Caſaubonus* Exercit. XIII. n. 31. p. 258. *Schurzfleiſch* Diſſert. de Iuſtiniano orthodoxo §. 9. Interim a *Nicephoro* Calliſti in Prooem. Hiſt. eccl. vocatur illuſtri dignitate præditus, & a *Whearo* l. c. inſignis ſuorum temporum hiſtoricus. Floruit ſæculo VI.

Philoſtorgius, natus in pago Secundæ Cappadociæ, cui nomen Boriſſus, e parentibus eunomianis, *Carterio*, & Eulampio, cuius pater Anyſius, presbyter illius pagi, & ipſe eunomianus erat & familiam ſuam ad eandem ſectam perduxit, ætatem agebat XX. annorum, cum Eunomius A. 388. Cæſarea pelleretur, eiusque & Anomœorum dogmatibus adhæſit, atque ideo inviſus eſt *Photio*, ab eoque δυσσεβὴς *impius* appellatur, & Hiſtoria eius encomium hæreticorum, orthodoxorum autem criminatio potius, quam hiſtoria, ab eodem dicitur; ſtilus tamen, quo hiſtoriam exaravit, laudatur, ut comtior, & poëticis vocibus ſine tædio inſtructus. Ipſe præterea Philoſtorgius liberalibus artibus apprime erat inſtructus, claruitque ſæc. IV. & V. *Photius* in Prooem. horum Excerptorum, *Valeſius* in Præfat. C iij. I. Alb. *Fabricius* vol. VI. 114. *Voſſius* de Hiſtor. gr. l. 2. c. 20. p. 138. *Olearius* Biblioth. ſcript. eccl. T. II. 93. *Sagittarius* Introd. 13. *Neu* Acceſſ. ad Wheari Relect. hiem. 270. *Pope-Blount* 295. *Esberg* in Vita Vlphilæ 18. & C. *Thomaſius* Cautel. circa præcogn. Hiſt. eccl. 23.

Theodorus, anagnoſtes ſive lector magnæ eccleſiæ CPtanæ, incertum an & ibidem natus, duplex opus Hiſtoriæ eccleſiaſticæ conſcripſit: primum nihil aliud erat, quam Hiſtoria tripartita, II. libris comprehenſa, quam ex Socrate, Sozomeno ac Theodorito in unum corpus collegit a viceſimo anno CONSTANTINI M.

uſque ad imperium IVLIANI: ſecundum itidem II. conſtat libris, e quibus Excerpta ſive Collectanea, quæ in volumine noſtro exhibentur, debemus *Nicephoro Calliſti*; dubium tamen eſt, an hic integram Theodori Lectoris hiſtoriam unquam viderit legeritque: nam ſi totum opus habuiſſet, multo plura ac meliora inde, ut videtur, in ſua tranſtuliſſet Collectanea. Quare verba hæc, *απο φωνης νικηφορȣ*, quæ leguntur in titulo Excerptorum Theodori, non ita accipienda ſunt, quaſi horum Excerptorum auctor ſit Nicephorus, ſed hoc modo, eum Excerpta iſta amanuenſi ſuo tantum dictaſſe. *Valeſius* in Præfat. C iij. Io. Alb. *Fabricius* volum. VI. 128. *Sagittarius* Introd. 14. *Voſſius* de Hiſt. græc. I. 2. c. 22. p. 140. *Olearius* T. II 195. *Cave* 278. *Du Pin* T. V. 239.

Lucas *Holſtenius*, hamburgenſis, clarus (ut verba habent epitaphii, ipſi a Fran. BARBERINO, Card. doctiſſimo, qui & eundem honorifice vocat amicum optimum, ſuæque antehac præfecerat bibliothecæ, in æde ſacra Germanorum S. Mariæ de Anima erecti) in Galliis, Romæ clarior, gentium omniumque ætatum hiſtorias & eccleſiæ res mente complexus, diverſis regionibus peragratis, diverſos earum fines & nomina probe tenuit, varias quoque linguas, præter græcam latinamque, quarum ſcriptoribus plurimum lucis attulit: antiquam philoſophiam calluit: ab VRBANO IIX canonicatu baſil. vatic. ab INNOCENTIO X. præfectura Bibliothecæ ornatus, ab ALEXANDRO VII. ſapienter unus electus, ut occurreret Suecorum Gothorumque Reginæ incomparabili, quæ miram in tanto viro ſummi ingenii ſummæque modeſtiæ coniunctionem ſuſpexit & prædicavit: vitæ denique laudatiſſimæ & illuſtrium operum curſu interrupto, eximius patriæ Germaniæ amator, propugnatorque religionis catholicæ obiit IV. Non. Febr. anno 1661. ætatis 65. Inter ſcripta eius ſunt Gloſſarium, Notæ & Variantes lectiones ad Benedicti Ananienſis Codicem regularum, Diſſertatio de vita & ſcriptis Porphyrii, & Obſervationes ad Vitam Pythagoræ: de Abaſſinorum communione ſub unica ſpecie: de Sabbathio flumine: Annotationes in Geographiam ſacram Caroli a Sancto-Paulo, & Italiam antiquam Phil. Cluverii, & Diſſertatio duplex de ſacramento confirmationis apud Græcos. *König* 409. Leo *Allatius* in Apib. Vrban. p. 181. *Hyde* Catal. libror. biblioth. bodlei. P. I. 343. *Witte* Diar. biograph. Ppp 3. *Magirus* 450.

Pope-

Pope-Blount 1053. Celeberrimi *Collectores Actor. erud.* A. 1684. p. 487. clarum eius aiunt eſſe per orbem & illuſtre nomen, & immortalia eiusdem haberi in rem litterariam merita, dum eleganti ſtudio rariores auctores expolivit, eorumque memoriam ab oblivione & interitu, integritatemque a corruptelis vindicavit, reconditas quoque antiquitates, profanas iuxta & ſacras, recenſuit: *Noris* Orthograph. p. 18. vocat inſignem ſuæ ætatis ſcriptorem, veterumque codicum diligentiſſimum cenſorem: Iſ. *Voſſius* in Tomo I. Patrum apoſtol. p. 10. virum ſummum, & nunquam non infra merita ſua laudandum: Io. *Moller* Iſag. ad Hiſtor. cherſon. cimbr. P. IV. 537. virum ſummum atque incomparabilem: *Schwarzfleiſch* in Biblioth. Schrader. P. I. K 7. & Epp. arcan. P. I. 333. maxima atque incomparabili veterumgeographorum notitia, & graiiſmi peritia interiori valentem. In explicatione tamen Patrum, obſervante *Clerico* in Arte critica, ſæpius peccavit.

LXXXIIX.

NICEPHORI CALLISTI Xanthopuli Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libri XIIX. ex interpretatione latina & cum ſcholiis marginalibus I. *Langi*, ac CASSIODORI Hiſtoria tripartita. Francofurti 1588. Sicut autem ſæpius antea prodierant, ita græce & latine impreſſi ſunt Lutetiæ Pariſ. A. 1630. II. volum. in fol. cum Langi quidem verſione & notulis, ſed per Front. *Ducæum*, uti venditatur, recognita & caſtigatis; niſi forte hic rumor ideo ſparſus fuit, ut libri augeretur pretium. *Placc.* de Anon. 296. Io. Alb. *Fabricius* B. gr. volum. VI. 131. In Præfatione ad FERDINANDVM, Rom. Pannoniæ, Bohem. & Slavor. Regem, diſſerit Io. Langus de origine huius verſionis, videlicet eam ſibi demandatam fuiſſe a ſacratiſſima prædicti Regis Maieſtate; tum de utilitate huius operis pro cuiusque ſtatus & ſexus hominibus; de eius fatis, codicem nimirum græcum e bibliotheca MATTHIÆ CORVINI Pannonum regis, cum aliis libris ſurreptum, in foro ſcrutario urbis CPtanæ venum expoſitum, atque a chriſtiano homine emtum rediiſſe in Pannoniam, ac poſtea in manus & poteſtatem Georgii *Logi*, ICti, præpoſiti & canonici uratislavienſis, & conſiliarii cæſarei, donec tandem pacatam & honorificam ſedem reperiret in auguſtiſſima bibliotheca, quæ Vindobonæ aſſervatur; & denique de ſtu-

ſtudiis atque virtutibus celeberrimæ per orbem, omnibusque titulis maioris Domus auſtriacæ. Continent autem XIIX. hi libri hiſtoriam a N. C. uſque ad Phocæ interitum, ſive ad A. C. 610. ex Euſebio, Sozomeno, Socrate, Theodorito, Philoſtorgio, Theodoro lectore, Baſilio cilice, Euagrio aliisque contextam. Vide *Nicephori* lib. I. c. 1. Equidem argumenta extant V. adhuc librorum, eaque ad calcem huius operis relata ſunt ab editore & interprete; ſed incertum, noſtri ne auctoris illi fuerint, an alterius. Quantum tamen ex illis argumentis licet percipere, continuatio iſta ſeſe extenderet uſque ad mortem LEONIS philoſophi, ſive annum Chriſti 911. Et præſens quidem opus dedicavit Nicephorus ANDRONICO Seniori, MICHAELIS maioris, qui Latinos ex Imperio CPtano eiecit, filio, in eaque illius laudes decantat.

Lib. II. cap. 7. pag. 96. Augarus, regulus edeſſenus, pictorem ad Chriſtum miſit, qui eius vultum depingeret. Sed cum res, ob nimium illius ſplendorem, non ſuccederet, *Chriſtus textum linteum petiit, in eoque prius loto faciem ſuam expreſſit*, atque ad Augarum miſit.	*Fabula* hæc eſt, quam finxit Damaſcenus. Mart. *Chemnitius* Exam. concil. trident. P. IV. p. 686. Augarum vero Euſebius vocat Αγβαρον *Agbarum*.
Lib. VII. c. 16. p. 308. Magnus ille & admirandus cæſarienſis Pamphilus, *cuius filius*, (ſicuti fertur, ut autem alii putant, *ſororis eius filius*) fuit Euſebius.	Euſebius cognomentum Pamphili non tulit conſanguinitatis, ſed ſummæ, quæ ei cum illo interceſſit, *amicitia cauſſa*. Abr. *Scultetus* in Medulla theol. Patr. p. 735.

Nicephorus Calliſtus Xanthopulus, (an Calliſti Xanthopuli? cuius erat filius) diſtinguendus a Nicephoro patriarcha CPtano, ſi non monachus, adiutus tamen bibliotheca S. Sophiæ in urbe CPtana, Hiſtoriam eccleſiaſticam ſcribere cœpit in iuvenili ætate, eamque abſolvit nondum egreſſus ſextum & triceſimum, ſicut ipſe teſtatur lib. I. c. 10. Stilo pro ratione illius ævi uſus eſt non invenu-

nuſto, ſed fabulis ubique intertextis; atque ideo illius cauſſa a *Schurzfleiſchio* Thucydides eccleſiaſticus, propter has vero a Io. *Gerbardo* & *Dannhauero* theologorum ſeu ſcriptorum eccleſiaſticorum Plinius appellatur. Floruit ſæculo XIV. atque ætatem perduxit uſque ad dimidiam eius partem, ſi non ultra, multaque alia literis conſignavit, e quibus edita ſunt Catalogus metricus Imperatorum CPtanorum, & Series patriarcharum eiusdem urbis oratione ſoluta, Synopſis totius ſcripturæ, iambicis trimetris digeſta, & Oratio ad Deum deprecatoria; reliqua in manuſcriptis latent, cognoſci autem poſſunt ex Io. Alb. *Fabricii* Bibliothec. gr. volum. VI. p. 131. & ſeqq. Plura de Nicephoro dabunt *König* 573. *Wharton* in Append. ad Cavii Hiſt. liter. 20. *Magirus* 168. *Beza* in Matth. 26. 17. & *Luc.* 2, 2. *Whear* ſect. XXXVII. p. 147. & *Neu* in Acceſſion. 272. *Lexic.* univerſ. hiſtor. P. IV. 32. *Hottinger.* Bibliothecar. 426. *Sluter.* Propyl. 47. *Sagittar.* Introd. in Hiſt. eccleſ. c. 7. Caſp. *Laeſcher* diſp. de Scylla & Char. vit. p. 12. & Chriſt. *Thomaſius* Cautel. circa præcogn. Iuriſprud. eccl. 23.

Hiſtoria eccleſiaſticæ *tripartitae* libri XII. Francofurti 1588. Vocatur eo *tripartita*, quod ex tribus græcis ſcriptoribus, Sozomeno, Socrate & Theodorito, ab Epiphanio ſcholaſtico in latinum translatis, a *Caſſiodoro* collecta & conſcripta fuit. Eaque ducitur a temporibus CONSTANTINI M. uſque ad THEODOSIVM iuniorem, ſive ab A. 306. ad A. 441. Et olim quidem plus valuit, quam hodie, cnm ipſos illos triumviros habemus, nec tantum eorum fontes adire, ſed meliorem etiam, quam quæ illius eſt Epiphanii, verſionem legere & uſurpare poſſumus. Continuata eſt a *Sigeberto* gemblacenſi uſque ad A. 1113. atque huius laborem excepit ac perſecutus eſt *Robertus*, abbas S. Michaëlis de Monte, uſque ad annum 1147. Noſtra editio in eo præſtat prioribus, quod, adhibitis aliquot vetuſtiſſimis exemplaribus, a mendis prope infinitis repurgata, narrationibusque anni a nato Chriſto in margine adiecti ſunt.

Magnus Aurel. *Caſſiodorus Senator*, e romana Senatorum familia in Brutiis natus, adeoque Senator, ut vero nomine ſuo, vocandus, niſi inolito errore paſſim & vulgo Caſſiodorus audiret, chriſtianæ addictus religioni, maximisque a Gothorum regibus THEODORICO, cuius præceptor fuerat, ATHALARICO,

AMALASVENTHA, THEODAHADO & VITIGE honoribus ornatus, (fuit enim, variis temporibus, Siciliæ præfectus, comes rerum privatarum, deinde ſacrarum largitionum, quæſtor ſacri palatii, magiſter officiorum, præfectus prætorio, immo & ad patricii dignitatem evectus, & ſolus conſul anno 513.) nihilo tamen minus ſæculari ſplendidæque vitæ tandem prætulit monaſticam, atque in cœnobio vivarienſi, quod prope civitatem Scyllitanam in extrema Calabriæ ora condiderat, pio & erudito otio indulgens, multa, immo plura, quam par erat, & quibus maior accedere cura debuiſſet, ſcripſit & compilavit, videlicet Chronicon ab Adamo ad annum 519. Computum paſchalem, de Rebus geſtis Gothorum libros XII. Commentarium in pſalmos Davidis, Inſtitutionem ad divinas lectiones, librum de Anima, & alia, mereturque in claſſem longævorum referri, quippe qui, cum moreretur anno Chriſti 575. aut quocunque alio, attigit, ſi non ſupergreſſus eſt, annum ætatis centeſimum. Inter omnia autem eius ſcripta caput efferunt Epiſtolæ & Edicta, quæ cum Regum ſuorum, tum etiam ſuo, ut præfectus, prætorii nomine ſcripſit. *Epiſtola Caſſiodori*, iudice *Schurzfleiſchio* in Biblioth. Schrader. P. I. H 3. *graves ſunt, & ad antiquitatem perutiles.* Inde formati ſunt libri XII. iique in lucem dati a Mariangelo *Accurſio*, deinde a Guil. *Fornerio* cum notis, denique a Io. *Garetio*, cum notis, tam ſuis, quam aliorum. Neque etiam deſtituimur integrorum Caſſiodori operum editionibus; talis enim emiſſa eſt Pariſiis A. 1588. atque iterum A. 1600. & Aureliæ Allobrogum A. 1609. ac denique præſtantiſſima Rotomagi A. 1679. cura Io. *Garetii*, monachi benedictini. De Caſſiodoro autem vide ſis Io. *Ferrerium* (cuius excerptum extat in principio huius operis, p. 3.) & *Garetium* in eius Vita, Io. Alb. *Fabricium* Bibl. lat. l. 3. c. 16. *Wear.* ſect. XXXIV. p. 137. & *Neu* in Acceſſion. 156. 264. *Voſſium* l. 2. de Hiſtor. lat. c. 19. p. 76. *Cave* 277. *Olearium* P. I. 162. *Konig.* 172. *Magirum* 198. *Pope-Blount* 318. Chriſt. *Thomaſium* Cautel. circa præcogn. Iuriſprud. eccl. 23. Quod ad ſtilum eius attinet, is quidem, pro ratione illius ævi, non eſt ſatis venuſtus aut politus, iuvatque de eo audire *Schurzfleiſchium* l. c. ſic iudicantem: *Talis eius dictio non eſt, ut imitandi cauſa commendari poſſit, quippe quæ non pura ſemper eſt, neque æquabilis, ſed plurimum trahit ex corrupto depravatoque dicendi genere, quale ſæc. VI. quo deſierunt latine loqui,*

loqui, invaluit. Non enim congruunt loquendi modi, nec tam anguſtum avum, quam barbariem, præ ſe ferunt. Bene etiam conſulit David *Chytræus*, idque eius conſilium adprobat *Whearus* p. 137. non modo illa a Caſſiodoro conſuta fragmenta, ſed ſcriptores ipſos, qui græce & latine impreſſi extant, diligenter legendos, & Euſebii panegyricum de vita Conſtantini præmittendum eſſe.

LXXXIX.

Io. ZONARÆ Compendium hiſtoricum, in III. Tomos diſtinctum, ex verſione & cum variis lectionibus ac caſtigationibus Hier. *Wolfii*. Baſileæ 1557. Tomorum primus agit de rebus iudaicis, ab exordio mundi uſque ad hieroſolymitanum excidium; ſecundus de hiſtoria romana, ab urbe condita uſque ad CONSTANTINVM Magnum; tertius de rebus geſtis Imperatorum, a CONSTANTINO M. uſque ad obitum ALEXII COMNENI, qui incidit in A. C. 1118. Sed melior eſt editio Caroli *Du Freſne*, quæ prodiit Pariſiis A. 1686. f. recenſita in *Actis erudítor.* A. 1687. p. 663. quippe qui Wolfianam ex IV. ſcriptis codicibus Regiæ bibliothecæ & uno Colbertino emendavit, latinam verſionem recenſuit, notasque eruditas adiecit, Wolfium ideo carpens, quod opus hoc in tres diſtribuerit tomos, cum auctor eius tantum duos feciſſet. Ille igitur hanc veterem diviſionem retinuit, libros XIIX. formavit, libroſque capitibus diſtinxit, ſubiuncto *anonymi* cuiusdam Brevi ſummario chronologico ab Adamo ad ALEXIVM COMNENVM. Atque hæc recentior editio inſerta eſt Corpori byzantinæ hiſtoriæ, quod recenſetur a Io. Alb. *Fabricio* lib. V. Biblioth. gr. P. II. c. 5. p. 221. Nonnullis Zonaræ codicibus præfixum eſt nomen Georgii *Scylitzæ*, fortaſſis (ut putat Io. Alb. *Fabricius* Biblioth. gr. lib. VI. 156.) quod capitibus opus diſtinxerit, ſummariaque præfixerit.

In Præfatione ſeu epiſtola dedicatoria ad Ant. Fuggerum ait Wolfius, *Zonaræ* opus duplici nomine commendandum eſſe, tum propter amplitudinem & varietatem rerum, quæ in eo continentur, tum ob brevitatem, quæ hominibus vel in Rep. vel domeſticis negotiis, ſtudiisve gravioribus occupatis, vel iis, quorum infirmior eſt memoria, non poſſit non eſſe aptiſſima atque gratiſſima. Tum diſſerit de utilitate cognitionis hiſtoriarum, de rationis & ora-

orationis abuſu ſive corruptione inter homines ad fallendum & nocendum, etiam inter theologos, philoſophos, atque ipſos reges ac principes, de multorum bellorum iniuſtitia, de Zonaræ Compendio, & auctoris ſtilo.

Io. *Zonaras*, CPtanus, relictis ſplendidiſſimis in aula byzantina muneribus (erat enim, ſub *Alexii*, *Ioannis*, & fortaſſis etiam *Manuelis* COMNENORUM imperio, magnus viglæ drungarius, id eſt, excubiarum ſive cohortis millenariæ præfectus, & protoſecretarius, ſeu primus a ſecretis. *Whear* Relect. hiemal. ſect. 39. p. 151. *Martinius* Lexic. philol. T. I. 331. *Du Freſne* Gloſſar. T. II. 181.) factus monachus S. Baſilii, floruit ſæc. XII. & præter Commentarios in canones SS. conciliorum ſcripſit Orationem de immunditie ob gonorrhoeam, Canonem de S. Virgine, ſive poëma adverſus omnes hæreſes, Prooemium in Tetraſticha Gregorii nazianzeni, tractatum de Nuptiis conſobrinorum, & Epiſtolas, quarum aliquot *Glycæ* ſint, Compendium vero hiſtoricum in ſtatu monaſtico. *Voſſius* quidem lib. II. de Hiſtor. græc. c. 27. maiorem ſe in eo ait deſiderare curam atque induſtriam, & pleraque eundem, etiam in ſui temporis rebus, perfunctorie tantum dicere, ac Dionem exſcribere: ſed *Wolfius* in Præfat. eum laudat a varietate rerum & brevitate, & Alex. *Braſſicanus*, vir clariſſimus, ſinceræ fidei hiſtoricum appellat, atque ipſe *Voſſius*, ubi ait, Dionem exſcribere, duo hæc verba addit, *vel ſequi*. Si quis etiam eſt defectus narrationis rerum ſui temporis, eum, teſte eodem *Voſſio*, ſupplevit ANNA COMNENA, ALEXII Imp. filia, in ſua, quam ſcripſit, Alexiade. Certe tertius Zonaræ tomus ea habet, quæ alibi non reperiuntur. *Whear* ſect. 38. p. 148. Ceterum de Zonara vide *König*. 885. Card. BONAM T. III. in Notit. auctor. (e) 8. *Bevereg*. Prolegom. in Synodicon p. 15. *Pope-Blount* 376. *Cave* 452. C. *Colerum* Epiſt. de ſtud. polit. (T. III. Methodor. Crenii p. 388.)

Hier. *Wolfius*, oettingenſis, ex antiqua & equeſtri familia, ad ſtudia, quamvis inde a patre avocaretur, deſtinatus & proclivis, pro armis libros emit, & Tubingæ publico famulatu victum quærere coactus eſt. Poſtea ſcribæ munere in aula herbipolitana perfunctus, Wittebergam ſe contulit ad audiendum Phil. Melanchthonem, ab eoque præfectus fuit ſcholæ mulhuſianæ. Inde Noribergam venit, & XII. alumnos inclyti Senatus docuit, donec

Augu-

Digitized by Google

Auguſtam Vindelicorum ſalutaret, ibique præter bibliothecæ Fuggerianæ curam, Anneæ ſcholæ regimen ſuſciperet. Græce doctiſſimus erat, & præter Zonaram binos nobiliſſimos hiſtoricos, *Iſocratem* & *Demoſthenem* latina civitate donavit, ſed & *Ciceronis* libros officiorum, ac Tuſculanas quæſtiones commentariis & annotationibus illuſtrare ſtuduit. In epitaphio Auguſtæ poſito appellatur Socrates ſuevus, chriſtianæ philoſophiæ & eloquentiæ princeps, vir ad ſcribendum, dicendum, docendum natus, antiquæ virtutis & fidei germanicæ exemplar. Vixit cœlebs, & obiit ex calculo, morbo litteratis familiari, A. 1580. æt. 64. in eo tantum non laudandus, quod ſortem ſuam deterrimam duxerit, atque ideo ſæpe mortem optaverit. *König* 874. M. *Adamus* in Vit. philoſoph. 305. *Thuanus* lib. 71. p. 40. *Gerbelius* in dedicat. Cuſpiniani de Conſul. rom. *Friſchlinus* Orat. p. 415. C. S. *Schurzfleiſch* diſp. 97. de Germanorum in gr. literar. meritis §. 15. & Epp. ſelect. pag. 57. *Blount* 766.

NICETÆ Choniatæ Hiſtoria ſive Annales. Græce & latine, cumque variis lectionibus & annotationibus Hieron. *Wolfii*, Baſileæ apud Io. Oporinum 1557. Prodiit etiam Genevæ A. 1593. 4. cum præmiſſa Chronologia, & Breviariis ſingulis libris præfixis, notisque ad marginem moralibus ac politicis S. G. S. id eſt, Simonis *Goulartii* Silvanectenſis, & Pariſiis 1647. cum Annib. *Fabroti* notis & Gloſſario græco-barbaro, ac rurſus ibidem A. 1660. Wolfii autem verſionem, notante Io. Alb. *Fabricio* Biblioth. gr. lib. V. c. 5. p. 404. caſtigat *Allatius* præfat. ad Excerpta rhetorum. Complectitur hæc Hiſtoria annos 86. videlicet ab A. C. 1118. in quo *Zonaras* definit, uſque ad annum 1204. & abſolvitur libris uno de viginti. In Dedicatione ſive Præfatione Wolfius laudibus celebrat Nicetam; extollit artem, tanquam certiorem ducem, quam naturam: perbeatos eos eſſe iudicat, qui uſque ad tempus, quod rebus gerendis aptum eſt, poſſunt ac volunt philoſophari: animum ait ſuum paſtum habere, eruditionem: in nullius magiſtri verba iurandum eſſe docet: nec græcam linguam ut ſupervacaneam aſperandam: denique de confuſione gymnaſiorum conqueritur, eorum videlicet, in quibus utraque lingua non ita, ut fas eſt, docetur & exercetur. Notandum etiam, ſcriptorem hunc Græcos vocare *Romanos*, & Turcos *Perſas*.

Digitized by Google

Nicetas Acominatus, *Choniates* dictus a Chonis, urbe patria in Phrygia, cui & nomen erat Coloſſarum, *Michaëlis* natu maioris, qui eum moribus & doctrina imbuit, frater, ab aliis Nicetis diſtinguendus, ſplendidiſſimis in aula byzantina officiis ornatus, (fuit enim Magnus logotheta ſecretorum, ſive ſummus cancellarius, & Inſpector ac iudex veli, ſive Iudicii director, præterque ea præfectus ſacro cubiculo) & inter ſequioris ævi Græcos ad politicum uſum excellens, capta a Latinis, ſupremo duce Balduino flandro, A. 1204. Conſtantinopoli, cum uxore gravida liberisque in exilium abiit, ſeque contulit Nicæam Bithyniæ, & ſupremum ibi diem vidit poſt annum 1206. De eius ſtilo & Hiſtoria ſic iudicat *Lipſius* in not. ad lib. I. Polit. c. 9. ut *Whear*, *Conringius* & *Neu* ei conſentiant, videlicet ſtilum eſſe operoſum, & poëtas atque Homerum ſæpe reſipientem, at res & narrationem ipſam diſtinctam, compoſitam, ſine vanitate, ſine ineptiis, brevem, quod ſatis eſt, & fidam: crebra apud eum monita, iudicia non libera ſolum, ſed ſana; ad ſummam, Politicis omnino legendam. Scripſit etiam Theſaurum orthodoxæ fidei libris XXVII. in gratiam amici, qui expugnata altera Roma ſolum vertere ſecum coactus erat, iisque poſt expoſitam chriſtianam doctrinam, omne genus hæreſium ſchiſmatumque perſequitur, & partim teſtimoniis veterum eccleſiæ Doctorum, partim ſuis confutat armis & argumentis. Quod opus græce quidem exſtat pluribus in locis, ſed nondum ita eſt editum; in lucem autem exierunt tantum priores V. libri latine, interprete Pet. *Morello*, & Fragmentum ex libro XX. de ordine obſervando ab iis, qui a ſaracenica ſuperſtitione ad fidem transeunt chriſtianam. Ne dicam de aliis eius ſcriptis, quæ itidem adhuc tenebris ſepulta iacent. *König* 573. G. I. *Voſſius* lib. II. de Hiſt. græc. c. 28. *Cave* 487. & P. II. 247. *Whear* ſect. 39. p. 150. & *Neu* in Acceſſion. 164. *Pope-Blount* 404. *Colerus* Ep. de ſtud. polit. p. 388. & *Crenius* T. III. Methodor. 390. Et *Wolfius* in præfat. ei laudem tribuit hominis ingenio & multiplici doctrina præſtantis, & veritatis hiſtoricæ ubique ſtudioſi.

XC.

NICEPHORI GREGORÆ Romanæ h. e. byzantinæ hiſtoriæ libri XI. græce & latine, ex verſione Hier. *Wolfii*. Baſileæ

Digitized by Google

leæ 1562. Hiſtoria hæc complectitur annos 137. ab urbe CPli a Venetis & BALDVINO flandro capta uſque ad obitum ANDRONICI Palæologi iunioris, h. e. ab A. C. 1204. ad annum 1341. Præmittuntur hic 1) Præfatio *Wolfii*, in qua ille narrat, illuſtris Ant. *Fuggeri* liberalitati & Io. *Dorenſchvvami* operæ deberi Hiſtoriam byzantinam, eiusque verſionem, quæ quidem, pro diverſitate auctorum, modo gravior ſibi fuerit, modo iucundior; lectionem autem hiſtoriæ byzantinæ non tam iucundam eſſe, quam ſalutarem, ſi ii, qui rerum potiuntur, ex alienis peccatis ſua emendare, diſcordiis atque invidiæ ac bellis temerariis renunciare, iuſtisque ad avertendos barbaros, & chriſtiani nominis hoſtes mediis ſtuderent. Auctorem ea, quæ de MICHAELE PALÆOLOGO uſque ad Catelanorum ab ANDRONICO Seniore defectionem ſcribit, a *Georgio Pachymerio* mutuatum eſſe, atque in compendium redegiſſe; ſe vero illud opus perlegiſſe, & quæ non inutilia videbantur, Nicephoro adieciſſe. 2) Carmina tria, quorum primum continet epilogum byzantinæ hiſtoriæ; ſecundum eſt directum ad Lud. *Carinum*, tertium ad Io. *Oporinum*. 3) Imagines THEODORI LASCARIS, non primi, ſed eius nepotis e filia, quam in matrimonio habuit Ioannes Ducas, alter nicænus poſt ſocerum Imperator: MICHAELIS PALÆOLOGI: ANDRONICI PALÆOLOGI, ſenioris Andronici filii; cui unica appicta aquila, fortaſſe quod Aſiæ imperium totum amiſit, ipſa CPli vix defenſa, quam tandem nepos Andronicus ei eripuit, miſerumque ſenem monachum fieri coëgit: & *Georgii Pachymerii*. Subiunguntur autem 1) Excerpta e *Georgio Pachymerio*. 2) *Wolfii* Annotationes in loca Nicephori Gregoræ ſuſpecta. Atque hæc Nicephori Gregoræ hiſtoria edita quoque eſt Genevæ A. 1615. græce & latine, multoque auctior & emendatior Pariſiis A. 1702. cum notis Io. *Boivinii*, de qua vide Acta erudit. A. 1704. p. 27. & Io. Alb. *Fabricii* Biblioth. gr. volum. VI. 319. CL. enim vir ille alios XIII. antea ineditos libros adiunxit, eosque latinitate donavit, atque ita hiſtoriam produxit uſque ad annum 1351. publicaturus, uti pollicitus eſt, reliquos etiam XIV. libros, hiſtoricos quidem IIX. in anno 1357. ineunte deſinentes, & dogmaticos VI. ita ut in totum eſſent XXXIIX.

Nicephorus Gregoras, ſeu potius *Gregora*, cuius erat filius, byzantinus, in aula verſatus ANDRONICI cum ſenioris, tum iunioris, & ad legationes adhibitus, anno autem 1351. a patriarcha Calliſto cum ceteris Acyndini aſſeclis damnatus, librum Hiſtoriæ XII. & V. ſequentes ſcripſit liber, ſed XIIXum & IX. reliquos domi manere iuſſus, atque a monachis cuſtodibus obſeſſus; multa etiam alia compoſuit, quæ maximam partem adhuc ſunt inedita, ſed quorum catalogum R. P. Bernardus *de Montfaucon* Roma miſit ad Boivinium, eaque ſunt biblica, dogmatica, euchologica, philoſophica, aſtronomica, paſchalia, hiſtorica, grammatica, oratoria, prologi, teſtamenta, monodiæ, philologica & miſcellanea, poëmata, epiſtolæ, & laborioſæ vitæ finem fecit poſt annum 1355. LX. & amplius natus annos. *Wolfius* quidem in Præfat. de eo ait non multis opus eſſe: nam quo ingenio, doctrina, facundia, auctoritate apud ſuos fuerit, ipſum abunde declarare, & *Boivinius* multa Græcorum de eo elogia congeſſit; nec *Lipſius* in not. ad lib. I. Polit. p. 215. laudem ei denegat pietatis, rectorumque iudiciorum, & legendum eſſe cenſet cum ob providentiæ divinæ venerationem, quæ in eo deprehenditur, tum etiam hoc nomine, quod pleraque eius hiſtoria ab ævo noſtro non diſſidet, ſiquidem lites diſſenſusque in ſacris reperias, haud diſſimiles hodiernis; hoc tamen addit, nequaquam pari caſtigatione & induſtria, ut Nicetam choniatem, ſcripſiſſe, ſed vitia plura traxiſſe ſui ævi: ſuperfluere aut evagari, & res orationesque proprias miſcere indecore, immo inepte. Et Leo *Allatius* de Conſenſu utr. eccleſ. p. 727. eundem maligni in quibusdam ſilentii accuſat. Vide *Königium* 361. *Whearum* Sect. 24. p. 96. 351. & *Neu* in Acceſſion. 165. *Wharton* Append. ad Cavii Hiſtor. liter. p. 26. *Olearium* T. II. 10. Io. Alb. *Fabricium* 300. *Magirum* 401. & C. *Colerum*, (in Crenii T. III. Methodor. p. 388.) qui fatetur, eum ad prudentiam civilem unicum eſſe, & ſententiarum uber quoddam.

LAONICI CHALCOCONDYLÆ Hiſtorica turcica, Conr. *Clauſero* interprete; ſed recognita ab eodem, & ad Philippi *Gundelii* exemplar emendata, atque hic ab Hier. *Wolfio* ſubiuncta, p. 273. cum præfatione Io. *Oporini*, qui de operis contentis diſſerit, de auctore iudicium edit, & lectionem hiſtoriæ byzantinæ, ut ſupra *Wolfius* fecerat, commendat, ſcribens: *Attenta eius lectio, dum*

ſui

Digitized by Google

ſui temporis contentiones, & chriſtianorum etiam Principum quorundam inter ſe diſcordias, æmulationes, perfidiam, tantique Imperii caſum atque internecionem ob oculos ponit, altum illum noſtri quoque ſeculi veternum, etiam eorum, qui ad Reip. gubernacula ſedent, ſi excuti poſſet, excutere poſſe videtur. Recuſa eſt, addito textu græco, Genevæ A. 1615. & Pariſiis, cum Car. Annib. *Fabroti* Gloſſario, nec non Annalibus Sultanorum Othmanidarum, e germanico Io. *Gaudieri*, dicti *Spiegel*, in latinum translatis a Io. *Leunclavio*, e typographia regia A. 1650. Et noſtra quidem, quam gallice reddidit Blaſius *Vigenerius*, conſtat libris X. ab Ottomanni I. initiis ad imperium Mohamedi II. adultum, h. e. ab A. C. 1298. ad annum 1462. originem & res geſtas Turcorum, imperiique Græcorum interitum exponens. Cui quidem alibi acceſſit Appendix brevis uſque ad annum 1565. ſed quæ recentiorem auctorem agnoſcit. Atque hi IV. ſcriptores, *Zonaras* nimirum, *Nicetas* Choniates, *Nicephorus Gregora*, & *Laonicus Chalcondylas*, conficiunt integrum hiſtoriæ byzantinæ corpus a CONSTANTINO magno ad CONSTANTINVM poſtremum, & CPlim a Turcis, eheu, occupatam & poſſeſſam, adeoque annos fere 1123. complectens.

Laonicus, aliis *Nicolaus* dictus, (idem enim nomen eſt, ut *Theophilus* & *Philotheus*, *Demonicus* & *Nicodemus*) *Chalcocondylas*, quem etiam, decurtato nomine, *Chalcondylam* vocant, athenienſis, illuſtri genere oriundus, claruit ſæc. XVI. vitamque, ſi *Voſſio* de Hiſtor. gr. l. 2. c. 29. p. 155. credimus, ad annum uſque 1490. vel ultra, perduxit, ſcriptor minime contemnendus; quamquam non careat, obſervante *Bellarmino* de Scriptor. eccleſ. falſis narrationibus, quas temere credidit rerum noſtrarum ignarus, ſicut & *Gaddius* ac *Barthius* non nulla eius loca notarunt. Cetera tamen fidem meretur, uti *Oporinus* ſcribit in Præfatione, quia plurima quidem oculatus teſtis, non pauca vero ab ipſis etiam Imperatoribus, aut eorundem tabulariis accepta profert. Vid. *König* 184. *Whear*. Sect. 39. p. 153. & *Neu* in Acceſſion. 182. 299. *Wharton* Append. ad Cavii Hiſt. liter. 100. Io. Alb. *Fabricius* l. c. *Magirus* 206.

Caſp. CALVOERII Saxonia inferior, antiqua, gentilis & chriſtiana. Goslariæ 1714. Operis ſunt Partes IV. in quarum prima agitur de antiquis Saxoniæ incolis, eiusque deaſtris, cultu idololatrico, & vita atque actionibus Saxonum: in ſecunda de conver-

ſione, epiſcopatibus & cœnobiis Saxonum : in tertia de epiſcopatibus & cœnobiis Saxonum, ſæc. IX. fundatis: in quarta de epiſcopatibus & cœnobiis ſæc. X. conditis. Quibus accedit Appendix de non nullis ſæc. X. erectis, ſed in antiquitate non adeo celebribus monaſteriis. Et præmittitur Præfatio, in qua dicitur, Saxoniam inferiorem fuiſſe theatrum & palæſtram romanæ ac germanæ fortitudinis, immo & artis & religionis, ſiquidem inde chriſtiana religio transplantata ſit in regiones boreales: primam quoque eſſe inter omnes Germaniæ provincias, quæ Francorum iugum excuſſerit, & cervicem ſubmiſerit potentiæ doctrinæ chriſtianæ. Vide auctores *Relat. innoc.* A. 1714. & *Neuen Bucher-ſaal* T. IV. 775.

Caſp. *Calvör*, natus Hildeſiæ A. 1650. antehac cellerfeldenſis, nunc autem clausthalienſis paſtor, pariterque eccleſiarum Ducatus grubenhagenſis Superintendens generalis, & conſiliarius conſiſtorialis hanoveranus, multis inclaruit ſcriptis, quæ recenſentur in Tomo IV. Muſei novi (des Neuen Bücherſaals) p. 775. inter quæ ſunt præcipua: Gloria Moſis, Gloria Moſis illuſtrata, Fiſſuræ Sionis, Rituale eccleſiaſticum, de Muſica, de Iuris naturæ ac conſcientiæ ortu divino & certitudine, Epiſtola ad D. Strimeſium, Ramus oliuæ ſive conſultatio de pace eccleſiaſtica inter Proteſtantes ineunda, Depulſio aliquot durarum imputationum, Examen ſpiritus pietiſtici, Dehortatio ad eccleſiam clausthalienſem, Gloria Chriſti, Quæſtiones ad viros nonnullos, & Metron mentis univerſale. Vocatur inſignis theologus lutheranus a Sam. *Strimeſio* in Inquiſit. in controv. Euangelicor. P. I. 171. nec non clariſſimus & celeberrimus, p. 1.

XCI.

Iac. SALIANI Annalium eccleſiaſticorum V. T. epitome. Coloniæ 1638. Recuſa Rotomagi A. 1646. f. Huius epitomes auctor ipſe eſt Salianus, alienior alioquin a diſpendioſis compendiis, ſed ad hoc inſtitutum coactus & compulſus cum amicorum precibus, tum aliorum molimine, quo eius Annales contrahere nitebantur, aut certe contracturos ſeſe minitabantur. Cum vero ſatius ſit, compendium ab ipſo, qui opus condidit auctore formari, quam ab alio, ideo Salianus laborem ipſe hunc aggreſſus eſt, treſque ei annos impendit, operam dans, non ut ſtrictim omnia

&

Digitized by Google

& quam breviſſime dicerentur, ſed ut optima quæque plenius, & totidem ſæpe verbis, quibus in Annalibus erat uſus. Inter variantes auctorum ſententias illam hic ſecutus eſt, quam iudicabat probatiſſimam. Non nulla etiam obiter, quæ ad rem non parum facere videbantur, Annalibus adiecit, & errata, quæ vel typographis, vel ſibimet ipſi irrepſerant in Annalibus, eadem opera emendavit. Ipſi autem Annales VI. tomis ſive partibus, quæ tria volumina conficiunt, comprehenduntur, impreſſi Pariſiis A. 1619. & 1620. hiſtoriamque tradentes, ſicut & hæc Epitome, annorum MMMMLXXXVI. a M. C. uſque ad Chriſti aſcenſionem in cælum.

Pag. 259. *Vtrum* LXX. illi ſocii, qui Moſem ſublevarent, *ei eſſent ſubordinati*, in Annalibus explicatum eſt. (Sequitur autem ibi *Abulenſem id negantem.*) *Subordinatos fuiſſe*, ſtatuit Io. *Seldenus* de Synedr. vet. Ebreor. l. 3. c. 1. p. 13.

Iac. *Salianus*, avenionenſis, S. I. homo doctus, & prodigioſæ memoriæ, literarum humaniorum & ſacrarum in provincia lugdunenſi interpres, Collegii veſontionenſis rector, & eccleſiaſtes pariſienſis, elucubravit de timore Dei libros IX. de amore Dei libros XVI. Artem placendi Deo, Enchiridion ſacræ & profanæ hiſtoriæ, vitæque ſuæ curſum conſummavit A. 1640. ætat. 83. *Auctor Cenſura Eclogarum* I. Fr. Meyeri ſcribit p. 70. Salianum noſtrum non Baronii, ſed Tornielli eſſe epitomatorem; at *Sixtus* ſen. Biblioth. S. lib. IV. p.340. narrat, eo fere tempore, quo Aug. *Torniellus* Annales V. T. in lucem dedit, noſtrum & ſuos edidiſſe, & longe quidem fuſiores, VI. videlicet tomis comprehenſos, cum Torniellus duobus tantum tomis ſuos complexus ſit. *Vterque* vero (ita iam pergit Sixtus) *omnes V. T. hiſtorias in annos digeſſit, tanto iudicio & eruditione, maxime hic,* (puta, Salianus) *ut omnem chronologorum laborem poſthac ſupervacuum fore putem. Non poſſunt ſatis laudari duorum iſtorum doctiſſimorum virorum ſcripta.* Hinc etiam *Kœnigius* Annales Saliani noſtri iure meritoque vocat doctum opus. p. 715. Ceterum de Saliano videatur *Alegambe* in Biblioth. ſcriptor. Soc. Ieſu.

XCII.

Digitized by Google

XCII.

CENTVRIAE XII. Magdeburgenſes, ſive eccleſiaſt. hiſtoria integram eccleſiæ Chriſti ideam, quantum ad locum, propagationem, tranquillitatem, doctrinam, hæreſes, ceremonias, gubernationem, ſchiſmata, ſynodos, perſonas, miracula, martyria, religiones extra eccleſiam, & ſtatum Imperii politicum attinet, ſecundum ſingulas Centurias perſpicuo ordine complectens, ſingulari diligentia & fide, ex vetuſtiſſimis & optimis Hiſtoricis, Patribus, & aliis ſcriptoribus congeſta, per aliquot ſtudioſos & pios viros in urbe Magdeburga. Baſileæ per Io. Oporinum (de quo vide *Vogleri* Introduct. univerſ. in notitiam ſcriptor. p. 11.) A. 1564. & ſeqq. volumina V. Recuſæ Baſileæ A. 1624. Tomis III. opera Ludov. *Lucii*: in quo laudandum, quod aliorum verba curſivis, ut vocant, litteris imprimenda curaverit; at hoc improbatur, quod epiſtolas dedicatorias, præfationes, aliasque ad lectores admonitiones vel omiſerit vel mutaverit: quid? Io. Gottl. *Moller* in peculiari eum diſſertatione de Centuriis magdeburg. p. 16. triplicis generis corruptionum accuſat, videlicet quædam omiſiſſe, non nulla in ſuæ, hoc eſt, reformatæ religionis gratiam depravaſſe, & nova quædam addidiſſe. Sed utinam ſingulas illas corruptiones, clare & diſtincte indicaſſet, lectorumque oculis ſubieciſſet, ut accuſatio probatione muniretur. Ger. Io. *Voſſius* (vide eius Epiſtolas p. 254.) in animo habuit eas cum notis ſuis emittere; ſed poſtea curam iſtam depoſuit. *Magdeburgenſes* appellantur a loco ſcriptionis, qui erat urbs Magdeburgum. Non tamen omnes ibi ſcriptæ ſunt, ſed IV. duntaxat priores, & ex parte Quinta. Præcipuus earum auctor fuit Matth. *Flacius*: cui opem tulere Io. *Wigandus*, Matthæus *Iudex*, Baſil. *Faber*, Andr. *Corvinus*, & Thom. *Holthuterus*. De quibus vide Caſp. *Sagittarii* Introd. in Hiſt. eccleſ. T. I. p. 248. & *Clarmundi* Einleitung 99. Inferioris Saxoniæ Nobiles magni nominis, Chriſtoph. *a Steinberg*, Ludolph. & Ioach. *ab Alvensleve* fratres, Hartw. *a Werder*, Andr. *a Meiendorf*, Henr. *ab Aſſeburg*, & Achatius *a Veltheim*, Coſſ. & Senatus Lindavienſis; ex haſſiaca nobilitate Herm. *Riedeſel*, atque Auguſtani quidam & Noribergenſes, ex hiſce quidem Chriſtoph. *Harsdörffer*, Io. *Meinſchein*, Iac. *Peck*, Thom. *Irtenberger*, & Andr. *Oertel*, prout videre licet ex inſcriptionibus ſeu de-

dedicationibus Centuriæ VII. IIX. X. & XImæ. *Sagittar.* 264. Idque initium capit a temporibus Chriſti ſervatoris, & excurrit uſque ad finem ſæculi XIII. Singulæ autem Centuriæ in XVI. capita ſunt digeſtæ, quorum I. eſt argumentum Centuriæ, II. agit de loco & propagatione eccleſiæ, III. de tranquillitate & perſecutione, pœnisque perſecutorum, IV. de doctrina, eiusque inclinatione, V. de hæreſibus, VI. de cærimoniis diverſis in locis, VII. de gubernatione eccleſiæ, IIX. de ſchiſmatibus & certaminibus levioribus, IX. de conciliis, X. de perſonis illuſtribus in eccleſia, potiſſimum de epiſcopis & doctoribus, XI. de hæreticis & ſeductoribus, XII. de martyribus, XIII. de miraculis, XIV. de rebus iudaicis externis, ſeu politicis, XV. de religionibus extra eccleſiam, ut iudaiſmo, gentiliſmo, XVI. de mutationibus politicis imperiorum. Vnde cognoſci poteſt, quis Centuriatoribus ſcopus fuerit, nimirum hic, ut, quæ fuerit per ſingula ſæcula eccleſiæ fides, qui ſtatus, quæ diſciplinæ eccleſiaſticæ forma, &c. ob oculos poneretur. Atque opus hoc eſt omnino laude dignum. G. *Calixtus* Appar.theol. 184. *Olearius* Abac. patrolog. 104. *Sagittar.* l.c. 273. *Cave* præfat. in alteram Hiſtor. liter. ſcript. eccl. Partem †. & *Spanhem.* Introduct. ad hiſt.eccl. 6. Sed non ſine nævis. *Sagittar* 277. *Geſſel.* præf.in Hiſt. ſacr. 4. *Cave* l. c. Chriſt. *Thomaſius* in Admon. de 2. Collegiis A.1701. A 4. Qui tamen excuſandi. *Whear* 164. *Nen* 317. præcipue cum eius auctores non adhibuerint curas ſecundas. *Olear.* 105. Neque vero caruit adverſariis: illud enim, cum adhuc eſſet in herba, oppugnarunt ſub nomine *Scholaſticorum* theologi quidam wittebergenſes, (de quibus vide *Relat. innoc.* de A.1710. p. 661.) cumque editum eſſet, Fran. *Turrianus*, Guil. *Eiſengrein* in Centuriis XVI. adverſus Flacium, Nic. *Harpsfeld* in Dial. de Hiſtor. magdeburg. Laur. *Surius*, Pet. *Cotonus* in Inſtit. cathol. omniumque maxime Cæſar *Baronius*; quamquam Centurias ipſas nusquam nominet, ſed ſub nominibus *Novatorum*, *Hæreticorum* & *Schiſmaticorum* involvat, ne ſcilicet, ut putant, lectoribus anſam det evolvendi eas & legendi. Vide P. Honor. *de S. Maria* in Atrio nov. libr. T. III. 821. & *Hedevillium* apud Cren. P. IIX. Animadverſ. p. 85. Prædictis adverſariis, teſte *Boineburgio* Epp. p. 180. accenſendi etiam ſunt Conr. *Brunus*, Iod. *Cocus*, Alex. *Turrianus*, & Caſp. *Scioppius*. Continuationem huius operis ſibi propoſuerunt, aut proponere viſi ſunt

Andr. *Stangevvaldus*, (certe hic a Duce Boruſſiæ ſibi munus ſcribendi tres reliquas Centurias demandatum eſſe affirmavit, ut legimus in *Crenii* Animadv. P. VI. 72.) Lud. *Lucius* G. I. *Voßius*, Caſp. *Sagittarius*, & Gebh. Theod. *Meyer*, ſed eventus ſpei, quam oſtendere, aliive de ipſis concepere, minime reſpondit; neque etiam hoc ſtat in viribus hominis unius, quantuscunque ille ſit, & quantam de eo cunque foveas opinionem. Interim pro earum ſupplemento reputari poteſt Eliæ *Ebingeri* Seculum XV. Hiſtoriæ eccleſiaſt. de quo *Serpilius* in Epitaph. theol. ſuevor. 136. lectuque dignum eſt venerabilis abbatis Io. Andr. *Schmidii* Conſilium de Centuriis magdeburg. emendandis, defend. & continuandis, editum A. 1700. 4.

Io. *Wigandus*, mansfeldianus, primum ludi in urbe Noribergenſi laurentiani magiſter, deinde diverſis in locis, atque ita etiam Magdeburgi eccleſiaſtes, tum profeſſor theol. ienenſis, ſed brevi poſt ob adiaphoriſticas cum Flacio controverſias, quas Stoeſſelius ſuſcitaverat, ſolum vertere iuſſus, quin & elapſo ſeptennio, quo aſſumtis prius honoribus doctoralibus eccleſiæ wiſmarienſi docendæ operam dederat, ad profeſſionem theologicam revocatus, nec alia a Duce meklenburgico lege dimiſſus eſt, quam ut uno exacto anno rediret. Sed ille ibi manſit uſque ad tertium & ſeptuageſimum, quo poſt obitum *Ioannis Wilhelmi* Ducis Saxon. novorum motuum theologicorum cauſſa iterum in exilium abire compulſus eſt. Poſt hæc per biennium docuit in univerſitate ſtudiorum regiomontana, factusque tandem epiſcopus pomezanienſis, in ſede cathedrali Liebenmühlana A. 1587. deceſſit, ætatis 64. ob crebras mutationes fortunæ pila vocandus. Conr. *Schluſſelburg.* Orat. de eius vita, Melch. *Adam.* in Vitis theol. 603. Caſp. *Sagittar.* l. c. 246. *Micralius* Syntagm. hiſt. eccl. 790. *König* 869. *Lenkfeld* in Hiſtor. Spangenbergii, auctor *Atrii novi libror.* T. II. 502. 867. & Io. *Latermann.* præfat. in Declarat. apologet. 6. Annumerandus eſt iis, qui multa ſcripſerunt: extant enim eius libri dogmatici, exegetici, polemici, hiſtorici, orationes & diſputationes, de quibus plenius te informabit *Adamus* p. 616. & ſeqq. Et calamo quidem dimicavit cum Io. & Georg. *Maiore*, Paulo *Ebero*, Victorino *Strigelio*, Steph. *Agricola*, Paulo *Crellio*, *theologis vvittebergenſibus*, quos antiluthetanos vocat, *Peucero*, *Pezelio* & *Crucigero*, quos ap-

appellat apoſtatas, *Sidonio* & *Caniſio*, *Sacramentariis*, *Servetianis* ſeu antitrinitariis, *Synergiſtis*, *Anabaptiſtis*, *Ad aphoriſtis*, *Oſiandriſtis*, *Schvvenckfeldianis*, & quibus cum non? Hinc fit, ut laudetur ab his, culpetur vero ab illis. Inter laudatores quidem ſunt Wolfg. *Franzius*, qui in tractatu de Interpret. ſacr. ſcriptur. pag. 15. vocat theologum ſummum ſui ſæculi; & Conr. *Schlüſſelburgius*, ac M. *Adamus*, quibus audit vir ingenio doctrinaque præſtans, cuius vita ſobria & honeſta aliis eſſet exemplo, comis & facilis erga quosvis, pariterque gravis, præterea munificus & liberalis erga egenos, amans homines pios & bonos, in genua, quoties ad Deum preces fundebat (fundebat autem matutino & veſpertino tempore) procumbens, cumque domeſtica eccleſia ſingulis fere diebus examina catechetica inſtituens. *Latermannus* autem præfat. in Declarat. apologet. b. accuſat eum, quod ſcandaloſum minimeque neceſſarium adverſus Heshuſium excitarit certamen, eique, qui ſcripſerat, Non tantum in concreto recte dici, *Homo Chriſtus eſt omnipotens*, *omniſcius & adorandus*, verum etiam in abſtracto, *Humana Chriſti natura eſt omnipotens*, hanc, qua ille nunquam uſus fuerat, propoſitionem tribuerit, *Humana Chriſti natura in abſtracto eſt omnipotens*, indeque hunc exterebraverit ſenſum, *Humana Chriſti natura extra unionem & in ſe ſpectata eſt omnipotens* & omniſcia: præterea etiam in Synodo illum nec citatum, nec auditum damnaverit, eique revocationem decreverit; unde factum, ut Heshuſius ab eccleſiaſtico pariter atque epiſcopali munere, quamvis, ut Ioanni *Behmio* videtur, minus conſiderate, removeretur.

Matth. *Iudex*, Tippolswalda-miſnicus, primum conrector, deinde rector ſcholæ magdeburgenſis, porro eccleſiaſtes eiusdem urbis, poſtea profeſſor theol. in Salana, & inde ob libelli germanici de fuga papatus editionem, vel potius ſynergiſmi Strigeliani improbationem, cum *Flacio* & *Wigando*, remotus, & Magdeburgo ſæviſſima hieme cum uxore & V. liberis expulſus, Wiſmariam pervenit, Roſtochiique, ad promotionis actum invitatus, obiit A. 1564. æt. nondum 37. vir, ſecundum Simonem *Pauli*, divino ingenio, ſingulari eruditione, acumine iudicii, dexteritate in confutandis adverſariis, fide in laboribus vocationis, conſtantia, zelo veritatis, & aliis virtutibus theologo dignis præditus. Ante coniugium adeo pudice vixit, ut a non nullis frigidus fuerit iudicatus,

tantæ etiam fuit ſobrietatis, ut ne quidem in gratiam intimorum ultra ſitim unquam biberet; cibi vero adeo exigui, ut, quantum alius mediocris ſtomachi uno die abſumit, vix dimidio hebdomadis comederit. Scripſit quædam latine, alia germanice, & non nulla communi cum Wigando nomine; interque illa ſunt liber de concione pœnitentiæ, legi, non autem euangelio propria, & alius de typographiæ inventione, & legitima prelorum inſpectione. Ceterum ſicut amicitiam coluit cum *Flacio*, *Wigando*, *Heshuſio*, Sim. *Muſeo*, Mich. *Neandro*, & Baſil. *Fabro*, ita calami armis oppugnavit *Amſtorſium*, *Cicelerſum*, G. *Maiorem*, *Strigelium*, & *Interimiſticos*: idemque ad X. Centurias magdeburgenſes ſcribendas & expoliendas, atque ad tres earum germanice reddendas operam ſuam contulit; nec dubium, nos tres etiam ultimas, quarum conficiendarum negotium ſibi a Duce Boruſſiæ impoſitum eſſe affirmabat Andr. *Stangevvaldus*, habituros fuiſſe, ſi vita ei longior contigiſſet. Caſp. *Sagittarius* Introd. in Hiſtor. eccleſ. 246. Andr. *Schoppius* Orat. de vita iudicis, apud Cren. Animadverſ. P. VI. 49. & *Lexic.* univ. hiſtor. P. III. 238.

Baſil. *Faber*, ſoranus, ſeu ex urbe Soravia Luſatiæ inferioris, trium ſcholarum, videlicet quedlinburgenſis, northuſanæ & erffurtenſis rector, Quedlinburgo autem, quod Corpori doctrinæ Philippi ſubſcribere nollet, dimiſſus, annos XXXVI. iuventuti erudiendæ impendit, ſed & intra hoc temporis ſpatium aliquandiu Magdeburgi commoratus, de IV. prioribus Centuriis mageburgenſibus bene mereri ſtuduit, XXV. priora Commentarii *Lutheri* in Geneſin capita, reliqua perſequente Io. *Gudenio*, præter Locos obſervationum ex *Ciceronis* Epiſtolis familiaribus, ac libellos de Synonymia *Terentii*, de diſciplina ſcholaſtica, deque noviſſimis, Hiſtoriamque Saxoniæ *Krantzii* germanice vertit, & anno 1571. Theſaurum eruditionis ſcholaſticæ emiſit, ad ſcholam cæleſtem promotus A. 1575. æt. 55. Ab Aug. *Buchnero* vocatur vir perquam eruditus, &, dum fata Deusque ſinebant, ad informandam bonis litteris iuventutem prope unicus. *Sagittar.* Introd. 247. *Kindervater* in Nordhuſa illuſtri p. 106. *Lexic.* univ. hiſtor. P. II. 93. *Morhof* Polyh. T. I. 614. *Ludovici Schul-Hiſtorie* T. I. 24. Adverſarium habuit Andr. *Corvinum*,

Andr.

Andr. *Corvinus*, diſtinguendus ab Antonio *Corvino*, Saxone, Lutheri ſocio & adiutore, eccleſiarumque brunsvicenſ. inſpectore, & *Io.* Corvino, megapolitano, Dantiſci ad D. Mariæ paſtore, ſed inde certas ob cauſas digreſſo, & Lubecæ defuncto, atque ob ſtudium & operam in conſcribendis Centuriis magdeburgenſ. adhibitum notus, claruit ſæc. XVI. *Micrel.* Syntagm. hiſt. eccl. 745. *König* 216.

XCIII.

Cæſ. BARONII Annales eccleſiaſtici. Coloniæ 1624. Tomi XII. volumina IV. Noviſſima editio, poſtremum ab auctore aucta, & iam denuo recognita. Melior tamen editio non nemini videtur illa, quæ prodiit A. 1645. De variis autem huius operis editionibus legantur *Sagittarius* in Introduct. in Hiſtor. eccleſ. 304. *Ancillon* Mel. crit. P. I. 280. *Neu* in Acceſſion. ad Whear. 321. Quibus addenda eſt nupera romana de A. 1714. Tomis X. Incipiunt hi Annales a N. C. & pergunt uſque ad annum 1198. Primi Tomi initio comparent trium interpretum epiſtolæ, auctoris Præfatio, oratio Angeli *Buccii* in funere Baronii, & parentalia eiusdem a Iuſto *Baronio* ad Nicol. Serrarium perſcripta. Laudantur a *Caſaubono* in epiſt. dedicator. Animadverſionum p. 20. & Proleg. ad easdem p. 4. *Montacutio* apud Whear. in Relect. hiemal. 167. & *Pope-Blountium* p. 862. G. *Calixto* Appar. theol. 191. G. I. *Voſſio* de philol. c 14. *Geſſelio* præfat. in Hiſt ſacram 3. 4. 5. ob excellens auctoris ingenium, limatum iudicium, & ſtili rotunditatem, nec non ob communicationem plurium monumentorum antiquorum, & variam hiſtoriæ illuſtrationem. Sed & varia in iis reprehenduntur atque deſiderantur non modo a diverſarum viris religionum, ut *Calixto* Appar. theol. 187. *Cavio* præfat. in P. II. Hiſtor. liter. 3. *Crenio* P. XII. Anim. 79. 168. & Diſſert. I. de furib. librar. §. 9. *Heideggero* Hiſtor. papat. 307. *Neu* in Acceſſion. ad Whear. 322. *Scaligero* in Scaligeran. 47. *Ancillonio* Mel. crit. T. I. 251. *Bibliothecario* nulli parti addicto T. I. 765. ſed ipſis romanæ eccleſiæ filiis, e. g. *Perronio* in Perronianis p. 36. Paulo *Sarpio* in epiſt. ad Caſaubonum, Bœcleri Hiſtoriæ univerſali ſubiuncta p. 178. Henr. *Valeſio* in epiſt. ad Clerum gallican. Euſebii Hiſtor. eccleſ. præmiſſa, & *Muratorio* nelle Rifleſſioni ſopra il Buon guſto P. II. 256.

aliiſque, quos excitat *Crenius* Animadverſ. P. X. 235. & P. XII. 80. Vnius Antonii *Godavii*, epiſcopi quondam graſſenſis & venecenſis in Proincia Galliarum, viri æque iudicio ac candore præſtantis, teſtimonium ex præfatione in Hiſtor. eccleſ. Lutetiæ Pariſiorum gallico idiomate A. 1657. editam, prout illud a Tim. Geſſelio (*) in latinam linguam translatum eſt, iuvabit adducere. Sic autem ille: *Cardinalis* Baronius *ſcripſit hiſtoriam completam XII. ſeculorum, opus immenſi laboris, curioſa indagationis, & profunda eruditionis: & tamen critici, non ſolum inter adverſarios, ſed quidam etiam inter ipſos orthodoxos, eum accenſant, quod* falſitates quorundam ſcriptorum, *qua interdum citat, ignoraverit: quod ſape* in chronologia, & antiquitate romana *erraverit: quod* epocham Dionyſianam *cum vero nativitatis Ieſu Chriſti anno confuderit, qui error durat ad tempora Diocletiani:* (aut potius, id quod *Geſſelius* de ſuo addit, Probi) *quod nimis prolixas faciat* digreſſiones: *& inprimis quod in quarendis* ſummorum Pontificum emolumentis *nimius ſit, & eorum auctoritatem ultra legitimos limites extollat: quod omni* probationum *generi innititur, ſine diſtinctione rerum ambiguarum & diſputabilium a veris: quod* poteſtates ſeculares *a Deo ordinatas & fundatas ſupprimat. Holſtenius*, ſicut narratur dans l' Eſprit de Guy Patin pagin. 58. Naudæo affirmavit, ſe ex MSS. bibliothecæ vaticanæ plus quam 8000. errores ſeu falſa Baronii monſtrare poſſe. Simile quid potuiſſet facere, ſicut in *Scaligeranis* p. 309. legimus, Paulus *Petavius*, conſiliarius Parlamenti pariſienſis, niſi *honorabiles viros* (hoc velim mihi notent litterati, ac prope notent) *contra ſe invicem ex profeſſo ſcribere* nefas duxiſſet. Sed quid mirum, magnum auctorem in tam vaſto opere ſæpius erraſſe? ecquis ſcriptorum non affectibus indulget, nec nimis laudat ſuos, ſuæque religionis hominibus rebusque iuſto plus favet? ſicut doctiſſimus Ludov. Anton. *Muratorius*, ſereniſſimi Ducis Mutinenſis a bibliotheca, poſtquam & ipſe lapſus Baronii agnoverat & notaverat, æque & humaniter iudicat P. II. delle Rifleſſioni f. 259. 299. Caute igitur legendus eſt Baronius. *Whear* 168. *Caſaubonus* in ep. dedicat. Exercitat. 24. & in Prolegom. 27. G. I. *Voſſius* apud Placc. de anon. 294. Refutatores eius ſunt Iſ. *Caſaubonus*, *anonymus* hiſce cum lit-

(*) Præfat. in Part. I. Hiſtor. eccleſ. *** 4.

litteris I. A. C. Iac. *Cappellus*, Rich. *Crakanthorpius*, Thom. *Comber*, Io. *Prideaux*, Rich. *Montacutus*, Melch. *Goldaſtus*, Chriſtian. *Kortholt*, Adam *Tribbechovius*, Io. Henr. *Ottius*, Io. Frid. *Krebs*, Andr. *Magendeus*, Sam. *Baſnage*. Vide *Acta erudit*. A. 1697. 308. & de Caſaubono, Montacutio, Ottio atque Baſnage *Muratorium* P. II. p. 257. Tantavit etiam non nulla ad Baronium notare Dav. *Blondellus*, teſte *Morhofio* T. III. Polyhiſt. p. 35. & Alex. *Taſſonus* paratum habuit librum dell' Iſtoria eccleſ. e ſecol. in qua magis libere, quam alii vellent, Annales examinare ſtuduit. Nec ei parcunt *Richerius*, *Launoius* in Epp. Natalis *Alexander*, *Tillemont* dans les Memoires, *Pagii*, aliique inter Romano-Catholicos. Continuarunt hoc opus Abr. *Bzovius* uſque ad A. 1565. Odoric. *Raynaldus* ad A. 1458. Henr. *Spondanus* ad A. 1646. & A. 1697. ſicut collectores *Act. erud.* huius anni p. 308. neſcio cuius fide teſtantur, iuſſu Pontificis eo in labore verſabatur Iac. *Laderechius*. Quibus etiam accenſeri poteſt Claud. *Fleurius*, qui Tomo XVI. & ſeqq. Hiſt. eccl. idem agit negotium. Vide Tomum VI. Supplem. *Actor. erudit.* 389. Dantur quoque Annalium Epitomæ, ut prædicti *Spondani*, Io. Gabr. *Biſciolæ*, Lud. *Aurelii*. Nec deſunt earum translationes varias in linguas, ut germanicam, italicam, polonicam, arabicam. *Neu* in Acceſſionib. ad Whear. 321. *Acta erudit*. A. 1697. 307. *Sagittar*. Introd. in Hiſt. eccl. 305. Tomo VII. acceſſerunt ad finem Parerga de converſione Ruthenorum ad chriſtianam religionem, eorundemque ad romanæ catholicæ Eccleſiæ communionem, ut perhibent, reverſione ſub CLEMENTE IIX. Pont. max. XImus autem Annalium Tomus, in quo Bullam, qua ROGERIO Neapolis & Siciliæ Regi Sicilia donata legitur, falſam & ſuppoſititiam eſſe asſeritur, adeo offendit PHILIPPVM III. Hiſpan. Regem, ut eum non modo proſcriberet, (quod Edictum exſtat in M. Ant. *de Dominis* libro VI. de Rep. eccleſ. p. 263.) ſed &, ſi credendum M. Ant. *de Dominis* l. VI. de Rep. eccleſ. & *auctori Extract. menſtruor.* A. 1700. m. Mart. 48. manu carnificis comburi iuberet: ideo illa prædicti Tomi particula in editionibus antverpienſibus non comparet. Hanc etiam ob cauſſam ſedem papalem, ad quam alioquin ſive una, ſive altera vice electus fuiſſet, conſcendere nequivit. *Sagittarius* 297. *Wagenſeil* in Theſ. miſcellan. n. 35. *Crenius* Animadverſ. T. XII. 103. Ad calcem XI. huius tomi, videlicet p. 759. ex-

Digitized by Google

exhibetur diſputatio *Humberti* Cardinalis CPli habita adverſus Græcos, & ſpeciatim contra *Nicetam*, cognomento Pectoratum, presbyterum & monachum monaſterii Studii, de azymo & fermentato, ubi defendit morem eccleſiæ romanæ utendi azymo pane in celebratione ſacræ cœnæ. Cum Baronii opere coniungenda eſt Critica hiſtorico-chronologia Ant. *Pagii*, continuata a Fran. *Pagio*, de qua lege *Clerici* Biblioth. choiſ. Tom. IIX. 258. & *Ancillonii* Mel. crit. T. I. 289. Denique & hoc addendum, Annalium iſtorum lectione non nullos permotos eſſe, ad romanam ut tranſirent eccleſiam, nominatim Caſp. *Scioppium*, Iuſtum *Calvinum*, & Nic. *Stenonem*: quorum ultimus id mihi de ſe ipſe narravit, cum in Italia ſermones cum eo, iam epiſcopo, conferrem.

In *Apparatu* ad Annales, p. 4. n. V. Herodes Idumæus, *gentilis homo*.

Non erat alienigena, ſed *iudaus*. *Caſaubon*. Exercit. I. p. 24.

P. 19. n. XLVIII. Dicere neceſſe eſt, incidiſſe ſacratiſſimum diem natalem Dei genitricis Mariæ ſub conſulatu Furnii Nepotis & Iunii Silani, *anno ab Vrbe condita ſeptingenteſimo trigeſimo ſeptimo, AVGVSTI Imp. a Triumviratu vigeſimo ſexto, Olympiade centeſima nonageſima, anno tertio.*

Vnde *hac temporis circumſtantia tam accurate definiri poſſit, nondum video.* Licet enim a multis ſeculis hæc eccleſiæ fuerit conſuetudo, VIII. diem Septembris Mariæ nativitati dicare, eumque habere feſtum, priora tamen tempora illum ignorarunt. &c. Ioan. Andr. *Schmidius* in Proluſion. Marianar. Secunda A 2. *Caſaubon.* p. 99.

Ibid. Satis ſcimus, lege divina (Levit. 27, 2.) tam de maſculis, *quam de feminis Deo dicatis, votoque promiſſis*, ſtatutam eſſe redemtionem, quot *per annos ſingulos* quisque ſiclos perſolueret ſacerdotibus.

Nulla in lege divina fit mentio pecuniæ annuæ, ſed unicæ duntaxat *pro votivis perſonis ſolutionis pretii*, a Deo ipſo definiti: illa etiam *vota res concernebant*, non primogenitos. Neque etiam lex (Ex. 13, 12.) redemtionem iniungebat, aut conſecrationem Deo, ratione fe-

feminarum, ſed *maſculorum tantum*. I. A. *Schmidius* l. c. B.

P. 27. n. LXVIII. Anno ab V.C. 750. Coſſ. Sabino & Rufo, Olympiadis 194. anno primo, AVGVSTI Imp. a Triumviratu inito A. 39. 8. Kal. Octobr. poſt æquinoctium, ſolemnis ieiunii tempore, Ioannes Baptiſta eſt in utero materno conceptus.

Scriptura S. nullam conceptionis Eliſabethæ diem indicat: eam igitur velle indagare, eſt otio abundare. *Caſaubon.* Exercit. I. p. 110.

P. 45. n. CXVIII. *Sancta Dei Eccleſia antiquitus conſuevit ſupputare annos ab origine mundi,* non ſecundum hebraicam editionem, ſed *ſecundum* 72. *interpretes.* Et n. CXIX. Profitetur & Rom. Eccleſia *in ſuo Martyrologio*, ſe annos ſnpputare ſecundum eosdem interpretes.

Nihilominus *hebraicam ſcripturam eſſe præferendam, quantum ad chronologiam pertinet*, ſententia eſt, non modo recentiorum omnium, (ut Iac. *Gordonus* in Chronica annotat) ſed etiam plurimorum veterum. Et quod de Martyrologio dicitur, id non niſi de Romano, quod hodie extat, verum eſt; at *vetuſtiſſimum, quo Rom. Eccleſia olim uſa, nihil omnino habet de annis mundi.* Thom. *Crenius* Animadverſ. philol. P. X. 233. 235.

Annal. T. I. ad A. C. I. n. II. p. 55. Locus nativitatis Chriſti fuit ſpelunca, *in ſuburbiis bethlehemiticis poſita.*

Secundum *Lucam* c. 2. v. 4, 6, 7. natus eſt Chriſtus in urbe Bethlehem, & quidem, ob frequentiam hoſpitum, diverſorium iam occupantium, in ſtabulo, diverſorio illi contiguo aut vicino. *Caſaubon.* Exercit. II. p. 144. Georg. *Calixtus* in Concord. euang. lib. I. c. 8. p. 49.

Num. III. pag. 56. In ſpelunca bethlehemitica, in qua natus

Vterque prophetarum locus alio tendit, & nihil minus habet, quam

Chriſtus, non tantum fuiſſe præſepe, ſed *bovem & aſinum ad illud alligatos*, (quod olim propheta *Habacuc* c. 3, 1. vel 2. & *Ieſ*. 1, 3. ſecundum LXX. Interpp. cecinerat) cum Hieronymus, tum etiam complures antiquorum Patrum teſtantur.

quam ut huc alludat. *Caſaubon.* 148. *Calixtus* l. c. p. 49.

Num. XI. p. 58. *Petrus Damianus*, quem aiunt dixiſſe, Templum pacis Romæ ea nocte, qua Chriſtus eſt natus, collapſum eſſe, *facile tituli calumnia liberatur.*

Non poſſumus tamen diffiteri, in fœtu Petri Damiani indubitato, hoc eſt, *epiſt*. IV. quæ eſt de Dei omnipotentia c. 12. hanc narrationem haberi, niſi quod non vocatur ibi Templum pacis, ſed *palatium Romuli*. Theoph. *Raynaudus* in Theol. natur. apud Crenium Animadv. P. XII. 80.

A. C. 31. n. XXVII. p. 111. *Optatus* milevitanus nomen Cephas non a ſyra lingua, ſed *a græca, απο της κεφαλης*, caput, *interpretatur*.

Aut *græce neſcivit* Optatus, aut *alluſit* non ſatis apte, aut *illuſit*. Fran. *Iunius* apud Glaſſium philol. S. I. 4. tract. III. p. 1276.

A. C. 33. n. XVI. & XVII. p. 148. 149. Cum ſolus eſſet *orans cum diſcipulis ſuis*, interrogabat eos. *Matth*. 16, 13. *Luc*. 9, 18. Et *hac actio Chriſti typum quendam exprimit celebrandi concilii*: cum miſſis cæteris, ſolus cum diſcipulis, poſt preces Deo oblatas, de ſumma rerum quæſtionem proponit.

Mirum, & omnibus ſeculis inauditum eſt, quod hic narratur de typo concilii a Chriſto tunc exhibito: nam *Concilium* eſt conventus iudicum ad deliberandum aliqua de re congregatorum. *Hic nullus iudex præter unum Chriſtum*, reliqui omnes ſine ulla poteſtate, *omnes diſcipuli*; & Chriſtus ipſe non hic ceu iudex ſedet, ſed *ut doctor & magiſter* inter ſuos diſcipulos familiariter verſatur, illos interrogans *in via* (Mar. 8, 27.)

Digitized by Google

8, 27.) ac docens. Neque ille cum diſcipulis oravit, ſed ſolus, *Luc.* 9, 18. non tantum a turbis liber, ſed & *diſcipulis paullulum ſummotis. Caſaub.* Exercit. XV. n. IX. p. 310. *Conring* diſp. de Concil. th. V. Chriſtian. *Thomaſius* de Cautel. circa præcogn. Iurisprud. eccleſiaſt. p. 213.

A.C. 34. n. XL. p. 177. Chriſtus ad cœnam paſchalem ultimam in uno lecto diſcubuit cum Ioanne, & *Petro*: is enim veluti proximus Ioanni innuit.

Infirma probatio. Caſaubon. 441. C. S. *Schurzfleiſch* Epp. ſelect. 549.

Num. CXXXI. p. 207. Centurionem (de quo *Matth.* 27, 54.) *Longinum* nomine appellatum eſſe, *Chriſtique fidem ſecutum* abdicaſſe ſe a militia, ac denique *ad martyrii palmam advolaſſe*, qui eius res geſtas ſcripſerunt, teſtantur.

Narrationes iſtæ *pro fabulis habentur*, ac refutantur a Io. Gottl. *Mollero* in Obſervat. ad Bœcleri Hiſtor. univerſ. p. 26. & partim a *Caſaubono* Exerc. XVI. n. CXXIV. p. 610.

Num. CXXXIIX. p. 209. Ab hoc ſudario (quo caput Domini eſt obvolutum in ſepulcro) diverſum exiſtimatur illud, quod a *Berenice* (ſeu *Veronica*) faciei Domini, ſanguine & ſudore aſperſæ, admotum, eiusdem dominici vultus effigiem in ſe retinuit.

Veronicæ vocabulum non eſt mulieris, teſte *Mabillon*. in præf. Muſei ital. ſed imaginis: quæ ita dicta fuerit a φέρω & εἰκών, quod *ferret ſeu exhiberet imaginem*, vel, ut alii malunt, quod *vera* eſſet *icon*. Ex ignorantia igitur nominis nata eſt fabula de muliere, eique nomen Veronicæ affictum. I. G. *Möller* l. c. p. 22.

Num. CCCXII. p. 275. Vetuit Synodus eliberina cap. 34. ne accenſis cereis *ſuper defunctorum*

Synodus illa non loquitur de animabus defunctorum, ſed de *ſpiritibus ſanctorum*, id eſt, fide-

ſepulchra, eorum animæ inquietarentur. Vbi non facum accenſio, ſed *defunctorum animarum ſuperſtitioſis ritibus evocatio prohibetur.*

fidelium, &, ſi vis, epiſcoporum & presbyterorum, qui frequentia & cura immodica cereorum ardentium, in orationis devotione impediuntur. Thom. *Hurtadus*, Garſias *a Loyſa*, & *Albaſpinæus* apud Cren. Animadv. P. XII. 100.

A. C. 41. n. XXI. p. 321. *Petronius* a CAIO ad eam provinciam adminiſtrandam ſubrogatur. Isque fuit equeſtris ordinis, quamvis humili loco natus, militia clarus, & ſub Auguſto copias adverſus Æthiopes duxit.

Baronius *ex tribus Petroniis facit unum. Pagi* in Crit. in Baron. (Acta erudit. A. 1690. 376.) *Moller* de homon. 395.

A. C. 44. n. XXIX. p. 354. Vna cum Ioanne apoſtolo profecta eſt *Maria* virgo in Aſiam minorem, & *Epheſi apud eum habitavit.*

Hoc *refutatur a Pagio* in Crit. ad A. 42. (Acta erud. l. c.)

Num. LI. p. 361. De acceſſu *Simonis magi* ad urbem, deque *divino*, quem ſibi magicis artibus comparavit, *honore*, Iuſtinus philoſophus pro chriſtianis coram ANTONINO Pio Imp. cauſam perorans ait.

Sed ex *Semone Sanco* confictus eſt Simon ſanctus. Per illum autem Romani coluere Herculem. Thom. *Reineſius* Syntagm. inſcript. antiquar. p. 2.

A. C. 53. n. XXXV. p. 462. Qui ſic erant Nazaræi voto obligati, *nominabant ſe ipſos Corban*, h. e. Dei donum, (ut Ioſephus Antiqq. lib. 4. c. 4. affirmat) quod ſic ſe ipſos Deo dicaſſent.

Λειτουργια των ιερων Nazaræis non incumbebat: nec Nazaræi votum pecunia poterant redimere. Io. Mich. *Dilherrus* Diſpp. T. II. 43.

A. C. 57. n. LXIV. p. 511. *Novatora* depravata Ignatii martyris

Appello ego iudicium omnium, qui Baronium norunt, *quantum*

epiſtola ad Philadelphios, inter eos, quos ille recenſet, fuiſſe coniugio obligatos, poſt Petrum *addiderunt Paulum & alios apoſtolos*. Sed qui antiquiores vel *graecos*, vel latinos codices perveſtigant, addititium eſſe Pauli nomen intelligent. Non tantum noſtrates codices vetuſtiores id demonſtrant, ſed etiam ille veneranda antiquitate nobilis, qui *aſſervatur* in bibliotheca Regis Pannonitarum, MATTHIAE CORVINI.

A. C. 58. n. CXLV. p. 629. Ego homo ſum quidem iudæus non ignobilis civitatis *municeps*.

N. CXLVII. p. 630. *Tarſus*, Ciliciæ metropolis, *ius municipale* a Romanis fuerat conſecuta; ideoque & Paulus eo gaudebat.

tum illi tribuendum ſit in MSS. graecis cenſendis, prope etiam dixeram, *vel legendis*. Neque *codex budenſis bibliotheca* dici poteſt *aſſervari*, cum illa dudum a Turcis direpta ſit. *Pauli* autem & reliquorum apoſtolorum etiam mentio fit in editionibus Ignatii latinis Iacobi *Fabri* ſtapulenſis, Iod. *Clichtovei*, & Symphoriani *Champerii*. Quamquam ego *cœlibem vixiſſe Paulum*, ex ipſius profeſſione 1. *Cor:* 7, 7. 8. ſatis perſuaſus ſim. Iac. *Vſſerius* de Ignatii ſcriptis (Tomo II. Patrum apoſtolic.) c. 17. p. 227.

Interpretem latinum hic ſequitur Baronius, cum in fonte dicatur πολίτης, id eſt, *civis*. Niſi forte interpres ille, Iuriſconſultorum more, abuſive uſus eſt hoc vocabulo, pro cuiusque civitatis cive. Dan. *Heinſius* Exercit. SS. ad h. l. p. 299.

Id vero adhuc *probandum* eſt: *Paulus* autem *civis romanus* fuit, quia natus erat parentibus, qui a romano magiſtratu emerant civitatis ius, cum quo coniuncta erat libertas agendi ſecure, & intrandi Aſiæ & Græciæ urbes, nemine prohibente, nec non immunitas a virgis & flagellis, cruciſque ſupplicio. Atque hinc eſt, quod Paulo caput fuerit amputatum,

Petrus autem cruci affixus. Sal. *Deyling* Obſervat. ſacr. P. III. p. 307.

A. C. 60. n. XVI. p. 657. Iudæi (*ut de Phariſæis tradit Epiphanius* in Panar. lib. 1. c. 16.) *ipſa cœli aſtra animata eſſe* exiſtimarunt.

Epiphanius tantum affirmat, *probaſſe illos Græcorum aſtronomiam*, & tam aſtris, quam animantibus, quæ in cœlo finguntur, *hebraica nomina accommodaſſe*. Bened. *Juſtinianus* apud Thom. Crenium Animadverſ. P. XII. 85.

Num. XXII. p. 660. Synodus Laodicena c. 35. nequaquam rectum angelorum cultum imminuit, ſed *eum, qui ex gentibus erat contra divinitatis numen*, eiecit.

Aliter canonem iſtum explicant Chriſtoph. *Juſtellus* & Eman. Gonzal. *Tellez.* Io. *Werlhof* in Program. feſti S. Michaël. A. 1702. C 2.

A. C. 98. n. 11. p. 806. Sic ſcribit Euſebius Hiſt. l. 3. c. 14. Narrabantque, Flaviam Domitillam, ex ſorore Flavii Clementis (qui *unus ex Conſulibus tum Romæ fuit*) prognatam.

Sic reddenda erant verba: *Unius eorum*, qui Romæ aliquando Coſſ. fuerunt. *Cren.* Animadverſ. P. XII. 97.

Tomo II. A. C. 137. n. I. p. 100. Ælia ab Ælio Hadriano condita, *poſt bellum iudaicum.*

Non poſt, ſed *ante bellum iudaicum*, ab HADRIANO geſtum. C. A. *Rupertus* Obſervat. in Synopſ. Beſoldi minor. 279.

Num. III. p. 101. Ne iſthæc *ſigna militaria* (*porci*) viſerentur in regione Iudæorum, principes ipſorum a Vitellio in Arabes profecturo deprecati ſunt tranſitum.

Non ob ſignum porci, (quod diu antea apud Romanos antiquatum fuerat) ſed *aquila*, quæ inſtar numinis colebatur. *Rupertus* l. c. p. 280.

A. C. 161. p. 149. Laudat S. Auguſtinus de adult. coniug. l.

Lex illa lata fuit *a Caracalla*, aut Opelio *Macrino*. Thom. *Reineſi*.

2. c. 8. æquiſſimam ab ANTONINO *Pio* Imp. latam legem, ne maritus adulterii accuſare poſſit uxorem, ſi ipſe impudice vixerit.

neſius apud Crenium Animadv. P. XII. 89.

A. C. 171. n. VII. p. 187. Lucianus impius ſive atheus, initio *concionator* Antiochiæ fuit. Inde accidit, ut complures ipſum *fuiſſe religione chriſtianum* exiſtimarint, ſed a fide apoſtatam in eandem eſſe furioſe graſſatum.

Suidas eum non vocat concionatorem ſive oratorem chriſtianum, ſed δικηγόρον *cauſidicum*. Sicut vox illa redditur in editione Suidæ Kuſteriana T. II. 458.

A. C. 250. n. VI. p. 439. *Cæcilium presbyterum*, qui Cyprianum ad fidem chriſtianam perduxit, *putamus eſſe rhetorem*, *ab aliis Cæcilianum dictum*, *Diadumeni olim magiſtrum.*

Alter cum altero confunditur. Nan. *de Tillemont* T. IV. comment. hiſt. eccl. (in T. III. Supplem. *Act. erud.* p. 294.)

A. C. 176. n. VII. *Dio Caſſius mendacii vehementer ſuſpectus redditur*, dum Cn. Hoſidium Getam, Salabum Maurorum ducem ultra Libyæ arenoſa perſecutum, *incantationibus copioſam pluviam*, laborante ſiti exercitu, elicuiſſe ſcribit.

Etſi magi non poſſunt facere miracula, ſi proprie loquamur, poſſunt tamen multa *mirabilia ſecundum quid*, ſeu reſpectu noſtri operari, opera dæmonis, Deo ita permittente. C. Ad. *Rupertus* ep. 34. ad Reineſium (apud Cren. Animadv. P. XII. 87.)

Num. IX. p. 219. uſque ad A. 177. *Miracula hæc fuerunt*, quæ narrantur de victoria M. AURELII Imp. contra Marcomannos.

Bonam huius narrationis partem debet Baronius Iuſto Ioſ. *Scaligero*. *Lipſtorp.* apud Cren. Diſſert. II. de furib. libr. §. 12.

A. C. 249. n. IV. p. 436. Vel ex milliariis columnis in numiſmatibus Philippicis intelligas, *Varronianam ſupputationem annorum Urbis publicis monumentis eſſe receptam.*

Hoc vero *Rupertus* loco allegato concoquere non poteſt. *Cren.* ibid. p. 88.

Digitized by Google

A. C. 253. n. XXIV. p. 449. Dicimus, libellaticos non eſſe eiusmodi, ut pretium ſoluerent, ne cogerentur negare, ſed *negaſſe eos Chriſtum:* verum ne palam, ut alii, offerre ſacrificium, vel libamina cogerentur, ſpopondiſſe pecuniam.

Equidem & Chriſtoph. *Juſtellus* in præf. in Cod. can. eccl. afr. cum Baronio facit; ſed receptior meliorque ſententia eſt, Libellaticos fuiſſe ſic dictos, *quod libellum ſecuritatis ab avaris præſidibus emiſſent*, ne idolis ſacrificare tenerentur, quamvis interim Chriſtum non negarent. Seb. *Niemannus* diſp. de libellaticis §. 10.

A. C. 261. n. XLII. p. 601. Sive magis placeat, lacernum birrum ſignificare birrum ipſum, *in modum lacernæ impoſitum.*

Byrrus non fuit per modum lacernæ compoſitus, ſed *idem, qui lacerna. Ferrarius* l. 1. de Re veſtiar. c. 39. p. 112.

Num. XLIV. p. 602. Epiſcoporum antiquus habitus fuit, ut poſt veſtem ſuperinduerent lineam, & deſuper eam ſolutam tunicam, ac denique humeros tantum tegens & brachia *lacernum birrum: quo genere indumenti hodie videmus uti S. rom. eccl. Cardinales, atque Epiſcopos illos, qui ex regularibus* ad eam dignitatem provecti ſunt.

Cardinalium veſtes non ſunt ad Cypriani cultum exigendi: ille enim epiſcopus lineam habuit, dalmaticam & lacernam; at Patres purpurati hodie lineam habent duplicem, interiorem, quæ ſubucula, deinde thoracem, mox tunicam talarem, tum alteram lineam, ſive ephod, poſtremo loco non tunicam ſolutam, ſed vel togam, vel togæ perſimilem veſtem: nam fuſa eſt, & ſyrmate prodiga, totumque hominem involvit. *Idem* l. c.

A. C. 262. n. LXXI. Cum Valerius Imp. adverſus Perſas duceret exercitum, *proditione Macriani ducis deditur* Perſis.

Decepit Baronium corruptiſſima lectio Trebellii Pollionis. *Salmaſius* illa verba, *ductu cuiusdam ducis*, Trebellii eſſe negat, non tam ob alia, quam auctoritatem codicis palatini. C. A.

Ruper-

Rupertus Obſervat. in Synopſ. min. Beſoldi p. 332.

A. C. 266. n. IV. p. 646. Extat *glorioſa Patrum antiochenorum confeſſio*, præclariſſimum *antiquitatis catholicæ fidei monumentum*, quam Fran. *Turrianus* e latebris vindicatam latinitate donavit.

Illa epiſtola *eſt quorundam Arianorum*, velo nominis Patrum antiochenorum obumbrata. G. *Calixtus* in Append. Reſponſ. ad Hülſemanni Meiſt. muſter Yyy 3.

Tomo III. A. C. 306. n. XI. p. 4. Trebellius (in Claudio) auctor eſt, *Conſtantinum a Veſpaſiano Auguſto* deſcendere.

Vir illuſtriſſimus non intellexit Trebellii verba, quæ ſunt: *Ille velut futurorum memor, gentes Flavias, Veſpaſiani & Titi (nolo autem dicere Domitiani) propagavit.* Hoc vult, *reliquiſſe multos ex ſua domo, quibus delatum ſit imperium intuitu ipſius Claudii.* Ii poſteri plerique Flavii dicti, ut Fl. Valerius Conſtantius, Fl. Valerius Conſtantinus, & multi alii. Hinc Flaviorum propagator. Veſpaſiani autem Titi tantum meminit, non quod ab illis deſcenderit, ſed *quod ipſe ſimilis Veſpaſiano & Tito, non minus illuſtrarit Flavii nomen*, quam illi. *Rupertus* l. c. p. 377.

Num. XV. p. 5. Poteſt apertiſſime demonſtrari, *natum eſſe Conſtantinum in Britannia.*

Natus fuit *apud Naiſſum*, Daciæ mediterraneæ oppidum. *Rupertus* p. 378.

A. C. 312. n. XXX. p. 86. *Plane hallucinati ſunt* ii, qui dixerunt, id genus ſigni (labari) non niſi unum eſſe ſolere in toto exercitu Imperatoris.

Sane *unum tantum labarum fuit unius exercitus*, ſed plura plurium, quos Imperium romanum habebat in diverſis mundi partibus. Octav. *Ferrarius* Elect. l. 1. c. 2. p. 7.

Digitized by Google

Num. XXXV. & XXXVI. p. 88. Labarum ſic dictum vel quod *laboris ὅρος* ſive *terminus* eſſet, vel a labore & *ἄρος*, quod *laborum utilitas* eſſet.

Initio dictum fuit *laboratum*, id eſt, eximio artificio confe-ctum; deinde *labratum*, tum *labarum*, ſive *laborum*, præcipue apud Græcos. *Idem* p. 6.

A. C. 314. n. LXXXVII. p. 155. Quid eſt, quod frequentius dicitur, *Communicare abſque oblatione*, vel *cum oblatione*, cum & perfectam gratiam, plenamque *communionem* (*ſacramenti S. cœnæ*) tum conſequi dicerentur?

Meum iudicium ſemper fuit, *ad ſacrum eucharistiæ myſterium minime pertinere*, quæ apud Patres, aut in conciliorum decretis de communione ſine oblatione, aut cum oblatione, leguntur. — Per *oblationem* autem ibi intelliguntur *dona & munera, quæ pœnitentes* in pœnitentiæ ſuæ & ſatisfactionis commendationem elargiebantur. Gabr. *Albaſpinæus* Obſervat. l. 1. c. 6. p. 21.

A. 315. n. III. p. 159. Erroris arguitur Euſebii Chronicon, in quo legitur, *octavo* Conſtantini anno Criſpum & Conſtantinum filium ab eo Cæſarem nuncupatum.

Chronicon dicit, id factum eſſe anno Conſtantini *undecimo*. Vſus igitur eſt Baronius editione corrupta. *Rupertus* 385.

A. 318. n. LXXIV. p. 217. Cuius perverſæ (arianæ) doctrinæ Lucianus ſucceſſor factus, multorum annorum ſpatio, hoc eſt, tantiſper dum tres Epiſcopi, alius poſt alium, eccleſiam illam (antiochenam) rexere, *excluſus ab Eccleſia manſit.*

Alexander ep. alexandr. non dicit, Lucianum a tribus epiſcopis eiectum ex eccleſia fuiſſe, ſed ſub tribus epiſcopis continue ſibi ſuccedentibus *collectas ſeorſum feciſſe*: id enim hic ſignificat *ἀποσυνάγωγος*. Henr. *Valeſius* Annot. in lib. I. Theodoriti H. E. c. 4. p. 7.

Num. LXXVI. p. 218. *Alexander, in exploratis adhuc lucubrationibus Luciani*, quod ferebat fama, ipſorum Arianorum ubique ore vulgata, vehementius in

Cum præter coniecturas nihil adferat Baronius, malim equidem Alexandri teſtimonio credere, qui Luciani temporibus vixit, eiusque doctrinam ac diſcipulos,

Digitized by Google

eum iuſto zelo commotus, *teſtatus eſt, eum ſamoſateniana doctrina eſſe ſucceſſorem factum.*	los, ſeſe Conlucianiſtas vocantes, apprime novit. *Idem* p. 6.
A. C. 324. n. I. p. 253. *Perperam in Chronico Euſebii* traditur, Fl. Iulium Priſcum necatum eſſe anno imperii Conſtantini *vigeſimo.*	Euſebius *non falſo* ſcripſit. *Rupertus* l. c. p. 385.
Num. XLII. p. 267. *In Actis Liberii*, ex libro Silveſtri, expreſſum habetur, Conſtantinum *a lepra morbo*, in baptiſmo, crucis Signaculo, liberatum.	*Acta Liberii ſunt fabuloſa*: & *fabula* eſt, quod dicitur *de Conſtantini lepra*. Edm. *Richer*. Hiſt. Concil. general. T. I. 641. 637.
Num. XLIII. Conſtantinus *Romae a Silveſtro Papa baptizatus fuit.*	Immo vero *Nicomediae*, paulo ante vitae finem, *ab Euſebio illius urbis epiſcopo. Idem* 641.
A. 325. n. LI. *Nulla de divinitate Spiritus S.* ab Ario mota fuit quaeſtio.	*Contrarium* putat *Sandius* ſe poſſe evincere ex Patribus & rom. Eccleſiae doctoribus. Hiſt. eccl. lib. I. p. 146.
A. 328. n. XVI. p. 430. *Eſſenos chriſtianos fuiſſe*, ſuo loco *ſuperius* (ad A. C. LXIV. n. IX.) perſpicue demonſtravimus.	At ibi faſſus erat, *non omnes* Eſſenos chriſtianos fuiſſe. Sed *nec quosdam* chriſtianos fuiſſe demonſtravit, multo minus perſpicue: *caecus* enim *caecum ſecutus eſt Euſebium.* Ecquid de horum opinionibus Ioſ. Iuſt. *Scaliger? Haec vero puerilia ſunt*, inquit ille in Prolegom. in opus de Emendat. temp. Quem etiam vide dicti operis lib. VI. in initio, *Philonem* lib. de Vita contemplat. & *Ioſephum* Antiquitat. lib. 18. c. 2. deque Bello iud. l. 2. c. 7. denique Diſſertat. *Porphyrii*, philoſophi pythagorici, lib. 4. de Abſtinentia.

Digitized by Google

tia. Timann, *Geſſelius* Hiſtor. ſacr. in eccleſiaſt. P. I. 415.

A. C. 336. n. XXV. p. 500. Exiſtimo *errore factum*, ut Fl. Delmatius, *loco Cenſoris*, *dictus ſit Caſar.* — Potuit in Conſtantini Reſcriptum *irrepſiſſe mendum*, ut Delmatius, loco Cæſaris, Cenſor habeatur inſcriptus.

Fallitur: reſcripſit Princeps *Delmatio Cenſori*, *Delmatii Caſaris patri.* C. A. *Rupertus* l. c. p. 387.

A. C. 337. n. LVII. p. 533. Iulianus non obſcure ſignificat, (in Miſopogone) ſe *deorum cultum a Mardonio* eunucho *praeceptore ſuo didiciſſe.*

Immerito eum paganiſmi ſuſpectum reddit. Guil. *Cave* Hiſt. liter. ſcriptor. eccleſ. P. I. 159.

A. C. 341. n. L. p. 587. An Marcelli, ab Euſebianis ut impii in Chriſtum damnati libellus, quem Iulio P. M. oblatum Epiphanius memorat, ille ipſe ſit, dubito: quia, *quod potiſſimum exigebatur* a profeſſore catholico, *nomen* conſubſtantialis *non ponitur.*

Non ſemper in catholicæ fidei profeſſionibus, aut in convincendis hæreticis, recente adhuc nicæno concilio, teſſera illa fidei, ac ὁμοουσιυ clara ac diſerta confeſſio ſolebat exigi. Sic nec *Vrſacius* & *Valens* in libello Iulio papæ oblato, quo erroris ſui veniam petunt, nec *Palladius* & *Secundianus* in eo, quod cum ipſis Ambroſius inſtituit, examine, nec *athanaſiani auctor Symboli* illud habet. *Petavius* ad hæreſ. 72. Epiphanii p. 304. & ex eo *Geſſelius* de Simplicit. fid. chriſt. p. 50.

A. C. 347. n. VII. p. 625. Concilium Sardicenſe merito cenſendum eſt oecumenicum, quia ex totius ferme chriſtiani orbis provinciis epiſcopi ad

Indictum illud fuit a CONSTANTIO & CONSTANTE fratribus, *nec fuit œcumenicum.* Io. *Launoius* in Epp. p. 492. & *Richer*, H. C. l. I. p. 114.

Baro-

illud *a rom. Pontifice ſunt convocati, apoſtolicaeque ſedis legati interfuerunt.*

A. C. 361. n. XLIV. *Synodus gangrenſis celebrata eſt temporibus* CONSTANTINI magni, quia Oſius, epiſcopus cordubenſis, a rom. Pontifice legatus, ei praeſto fuit.

Baronium refellit Socrates & Sozomenus. Nam Socrates quidem recentiorem illam facit ſeleucienſi & conſtantinopolitana; Sozomenus vero collocat poſt depoſitionem Euſtathii, factam ab Euſebio, CPtano epiſcopo, qui ſedem hanc invaſit ſub principatu CONSTANTII. H. *Valeſius* Annot. in l. 2. c. 43. Socratis, p. 37. Vero ſimile eſt, habitam fuiſſe poſt nicaenam, & ante Synodum antiochenam, quae pertinet ad annum 341. Wolfg. *Gundling* Annotat. in Canon. concilii gangr. p. 3. 4.

Tomo IV. A. C. 393. n. XLIIX. p. 737. Cum Hieronymus ad Nepotianum ſcribat, *Veſtes pullas aeque devita ut candidas*, poſſumus intelligere, *caſtaneum colorem*, nec non *violaceum* apud Clericos in eccleſia catholica antiquo uſu receptum fuiſſe.

Hieronymus verbis iſtis, ut *nimias ſordes*, ita *nimiam lautitiam Clericis prohibuit*, & id, quod erat in his intermedium, permiſit: qui enim duo extrema prohibet, eo ipſo medium videtur admittere, quod hic eſt *album*, ex aequo interiacens inter pullum & candidum. Io. Hieron. *Sopranus* Digreſſ. I. de re veſtiar. Iud. (apud *Crenium* Animadv. P. XII. 93.)

Tomo V. A. C. 411. n. I. p. 350. Sozomenus (l. 9. c. 12.) de Alarico ait, eum ante obitum inita cum HONORIO pace, *ab eo* declaratum fuiſſe

Alabichus, quem alii Ellobichum ſive Allobichum vocant, confunditur cum *Alarico:* non enim de hoc, praeſente quidem in loco, ſed de illo loquitur

Digitized by Google

A. C
ſti
mat
Caſar.
tini R
dum, ut
ſaris, C
ptus.

A. C. 337. n.
nus non ob
Miſopogone
a Mardonio eu
ſuo didiciſſe.

A.C.341. n. L. p.
celli, ab Euſebia
in Chriſtum dam
quem Iulio P.M.
piphanius memorat
ſit, dubito: quia, *qu*
mum exigebatur a profe
tholico, *nomen* conſubſ
non ponitur,

A. C. 347. n. VII. p. 625. Co
lium Sardicenſe merito c
ſendum eſt oecumenic
quia ex totius ferme c
ni orbis provinciis e

[illegible] ducem exercitus.

A. C. 415. n. VI. p. 410. *Luciani Epiſtola circularis adducitur.*

Num. XX. p. 415. *Perit liber Au-guſtini*, quem ſcripſit de geſtis *Synodi* palaeſtinae contra Pe-lagium.

A. C. 419. n. LXXVI. p. 509. *Africanorum epiſcoporum recur-ſus & appellatione* ad rom. Ec-cleſiam probari poſſunt exem-plo Antonii, epiſcopi Fuſſa-lenſis: qui remotus a functio-nibus ſacris, retento tamen epiſcopi titulo, Pontificis rom. opem atque defenſionem im-ploravit.

A. C. 430. n. XLIIX. p. 613. Ha-ctenus epiſtola Theodoreti ad *Irenaeum*, quae extat ordine decima ſexta ex centum [illegible] *quaginta* ſeptem eius epiſtolis.

Tomo VI. A. C. 454. n. XII. p. 225. Quomodo ANATOLIUS patriarcha CPtanus magno LE-ONIS ragitu [illegible] *falluque* [illegible] ex hanc ad illum ſcripta epiſtola [illegible]

[illegible] 173. aſſeritur Cardinalium [illegible] Legatione eccleſiae alexandri[illegible] ad apoſtolicam Sedem [illegible] & [illegible] & Sorine [illegible] & Patriarche [illegible] [illegible]

Sozomenus. Gren. Animadv. P. VI. 155.

Ea vero eſt *notha*. Sam. Bocha-*rus* T. I. 1229.

Poſtea *repertum, editumque* fuit [illegible] ra M. Velſeri, & Dav. [illegible] ſchelii. Io. Hallervord [illegible] leg. de Hiſtor. latinis [illegible]

Exerptum hoc *pertinet* [illegible] *facta*, non ad [illegible] ris. Edm. [illegible] concil. general. [illegible]

[illegible] Io. [illegible] vol. VII. [illegible]

[illegible] Ann. [illegible] p. [illegible]

Quae hic [illegible] conver[illegible]

Digitized by Google

verſionem & obedientiam erga Sedem romanam, & recipiunt concilium tridentinum.

Tomo VII. A. C. 527. n. I. p. 146. IVSTINVS Imp. ex ſorore ſua nepotem, *Iuſtinianum*, iam du-um a ſe Nobiliſſimum, *nempe ...ſarem*, deſignatum, regni ...oque ſui ſucceſſorem deſi-vit.

...65. n. I. p. 602. IVSTINI-... mors opportuna ipſi fuit ...mperio, ſub *Imperatore* ...titubanti.

...lerat diu conſue-... Deus, quæ *adver-*... patriarcham an-... Imperator (IV-...S) contra fas ...e perpetrarat, ...a violentus ab-...

...o. 739. *Hoc an-*... ERIVS Imp. ...RITIVS *in-*...*mo.*

...o. n. I. p. ...orealibus ...o eus...

ad Io. Vytenbogaertum (in Epiſtolis præſtant. viror. pag. 364.

Alius per illa tempora *Nobiliſſimus* fuit, *alius Caſar*; ut erudite docet Alemannus apud Procopium p. 42. C. A. *Rupertus* Obſervat. in Synopſ. Beſoldi min. 490.

Eius quidem temporibus multæ pullularunt hæreſes, at ipſe tamen *non fuit hareticus*, ſed, ut AGATHON Papa in Synodo VI. act. IV. loquitur, præ omnibus (orthodoxis Epiſcopis) æmulator veræ & apoſtolicæ fidei. Idem l. c. 501.

Sed eum extremo ſpiritu *...pœnituit*, & Eutychium ... cavit. Idem p...

Non illo ... *quinge*... Ma... de...

gelium illuxiſſet, poſtea tamen barbarorum motibus ſæpius agitatæ provinciæ, atque bellorum aſſiduis cladibus deſolatæ, in ſolitudinem prope redactæ ſunt, cum *excoli verbi Dei prædicatione deſiniſſent.*

& omnibus illorum temporum hiſtoriographis patet. *Crenius* Annotat. ad Strauchii Diſſertat. de Computo veter. Germanorum (Faſce I. 311.)

Tomo IX. A. C. 732. n. I. p. 125. *Miranda plane providentia factum eſt*, ut fœmina barbara, *Irene*, Conſtantini filii Imp. LEONIS Iſauri uxor, & peregrina atque neophyta, invito & contradicente Imperatore, inſuper & perſequente, ſuppliciisque addicente cultores ſacrarum imaginum, *eas ipſa coleret, atque colendas eſſe libere teſtaretur.*

Sed quæſo, Baroni, mirandum ne, ſi *femina barbara, inter ethnicos educata*, quibus ipſæ ſtatuæ, opera manuum humanarum, dii ſunt, a cultu imaginum chriſtianarum non abhorreat? Timann. *Geſſelius* Hiſt. S. & eccleſ. N. T. P. II. 11.

A. C. 806. n. 26. p. 569. *Leonis Papæ diſpoſitione de Imperio decernendum reliquiſſe* viſus eſt Carolus M. ut, cui vellet, Pontifex daret.

Dicit, *ſe Regni vel Imperii a Deo conceſſi heredes relinquere.* H. *Conring.* de Germ. Imp. rom. c. 7. §. 22.

A. C. 817. n. IX. p. 707. In conventu aquisgranenſi LVDOVICVS Imp. *confirmavit, quæcunque a prædeceſſoribus ſuis* donata vel reſtituta fuerant romanæ Eccleſiæ, prout teſtatur *Conſtitutio.*

Donationem iſtam *merum eſſe figmentum*, oſtendit *Conring* de Germanor. Imperio rom. c. 7. p. 47. & ante eum *Mornaus* in Myſter. iniq. p. 337. Quibus adde *Grotium* de I. B. & P. l. 1. c. 3. §. 13. & *Ziegler.* in Annot. ad h. l. ac Io. Ad. *Oſiandrum* in Grotio illuſtrato p. 496.

A. C. 823. n. IIX. p. 771. Ita *Rhemenſis* eccleſiæ canonicus *Adam.*

Loco Rhemenſis pone *Bremenſis.* Io. *Moller* Iſagog. ad Hiſtor. cimbr. P. I. 64.

De

Digitized by Google

Tomo X. A. C. 845. n. XXXVII. XXXIIX. Patres meldenſis concilii petierunt *promulgari* Capitula eccleſiaſtica a CAROLO M. atque a LVDOVICO collecta; idque, *exigente Concilio*, feciſſe *Benedictum* Levitam.	De promulgatione ne gry quidem habetur, ſed de *iam promulgatorum obſervatione*: Benedictus autem ſua collegit *iuſſu Autbari* moguntini. *Conring* de Origine iur. german. c. 17. p. 91.
A. C. 962. n. III. p. 781. OTTO M. Imp. *in Diplomate donationis* Eccleſiæ cuncta ablata reſtituit.	*Quis illis tabulis tuto credat*, quas nunc demum prodit Baronius, nemini alii antehac memoratas? *Conring.* de German. imp. rom. c. 10. p. 81.
A. C. 964. n. XXI. p. 800. Fertur apud Gratianum, *inconſiderate nimis iſta tractantem*, Synodi ſub *Leone* IIX. *pſeudo-pontifice* canon de conceſſa *Ottoni I.* ordinatione apoſtolicæ ſedis, & eccleſiarum inveſtituris. Quæ vero Conſtitutio nullius eſt roboris.	*Onuphrius*, vir omnis antiquitatis peritiſſimus, *nihil ſiniſtri hic ſuſpicatus eſt*: & Leonem IIX. illa & ſequens ætas omnis *pro legitimo* agnovit Papa. *Conring* de German. imp. rom. 93. & diſput. de Imperatore roman. german. §. 49.
A. C. 973. n. I. p. 842. *Wilhelmus* Archiepiſcopus moguntinus OTTONIS II. filius *ex priori coniuge*.	Non ex legitimo ille procreatus eſt matrimonio, *ſed ex captiva & Slavonica, nobili quamvis genere oriunda, femina*, quam pater virginem vitiaverat. Sim. Frid. *Hahnius* de Diplom. fundationis Berg. ad Albim coenobii p. 13.
A. C. 991. n. IIX. p. 889. Altera editio Gerberti ſcriptorum, *cum aliis intextis blaſphemiis & annexis mendaciis* prodiit.	Hoc *erat probandum*. Herm. *Conring*. in Epp. ad Baluzium p. 5.
A. C. 996. n. LXIII. p. 938. In Concilio lugdunenſi œcume-	Locus Matthæi illius eſt *ſpurius*. Io. Guil. *Ianus* in Iudic. erudit. de

nico A. 1242. poſt excommunicationem FRIDERICI II. & alia negotia, *definitus a Papa* INNOCENTIO IV. *fuit numerus VII. Electorum*, teſte *Matthæo Paris.*

de orig. Electorum (in *Act. erudit.* A. 1711. 188.) Scilicet, ſi tollas hildebrandinam illam in omnes reſp. chriſtianas omnipotentiam, ne prætextum quidem aliquem iuris habet Papa in res Germaniæ alium, quam qui dependeat a iuribus urbis Romæ. Illi autem *urbi vere nihil competit iuris circa conſtitutionem Regni germanici & Langobardiæ; adeoque nec competit Papæ. Conring* de Germ. imp. rom. c. 12. p. 120.

A. C. 1000. n. 20. p. 962. & A. 1074. n. 81. p. 486. *Regnum Vngariæ S. Rom. Eccleſiæ proprium eſt.*

Facilius dicitur, quam probatur. Herm. *Conring* de finib. Imp. germ. l. 1. c. 17. §. 16.

Tomo XI. A.C. 1004. n. V. p. 25. Audiviſti ſimul cum pietate regis Francorum ROBERTI etiam *ſibilum venenoſi ſerpentis* in *Leutherico*, archiepiſcopo ſenonenſi, ut qui Berengario & aliis ſacramentariis facem præferens, hæreſi ſeſe commaculavit.

Nullum hæreſeos crimen in Leutherico deprehenditur, quippe qui nihil aliud, quam *dignam & iuſtam communicantis ſeu ſacra cœna utentis præparationem urſit* & requiſivit, dicens: *Si dignus es, accipe.* Hugo *Matbond* in Catal. archiepiſcop. ſenonenſ. (Supplem. Act. erudit. T. I. 387.)

Cæſar *Baronius*, Soræ in agro neapolitano natus, congregat. Oratorii, deinde, quanquam invitus & repugnans, Cardinalis presbyter, & vaticanæ præfectus bibliothecæ, conſilio & ſuaſu Phil. *Nerii* Annales XXX. annorum ſpatio ſcripſit contra Centurias magdeburgenſes, quamvis eas non nominet, & quidem Tomos XV. Sed tres poſteriores ſuppreſſi ſunt a Patribus cogregationis Oratorii, teſte Hier. *Vecchietto* (in Actis erud. A. 1696. p. 307.) obiitque tabe, ex aſſiduo ſtudiorum labore contracta, A. 1607. æt. quaſi 69. *Craſſus* Elog. P. I. 127. Ian. Nic. *Erythræus* Pinacoth. P. 1. 87. Io. *Imperia-*

perialis Muſ hiſt. 93. *Du Sauſſay* 68. Erat vir pius, candidus, laborioſus, plurimæ lectionis, ſeceſſum amans, acerrimus quidem pontificatus partiumque hildebrandinarum propugnator, at de eccleſiaſtica tamen antiquitate, teſtibus *Caſaubono* ep. dedic. Exercitat. c, 2. G. Io. *Voſſio* de Philol. c. 14. *Montacutio* præf. ad Appar. *Hottingero* Bibliothecar. p. 419. G. *Calixto* Appar. theol. 186. *Conringio* de Orig. iur. german. c. 23. p. 145. *Leibnitio* in Miſcellan. p. 420. *Königio* 106. *Schurzfleiſchio* in Epp. ſelect. p. 548. *Pope-Blount* 862. præclare meritus, &, vel ipſo eius vultu teſte, ſeverus, ſtiloque utebatur tolerabili. *In eius vultu illepido*, inquit Ian. Nic. *Erythraeus* l. c. 90. *& inamoeno triſtis erat ſeveritas, inter cuius quaſi nubes haud ſcio, an ullus unquam riſus emicare viſus ſit.* Hæc eius ſeveritas, qua *novi Pontificis electioni obſtitit*, eo quod indignus ipſi videretur, effecit, ut Cardinales, illo dimiſſo, ſua in *Burghesiorum* ſtudia conferrent, qui Pontifex ſummus declaratus PAVLI V. nomen aſſumpſit. Et *de ſtilo* Baronii ſic iudicat p. 88. *non illum quidem elegantiſſimum eſſe, ſed neque admodum inquinatum*, verum gravem, ac ſine cincinnullis fucoque puerili: *qualis omnino chriſtianum ſcriptorem, ac de rebus maximis atque graviſſimis loquentem deceat.* Antequam opus aggrederetur, (etiam hæc ſunt verba *Erythraei* p. 88.) erat in eo *doctrina* mediocris, *eruditio* vulgaris, *latine ſcribendi uſus* propemodum nullus; ſed poſtea *ingenium meditatione, doctrina legendo, ſtilus ſcribendo vires acquiſivit.* Cetera eius ſcripta hæc ſunt: Annotationes in Martyrologium romanum, Votum contra Remp. venetam, Paræneſis ad Remp. venetam, Vita S. Ambroſii, Rationes, quibus probatur, D. Ambroſium Commentarii in Epp. Pauli fuiſſe auctorem, & Relationes duæ hiſtoricæ illuſtrium duarum legationum. Sed Epitome theſauri antiquitat. eccleſiaſt. & Refutatio Inſtitutionum Calvini ei ſupponuntur. *Placcius* de Pſeudon. 107.

Humbertus ſive *Hubertus*, diſtinguendus ab *Humberto dominicano*, primum monachus in cœnobio S. Manſueti tullenſi, deinde a LEONE IX. Romam evocatus, & creatus Silvæ candidæ epiſcopus, item R. E. Cardinalis, vir græce & latine doctiſſimus, miſſusque CPlin A. 1051. ſcripſit præter binos illos ſupra memoratos libellos, Commemorationem eorum, quæ contra MICHAELEM, patriarcham CPtanum, geſſerunt Apocriſiarii apoſtolicæ

Sedis anno XI. CONSTANTINI Monomachi Imp. Indictione IIX. & Epiſtolam, ſuo & *Petri* amalphitani archiepiſcopi, & *Friderici* diaconi & cancellarii nomine, ad omnes catholicæ eccleſiæ filios: primusque transſubſtantiationis aſſertor eſſe dicitur. *Bellarminus* de Scriptor. eccl. 162. Phil. *Labbe* T. I. 484. *Kœnig* 417.

XCIV.

Gottfridi ARNOLDI Hiſtoria eccleſ. & hæret. (Kirchen-und Kezer-hiſtorie.) Francofurti 1699. IV. Partes, II. volumina. Deducitur hæc Hiſtoria ab initio N. Tti uſque ad annum 1688. & laudatur ab his, culpatur ab illis. Laudatur enim ab illuſtri Chriſtiano *Thomaſio* in Program. A. 1701. de duobus collegiis, item in Cautelis circa præcogn. Iurisprud. eccleſ. pag. 32. 89. 144. B. G. *Struvio* in Orat. auſpic. Introduct. in notit. rei lit. ſubiuncta p. 171. Caſp. *Calvörio* in Fiſſur. Sionis P. II. 192. Chriſtiano *Democrito* (id eſt, Io. Conr. *Dippelio*) Opp. p. 933. & Ioach. *Langio* in Candid. relat. P. I. 19. qui tamen non ab omni eum nævo immunem pronuntiant; immo ipſe Arnoldus, imbecillitatem ac nævos ſuos agnovit, cum alias, tum in Supplem. & emendat. huius operis, editis Francofurti A. 1703. culpatur vero ac refutatur ab Ern. Sal. *Cypriano* in Animadverſionibus, *anonymo* quodam in Exam. huius Hiſtoriæ, apud auctorem Extract. menſtruor. qui eſt I. G. *Eckhartus*, nunc S. Maieſt. Britann. Hiſtoriographus, & Bibliothecarius, ad A. 1700. p. 296. El. *Veielio* præfat. in Oſtenſionem, & altera præfat. in Monſtrator. viæ petrin. (apud S. E. Cyprianum in Animadverſ. p. 93.) *Feuſtkingio* in diſp. de errorib. Arnoldi, Io. Frid. *Corvino* in Corp. doctr. (de quo C. *Thomaſius* in Cautelis p. 89. Ioach. *Morgenwveckio* in aureo cimelio, Thom. *Pfannero* in Sincero iudicio, eiusque Declaratione, Io. Gottl. *Stolzio* in Reſponſ. ad Arnoldi Apologiam, Ioach. *Zentgravio* in Exercit. de lapſu Tertulliani ad Montaniſtas, Io. *Fechtio* in Studio theolog. polemicæ, in Critica in Arnoldi Criticam, in Scrutinio profligatæ ex Eccleſia obligat. ad confeſſ. publ. & tractatu de Excommunicatione: porro a *Wurtenbergenſibus* in Examine, H. G. *Wachtero* in Oſtenſione de fragmento Theodoti narrationis de Valentinianis, *Clarmundo* (id eſt, J. C. Rudigero) in peculiari tractatu, Thoma *Ittigio* in præf. Hiſt. eccl. ſec. I. n. 68. *Sideralto* (ſive Hoch-

ei-

Digitized by Google

eiſenio) in litteris ad Schelguigium, V. E. *Læſchero* in diſſert. de Arnoldi lapſibus, & in Program. anni 1706. atque in Narrat. innoc. A. 1701. 95. Jo. Jac. *Ferbero* in diſſert. de fanaticis in rect. rat. iniuriis, Wilh. Ern. *Tenzelio* in Biblioth. curioſa, Aſcanio *Engelke* in biga diſſertat. de Deo & peccato, autore *Mixtar. cogitat.* P. I. Georg. *Serpilio* in Epitaph. theol. ſuevorum, Chriſt. Gottl. *Kochio* in Ephemeridib. Patrum, Polyc. *Lyſero* in officio pietatis, Dav. *Sculteto* in Innoc. theologor. hamburgenſ. H. *Bahrio* præfat. in Arndium antipietiſtam, Zach. *Grapio* in Roſtochio euangelico, Joan. *Diecmanno* præfat. in Biblia ſtadenſia, Sam. *Schelguigio* de Ebionitis, G. Frid. *Stiebero* in Hiſt. eccl. meclenburg. Andr. Dav. *Caroli* in Innocent. wurtenbergenſi, Frid. *Arnkielio* in Defenſ. chriſtianiſmi ſeptentrionalis, & Barthol. *Botſacco*, *Wilke*, *Mayero*, *Niehenkio*, *Weidnero*. Quorum aliquot teſtimonia allegat auctor *Bibliothecarii n p. addicti* T. I. 68. 631. 690. & I. C. *Colero* in Hiſtor. vitæ Arnoldi Sect. VI. p. 175. Qui vero eum defendunt, illi exiſtimant cum Jo. Val. *Andrea*, laudandos eſſe, qui errores ſui ſeculi taxant; cum Ang. *Eleutherio* in lib. de Arb. ſcient. boni & mali (cuius extractum habetur in libello de Hæreticis p. 53.) & Galeno *Abrahami* in Apol. p. 47. iis, qui pro hæreticis habentur, ſæpe factam eſſe iniuriam; cum *Spangenbergio* in Bonifacio pag. 40. diſſentientes facile hæreticorum nomine & calumnia onerari, ſicut Bonifacius Arnolphum, doctor. bavaricum, non alia de cauſſa, quam quod a ſuis diſcreparet ſententiis, inter hæreticos retulit; & cum *Schurzfleiſchio* in Epp. arcan. P. I. 138. nos nihilo eſſe meliores aliis ſectis, & æmulationem contemtionemque in conſuetudinem noſtram vertere. Scopus huius operis, cuius compendium dedit auctor ipſe A. 1700, eſt, oſtendere, 1. Sæpe pios & illuminatos viros, ſicut Chriſtus eiusque diſcipuli & apoſtoli, immerito hæreticos declaratos. 2. Antiſtites eccleſiæ, epiſcopos, paſtores & doctores plerumque verorum Chriſtianorum perſecutores, ſectarumque auctores fuiſſe. 3. Concilia & Synodos plurimum conſtitiſſe ex hominibus contentioſis & ſpiritu Dei carentibus. 4. Eccleſiam ſub cruce lætiſſime floruiſſe, nec maiorem partem feciſſe, ſed gregem fuiſſe puſillum, & perſecutionem paſſam. 5. Antichriſtianam & falſam eccleſiam ſemper magni æſtimaſſe, & pro ſanctuario habuiſſe res externas, imagines, umbras, ſacramenta, ritus

& cærimonias, & hoc in cultu, quo inſtar Hagaræ quid mereri credidit laboravitque, liberam Saram odiiſſe & perſecutam eſſe. Sic quidem recenſet *auctor Vitæ Arnoldi* B 3. Part. I. Iam errores auctoris ab aliis notatos indicabimus, & paucos alios, a nobis obſervatos, adiiciemus.

In præfat. operis † 3. n. 30. *Scriptura S. plane non eſt conforme*, ſive dicere, ſive ſentire, *Eccleſiam eſſe matrem*.	At Deus Eccleſiam vocat *matrem Hoſ.* 2, 2. ſuamque *uxorem*, v. 7. ſi ipſi ſoli adhæreat. Et Paulus Timotheum adpellat *filium ſuum*, aliosque fideles *filios ſuos.* 1. *Tim.* 1, 2. *Gal* 4, 19. Ern. Sal. *Cyprianus* in Annot. ad Arnoldi Hiſtor. eccleſ. & hæret. 37.
Part. I. p. 37. *Dionyſii Areopagitæ ſcripta* a primis hæreticis tam diu abſcondita fuere, donec longo poſt tempore in lucem protracta ſunt.	Ea, ut genuina, defendit Arnoldus ob nimium erga theologiam myſticam *affectum*, & *præiudicium* de abiicienda chriſtiana ratione. C. *Thomaſius* in Cautel. circa hiſtor. eccleſ. 112.
Pag. 41. n. 1. & 2.	Hi duo numeri cum ſuis contentis *ponendi ſunt poſt ſextum. Idem* 142.
44. n. 12. De Ebione non conſtat, *an unquam fuerit in mundo*.	Sententiæ illi repugnant, quotquot e *ſcriptoribus eccleſiaſticis* Ebionem cum aliis hæreſiarcharum individuis coniungunt, aut eius patriam, diſcipulos, aliaque huiusmodi ad vitæ curriculum ſpectantia enarrant. Thom. *Ittigius* de hæreſiarchis p. 60.
49. n. 5. Eccleſiæ per aliquot ſæcula *ad nullam ſeſe adſtringebant regulam litteralem*, (quam hodie vocamus Canonem Scri-	Habebant utique apoſtolorum & euangeliſtarum, ſicut & V. Ti ſcripta, quæ ipſis erant inſtar canonis, verbum Dei,

e quo

Digitized by Google

pturæ) ſed Domino ipſi locum in ordinibus ſuis dabant, quo ille modo ducere vellet.

e quo renaſcebantur, & quod ipſos ſalvare poterat, continentis. Ern. Sal. *Cyprianus* in proœm. p. 17. & in ipſis Annotat. p. 53.

50. num. 7. Clemens laudat in Chriſtianis perfectam & *infallibilem* cognitionem.

Laudat γνωσιν ασφαλη, id eſt, cognitionem *firmam*. *Idem* 57.

Ibid. num. 8. Antiquiſſimi doctores chriſtiani Chriſtum vocabant *Deum* (*Ignatius* p. 30. 39. 77.) *quia in eo inhabitat* corporaliter omnis plenitudo deitatis, *Col.* 2, 9. *& Pater eum ſanctificavit, miſitque*, prout ipſe ſe huius hominis gratia defendit *Io.* 10, 36.

Quis dixit Arnolde, quod primi Chriſtiani *tantum ideo* vocarint Chriſtum Deum, quoniam in eo omnis plenitudo deitatis corporaliter inhabitat, ipſeque a Patre miſſus eſt? Hanc reſtrictionem ego quidem in *Ignatio*, *Clemente*, & *Polycarpo* invenire non poſſum. *Id* 58.

60. num. 7. Certe *fundamentum deeſt*, tam in hiſtoriis, quam in vetuſtiſſimorum ſcriptis eccleſiæ Patrum, *ſuſpicandi*, *eos pia fraude ac bona intentione finxiſſe & propoſuiſſe carmina Sibyllina.*

Etiamſi non a Patribus, tamen *a quibusdam Chriſtianis* conficta ſunt pia fraude adverſus ethnicos. Et quidem fabulas ſubeſſe oſtenderunt, non tantum ex Reformatis *Blondellus*, *Baſnagius*, *Van Dale*, verum etiam ex Rom. catholicis Lud. El. *Du Pin* T. I. 10. 30. Vide C. *Thomaſium* de Cautelis circa hiſtor. eccleſ. 100.

65. num. 4. Saturninus & *Baſilides* eodem fere tempore vixerunt Antiochiæ *in principio ſaculi primi.*

Baſilides vixit fere in fine ſaculi ſecundi. Phil. Lud. *Hannekenius* diſp. contra Arnoldi Hiſtor. eccleſ. & hæret. c. 2. (apud auctorem Excerptor. menſtr. 306.)

92. 93. num. 7. & 8. MAMMEA Alexandri Severi mater, &

Nugæ & fabula. C. *Thomaſius* in Cautelis 140.

Digni-

PHILIPPVS arabs *chriſtiani in occulto.*	
118. num. 11. Et ſane hoc per ſe valde affligere poterat CORNELIVM, quod *tantam hanc dignitatem* alii cedere deberet.	Dignitas pontificia, eo tempore, quo Cornelium Chriſti cauſſa ſanguinem ſuum effundere oportebat, *non tam erat lauta.* E. S. *Cyprianus* 26.
138. n. 7. *Euſebius narrationem de baptiſmo Conſtantini ſilentio praterit.*	Immo habet l. 4. de V. C. c 62. *Pfanner* in Declarat. ad Arnoldi Duplic. p. 181.
174. n. 6. Notum erat, Sabellium olim unam eſſentiam divinam, & *tantum tria nomina diverſa* conceſſiſſe.	Sabellius uſus eſt ſimili ab hisce tribus, Anima, Corpore, & Spiritu petito. Quod indicat, Sabellium fortaſſe aliam habuiſſe ſententiam, quam quæ ei tribuitur: nam Corpus & Anima non faciunt ad explicandam ſolam nominalem differentiam, cum inter ambo iſta eſſentialis ſit differentia, & multo maior, quam quæ ad diſcrimen perſonarum divinarum explicandum requiritur. *Acta bamburgenſia* T. I. 571.
189. n. 18. Ipſi Theologi fatentur, Arianos *dogmatibus ſuis* multo purius verbum Dei propoſuiſſe, quam Athanaſianos. *Dannhauer* in Vale triumph. p. 301.	*Dannhauer* ſcribit, eos *ſua opinione* purius propoſuiſſe. *Pfanner* in Declarat. 56.
199. n. 38. Priſcillianus fuit, teſte *Sulpicio* Severo lib. II. nobili genere, dives, acuti ingenii, *activus.*	*Inquies*, ait ille. E. S. *Cyprianus* 103.
208. n. 59. De Donato *aliisque* fatebantur orthodoxi expreſſe,	1. Non de Donatiſtis, ſed *de Donato*... Addit etiam hoc Auguſti-

ſti-

eos modeſte & ſubrie vivere. Item de *Rogatianis*, eos non furere, ut Circumcelliones, ſed *manſuetos* & *mites* eſſe. *Eorum epiſcopos*, ut Proculeianum, eo nomine celebrabant, quod *multa* humanitatis ſigna & indicia ederent. Sicut & Auguſtinus precabatur, *ne Circumcelliones a furoribus ſuis abducerent, ne & ipſi polluerentur.* Immo fatetur, eos *Donatiſtis extreme diſplicere.*

ſtinus: *Secundum veſtram opinionem.* 2. De Rogatianis dicit, eos *videri* eſſe manſuetos & mites. 3. Vox *multa* infarcitur. Neque 4. in genere loquitur de epiſcopis Donatiſtarum, ſed *de Proculeiano duntaxat.* 5. Non tantum Circumcelliones, ſed *etiam Donatiſtarum clericos* abductos cupiebat a pravis facinoribus. Neque etiam negat, Donatiſtas ab illis eſſe infectos. 6. Ait, *plerisque Donatiſtarum.* 7. Nec utitur vocabulo *extreme. Id.* p. 84.

215-218. Iac. *Andrea ambitioſus* & *ſuperbus, levis, impotens animi, vindictæ & lucri cupidus &c.*

Hæc & alia ſequentia *refutantur* in *Relat. innoc. Anno* 1704. 76. Quibus conſentit *Serpilius* in Epitaph. theol. ſuevor. p. 10. Videatur quoque venerabilis D. Polyc. *Lyſerus* in Offic. pietatis 67.

228. n. 8. Chryſoſtomus *Eudoxiam cum Herodiade*, ſe cum Ioanne *non immerito* comparavit.

Id vero *minime laudandum.* C. *Thomaſ.* in Cautel. circa Hiſt. eccl. 163.

252. n. 6. Cum Boëthius *ne quidem chriſtianus fuerit*, ſed philoſophus platonicus, ſicut liber eius de Conſolat. philoſ. in carcere ſcriptus teſtatur.

Boëthii chriſtianiſmum defendit Io. Chriſtoph. *Wolfius* in diſp. cui titulus, Carcer eruditorum muſeum: immo mentionem facit alterius *opuſculi de Trinitate uno Deo*, quod Boëthius itidem ſcripſerit in carcere. §. 7. (*Nova Biblioth.* T. I. 534.)

291. n. 7. Prudentes *Bonifacium* vere habent *pro ſacerdote antichriſtiano*, ac *membro animæ*

Sed *nec ſua laude eſt privandus*, quam ei tribuunt Dav. *Chytræus*, C. S. *Schurzfleiſch*, Caſp.

lis in Apocalypſi Ioannis.

Sagittarius, & Vlr. *Hubertus*. Vide B. G. *Struvium* diſp. de Synodo francica p. 14.

295. n. 7. Ipſi Pontifices (ſec. IIX.) fateri cogebantur, oratores ſacros *nihil niſi fabulas* ad populum protuliſſe. *Gregorius III*. ep. ad Bonifac.

Nihil ibi hac de re. E. S. *Cyprianus* 126.

300. n. 5. CAROLVS M. *varias in Germania Synodos* inſtituit.

Sed *omittit* Arnoldus *Synodum francicam*, a CAROLOMANNO in Germania habitam A. 742. minimeque prætereundam. B. G. *Struve* l. c.

303. 304. num. 4. Multi quidem temperantiam & ſobrietatem CAROLI M. celebrant; interim alii narrant, *cum uno paſtu integrum leporem*, aut *quartam vervecis partem*, *duasve gallinas* comedere atque abſumere conſueviſſe. *Turpinus*.

Errat, dum *Turpini nugis*, *contra omnes hiſtoricos*, aſſenſum præbet, & ex CAROLO M. voratorem facit. *Excerpta menſtr.* de A. 1700. p. 300.

305. n. 6. WITTEKIND, Saxonum rex, non prius ſe baptizari paſſus eſt, quam *captivus fieret*, atque adeo *vi illuc adigeretur*. *Wolterus* Chron. brem. p. 23. *Chron. mind.* 551.

Omnes boni hiſtorici ſcribunt, eum *fide* a Carolo M. *data* ad eum veniſſe, atque *ultro baptiſmum ſubiiſſe*. *Ibid.*

306. n. 10. *LVDOVICVS III.* cognomento *Balbus*, mortuus eſt *in Italia*, dum in expeditione erat *contra aliquot Magnates italicos*.

Ille vero mortuus eſt *Compendii*, (à Compiegne) quo in expeditione *contra Bernardum*, Marcæ hiſpanicæ Marchionem, ſibi rebellem, morbi cauſſa reverſus fuerat. Ibid. p. 299.

319. n. 1. CVNRADVS (ſec. X.) erat *Dux* Franconiæ, & *Ottonis Ludolphi* Saxonis filius.

An ſenſus eſt, CVNRADVM fuiſſe filium Ottonis, filii Ludolphi? Sic autem duæ diſtinctæ perſonæ confunduntur, &

& pro una venditantur. Nam *Ludolphus* terras ſuas habuit in Saxonia inferiore, non vero in Franconia, genuitque *Brunonem* & Ottonem, qui pater fuit HENRICI aucupis. Confudit etiam duos *Ottones*, Saxonem & Franconicum. Saxonicus hic habuit filium *Conradum*, qui titulo iuribusque Comitis gaviſus eſt, & reliquit filium cognominem, qui evaſit Rex Romanorum. Atque ita etiam duos Conrados miſcet Arnoldus. *Ibid.* p. 298.

320. n. 3. HENRICVS Auceps *Brunonem* filium natu minimum creavit archiepiſcopum colonienſem, filiamque *Mathildem* Abbatiſſam quedlinburgenſem, ut haberent, unde viverent.

HENRICVS Auceps mortuus eſt A. 936. & *Wigfridus* archiepiſcopus colon. cui ſucceſſit *Bruno* filius HENRICI, A. 953. Quo igitur modo eum crearit archiepiſcopum pater? Ne dicam, HENRICVM *abbatiam iſtam* non inveniſſe, ſed ipſummet *condidiſſe*. *Ibid.* 297.

n. 4. HENRICVS Auceps tandem apoplexia mortuus eſt A. 936. 16to ſui regiminis. *Otto friſing.*

Legatur ipſe Otto. *Cyprianus* 126.

327 c. V. n. 2. In Italia quidam ab hypocritis vocabantur *Anthropomorphita*, qui Epiſcopis ingrati fuerint, eo quod de eorum abominationibus teſtabantur. Ideo *epiſcopus mediolanenſis eos aggreſſus eſt*, totam urbem oppreſſit, & *ſine diſeri-*

Sigebertus autem hoc tantum habet, *Ratherium veronenſem epiſcopum & verbis & ſcriptis reclamaſſe* Auctor *Exerptor. menſtr.* A. 1700. 392.

Mmm 2 Im-

mine ſenes iuvenes occidit. Sigebertus ad *A.* 939.

342. n. 6. *Hermannus Contractus* fuit primum Comes woringenſis, dein *monachus ſangallenſis, Voßius* l. 2. c. 47. de Hiſt. lat.

Immo vero fuit cœnobita *Augiæ maioris* (zu Reichenau) in inſula lacus cellenſis, qui Acranii appendix eſt. Et *Voßius Trithemium* cum Arnoldo easdem inflantem tibias, *refutat.* Ib. 304.

Ingulphus, unus ex abbatibus Angliæ, reliquit Hiſtoriam *de cœnobiis anglicanis.*

Non de Coenobiis anglicanis, ſed *de Monaſterio Croyland.* cui ipſe præerat. Ib. 305.

349. in Allegationib. ad n. 5. *Hermannus Aedituus Chron.*

Equidem huius Chronici mentionem faciunt viri eruditi ſuperiorum temporum, & *Heroldus* id ſe editurum promiſit: ſed promiſſis non ſtetit, & poſtea illud evanuit. Non igitur probabile eſt, Arnoldum in hunc theſaurum incidiſſe, præcipue cum illud alleget, quaſi librum vulgatum. *Ibid.* 303.

362. n. 3. Habuit *nævos quosdam Bernhardus*, abbas claravallenſis.

Sed tantum *obiter quaſi* eorum meminit, eo quod Bernhardus myſticis annumeratur. C. *Thomaſ.* in Cautel. circa ſtud. Hiſt. eccl. 172.

369. n. 8. Quod, *ut veritati conſonum* (videlicet, clericos bona propria poſſidentes, non poſſe, ut *Arnoldus* brixienſis ſtatuit, ſalvari) *celebris quidam vir* haud ita pridem *adprobavit. Schilterus* de lib. eccl. germ. l. 4. c. 7. §. 9.

Immo *improbavit.* E. S. *Cyprianus* 102.

Part. II. p. 24. n. 16. *Io. Fridericus*, Elector Saxoniæ, cum Cæſareani iam cœpiſſent apud Muhlbergam traiicere Albim, tamen *prius vacabat audienda* Chriſtoph. Hoffmanni *concioni, & capiendo cibo* ad menſam. Lud. *ab Avila* lib. II.

Contrarium legitur apud Avilam. *Cyprianus* 127.

32. n. 8. Io. *Bugenhagius* in adhortatione ad eccleſiam, ut preces funderent pro Electore, negavit ſe intelligere captivum IO. FRIDERICUM. *Hiſt. MSta* de illo p. 20.

Quis credat hanc *fabulam* de viro gravi & prudente? Polyc. *Lyſre* in Offic. piet. 138.

48. n. 23. Neque dubitarunt poſt mortem Lutheri, contra quam alias facere ſolent Lutherani, eum vocare *ſanctum*, *virum ſanctum*, & *divinum*.

Quis ignorat luxuriem titulorum? Dandum etiam aliquid affectui chriſtiano. Et recentior theologus collegam ſuum *vere divinum* adpellavit. Io. *Fecht* in Critica in Godofr. Arnoldi Criticam § 3.

53. n. 32. In quibusdam locis operum Lutheri, ubi ille contra abuſus academiarum detonat, addita fuit vox, *pontificiarum*.

Non tamen *contra ſententiam Lutheri*: nam alias non intelligebat, quam pontificias, quia eo tempore extra wittebergenſem nullæ aliæ erant euangelicæ. El. *Frick* in Append. Lutheran. Seckendorf. p. 2728.

Ibid. Notabilis *Confeſſio Lutheri de Iudæorum futura converſione* in novis Poſtillæ eccleſiaſticæ editionibus *omiſſa eſt*.

Ratio eſt, quia *Lutherus ſententiam iſtam miſſam fecit*, ſicut conſtat ex Tomo IIX. opp. altenburg. p. 277. El. *Frick* l. c.

87. n. 29. In laniena pariſienſi primum Caſp. *Colinius*, ſummus maris præfectus, *ſclopeto interfectus fuit*.

Sclopeto quidem pripridie *vulneratus*, ſed in ipſa demum laniena gladio transfixus cecidit. *Thuanus* lib. 52. p. 993. E. S. *Cyprianus* 123.

88. n. 31. Inde (*poſt EDVARDI VI. obitum*) A. 1551. Lon-

Sed EDVARDUS ille obiit de-

dini quinque magnæ dignationis viri combuſti ſunt.

demum A. 1553. *Cyprianus* 123.

93. n. 2. Certe, ſi quis conciones, & alia ſcripta ſequentium poſt Lutherum plurimorum Doctorum accurate examinat, *inania deprehendet verba de fide mortua & hypocritica.*

Hæc eſt *inſulſa hypotheſis*, quam cum *Dippelio* communem habet. *Fecht* in Crit. in Criticam Arnoldi §. 1.

100. n. 14. Anno 1650. *liber* editus eſt, ſub titulo: Δειπνολογία, ſive ſermo aut ſcriptum *de S. cœna.*

Eſt ille Pauli *Felgenhaueri*. God. *Arnold* T. III. p. 56.

Ibid. Lutheri verſio Bibliorum paſſim vero ſimilior, æque in græco, atque hebraico, quam ultima, non a Luthero, ſed *a cive quodam lipſienſi*, bono quidem ebræo, verum non ſatis apto interprete, *compoſita*, & Luthero ad confirmandum & canonizandum transmiſſa eſt.

Aſſertio hæc *refutatur* a Polyc. *Lyſero* in Epiſt. exeg. apolog. in Pſ. 45. p. 25.

108. n. 10. *Periſterius*, ludi moderator in Moravia, romano-catholico ſub Magiſtratu, per ſcholaſticos ſuos *comœdiam* in tædium ac probrum Ieſuitarum, *de Suſanna exhibuit*, & ſimulatis maioribus *tiaras impoſuit triangulares*, quarum ſingulis angulis *adiuncta erant cymbala.*

Non rector ſcholæ, ſed *cantor*, illo inconſulto, omnia illa peregit. Auctor *der Vorſtellung* viel. vorſätzl. verfälſch. Arnoldi (qui eſt G. *Wachter*, eccl. memming. miniſter) p. 136.

165. n. 15. Apud theologos avaros hæ audiebantur voculæ: *Ego habeo magnum cœtum, & bona accidentia.* Polyc. *Lyſerus* in Epp. Marbach. Fechtii p. 676. Quamvis ſalarium

Sed *prior ſententia* eſt Garthii; *poſterior* autem Leyſeri. Neque in alterius utrius dicto quidquam eſt impii, improbi, & chriſtiano doctore indigni. Et quod ad Leyſerum attinet,

nunc ſit tenue, ſpes tamen eſt, *ſecuturum eius augmentum*. Helv. *Garthius* ibid. p. 808.

net, bonus vir *iuſſu Ser. Saxoniæ Electoris offert Phil. Marbachio profeſſionem theologicam* in academia wittebergenſi, atque inter alia hoc utitur argumento: *Licet ſalarium ſit tenue, & mediocre, ſpes tamen eſt, illuſtriſſimum Electorem honeſta acceſſione illud aucturum*. Polyc. *Lyſer* in Officio piet. p. 46.

n. 16. Famam de Mart. *Chemnitio*, eum plus pecuniæ, quam boni nominis poſt ſe reliquiſſe, *defenſor eius non negat* in der Ehrenrettung.

Contrarium docet ipſa illa Defenſio, cuius auctor eſt Polyc. *Leyſer* pater. *Idem*, qui illius Polycarpi eſt pronepos, p. 58.

168. n. 21. De Eobano *Heſſo* ſcribit quidam *inter eius elogia* hoc: Exiſtimare ſe, neminem illi in exhauriendis poculis palmam prærepturum, atque ita effeciſſe, ut nullus quisquam cum ipſo in certamen audeat deſcendere.

Si ſerio hæc ſcribit Arnoldus, fallitur: nam Ioach. *Camerarius*, qui Vitam Heſſi concinnauit, *vitium hoc taxavit in eo*: tantum abeſt, ut inter eius elogia retulerit. Auctor der *Vorſtellung* 136.

205. n. 21. *Senex* Chytræus *gaudebat ſe abeſſe poſſe* a colloquio quedlinburgenſi.

Emanſionis cauſſa hæc fuit, quod *Sereniſſ. Princeps eius* putaret, ipſum ante vel ad diem dictam non attacturum urbem Quedlinburgum, adeoque hac vice *ei parcere voluit*. Eccur autem Chytræum vocat ſenem, qui eo tempore *nondum aſſecutus erat annum ætatis* 50? *Lyſer* offic. piet. 161.

Ibid. n. 1. *Lutheranorum confeſſiones* non erant primitus formæ credendi, ad quod homines illius coetus adſtringebantur,

Addit tamen *Lutherus*, ſe ſperare, paſtores non vi, ſed *ſponte ſe illis ſubiecturos eſſe*. Io. *Fecht* l. c. in ep. ad Manzelium X 3.

Non

ſed *habebant duntaxat rationem confeſſionum.* Hinc in articulis viſitat. ſcribit, eas *non ne ſevera praecepta* tradi, ne novas decretales pontificias iniungere videatur.	
217. n. 21. Iac. *Andrea* plus quam ſesquiannum, ſepoſitis tantiſper muneribus ordinariis, conſumſit, atque *Aulas Principum lutheranorum* Formulæ concord. cauſſa adiit, cum multorum ſcandalo.	Non ſua ſponte, ſed *iuſſu Principis ac domini ſui. Fecht* 67.
220. n. 25. Reperio in ſcripto quodam (Matthæi *Weſenbecii*) eum a D. Polyc. Leyſero *Calviniſmi eſſe accuſatum*, de quo *inferius* in hiſtoria cryptocalviniſmi.	*Falſum eſt*, in ullo ſcripto adverſus B. Polycarpum legi, quod Weſenbecium calviniſmi egerit reum. *Neque Arnoldus promiſſis ſtetit*, de cryptocalviniſmo commentans cap. XXXII. *Lyſer* in Officio pietat. 194.
223. n. 31. (Iac. *Andrea*) ſcripſit ſine verecundia, *Formulam concordia* cum aliis ſymbolis *habendam eſſe pro norma doctrina, & regula iudicii.*	Scripſit, ſed & hæc addidit verba, quæ Arnoldus omittit: *Poſt SS. biblia.* Andr. Dav. *Caroli* in Wurtenberg. Unſchuld. p. 185. (*Narrat. innoc.* T. IIX. 68.)
226. n. 35. *Rex Daniae FRIDERICVS II. Formulam concord.* ſibi a ſororore ſua, Electoris Auguſti coniuge transmiſſam, in focum iniecit & *combuſſit.*	*Si fabula vera eſt.* Io. Herm. *ab Elſvvich* de Form. concordiæ, num in Dania ſit combuſta.
227. n. 36. Plurimi theologi, e. g. *lipſienſes*, *vvittebergenſes*, brunsvicenſes, & mecklenburgenſes *Apologiam Formula concordia agre tulerunt.*	Lipſienſes, wittebergenſes & ienenſes theologi, in Conventu lipſienſi anni 1585. ex mandato Electoris Saxoniæ inſtituto, *deliberarunt de ſcripto Anhalti-*

tinorum, & Apologiam Apologia ſuffragiis ſuis confirmarunt. Polyc. *Leyſerus* in Piet. officio 192.

233. n. 11. Academia (wittebergenſis) *inhibebat* etiam (Carolſtadii) iam *edita* ſcripta.

Lutheri verba, quæ Arnoldus male vertit, hæc ſunt: Carolſtadio *inhiberi* audio *editionem libelli* per Rectorem & Magiſtratum. E. S. *Cyprianus* 127.

239. n. 20. *Lutherus* tamen Carolſtadio non præbuit fidem, ſed *ſemper credidit, eum facere cum Anabaptiſtis.*

Immo declaravit Lutherus, *ſe Carolſtadium non velle iudicare*, ſed rem Deo relinquere. *Id.* 128.

272. n. 17. Quidam (ex adverſariis Anabaptiſtarum) dolebat, *Anabaptiſtas verba Muſculi pro ſe allegare*: petebat etiam, ut *Bullingerus argumenta contra illos ſibi traderet. Myconius* apud Ottium in Annal. anabaptiſt.

Myconius non loquitur *de baptiſmo infantum*: neque vel anabaptiſtæ verba Muſculi in ſententiæ ſuæ favorem *adduxerunt*, vel Myconius *argumentum contra Anabaptiſtas* exſpectavit; ſed quæſtio erat de generatione hominis, *an & mulier contribuat ſemen*, quod Muſculus negabat; ideoque metuebat Myconius, ne Anabaptiſtæ teſtmonium Muſculi pro ſe allaturi eſſent. *Id.* 108.

274. n. 22. Anabaptiſtæ in Belgio omnia onera *ſubierunt*, & omnia boni civis officia *fecerunt*.

Facere *polliciti ſunt*. *Id.* 110.

319. n. 17. *Bernardus Ochinus* ordinem monachorum Capucinorum *condidit*.

Non condidit, ſed *eius fuit ſocius*. Neque etiam prænomen habebat Bernhardi, ſed *Bernardini*. *Id.* in Diſſertat. academ. pentad. 94.

320. n. 19. Theologi fatentur, Ochinum, ſi ſententiam de polygamia excipias, *orthodoxum fuiſſe*. *Beza* de polygam. re-

Immo *arianiſmi* eum accuſarunt. *Id.* l. c. 95.

pud. & divort. *Gerhardus* L. de Coniug. §. 202. ſeqq. *& reliqui.*

346. n. 20. *Io. Fridericus* Elector Sax. A. 1553. legatos miſit, *quibus Oſiander* eiusque ſocii confeſſionem tradere deberent.

Oſiander autem *iam anno praecedente e vivis exceſſerat*, *Cyprianus* in Annotat. p. 122

362. n. 8. *Anno* 1557. *Strigelius natus eſt adverſarium* Flacium, propter ſententiam de viribus humanis.

Ille annus plane erat pacatus. Idem 124.

367. n. 17. Etiam *poſt fata ſua* perpetuo fuit damnatus Flacius; ſicut Iac. *Andrea* temere & impie A. 1573. de eo ſcripſit: *Illyricus eſt diaboli.*

At *Flacius demum mortuus eſt* anno 1575. *Id.* 125.

370. n. 5. *Leyſerus* Huberum in colloquio *vocavit haereticum.*

Exprobranti Hubero, cur ſibi fraternitatem denegaſſet, reſpondit: Memineram dicti pauli: *Haereticum hominem poſt unam atque alteram admonitionem devita.* Addidit tamen & hoc: *Equidem te nondum habeo pro haeretico. Lyſer* 77.

371. n. 7. *Leyſerus* etiam doctrinarum hæreticarum fuit accuſatus. *In quo idem, quod Huberus & alii, experiri potuiſſet.*

Diſtinguendum inter eum, qui hæreſeos arguitur, *ab eaque ſe ſe purgat*, & inter alterum, qui ab univerſa eccleſia recte ſentiente illius *convictus eſt. Idem* 80.

372. n 9. Io. Keckius, *Regiminis* halenſis aſſeſſor.

Scabinatus halenſis aſſeſſor. *Id.* 98.

398. n. 28. Sic ſcribebat Leyſerus *anno* 1597. ad Viduam Electoris.

Dedicatio illa ſcripta fuit *anno* 1595. *Id.* 120.

Ibid. Qui etiam antea, quamvis *ſine ſecuto effectu*, de Electore

Hæc ſane *ſpes D. Leyſerum minime fefellit*, poteratque ille de felici

Digitized by Google

ſpe plenus ſcribebat: *Ipſius Celſitudo, poſteaquam fidem & induſtriam ſuorum exploravit, liberalitate extraordinaria abunde recompenſat id, quod ad tempus defuiſſe videtur.*

lici & optato ſucceſſu ſibi gratulari; *eoque etiam Marbachius frui potuiſſet*, ſi oblatam ſpartam voluiſſet acceptare. *Lyſer* p. 131.

399. n. 32. Amici Nicol. *Crellii*, cancellarii electoralis ſaxonici, narrant, *Blumii concionem*, poſt ſumtum de Crellio ſupplicium habitam, *a Polyc. Leyſero correctam & auctam eſſe.*

Id quidem *Blumius petebat*; ſed *Leyſerus abſtinuit* ab hac opera. *Id.* 139.

407. n. 8. Læl. Socinus præſens fuit ſupplicio Serveti, eoque tam offenſus, ut anno 1554. contra Calvini excuſationem publicaret ſcriptum ſub nomine *Martini Prelli.*

Mini Celſi fortaſſe ſcripſerat, ſicut omnino ſcribendum.

429. n. 3. Impetratis a RVDOLPHO II. privilegiis pro libero religionis euangelicæ exercitio, *Bohemi* aliquot novos e Saxonia paſtores *vocarunt*, interque eos D. Polycarpum *Leyſerum*, qui more ſuo res eccleſiaſticas & academicas in ordinem redigerent.

Leyſerus quidem *nec vocatus fuit* ab illis, *nec in Bohemiam profectus. Id.* 429.

432. n. 12. Poſt devictum & expulſum FRIDERICVM, regem Bohemiæ, non ceſſabant Ieſuitæ & alii romanæ addicti religioni, quovis modo *excitare Imperatorem ad iram contra hæreticos.* Vide vel Caſp. *Scioppii* Claſſicum belli ſacri.

Sed *Scioppii Claſſicum prodiit, antequam Fridericus coronaretur*: editum enim fuit menſe Ianuario anno 1619. Fridericus autem coronam ſumſit anni eiusdem menſe Novembri. E. S. *Cyprianus* 122.

435. n. 20. Imperator Edictum de reſtitutione bonorum ec-

Id factum *anno* 1629. die VI. Martii. *Id.* ibid.

Digitized by Google

cleſiaſticorum publicavit *anno* 1620.

450. n. 23. Præſens Cæſarea Maieſtas (LEOPOLDUS) *in Coronatione ſua ungarica anno* 1633. ſancte promiſit, religionem, inter omnes Status ungaricos, liberam, inviolatam.

Anno 1655. *Cyprianus* 127.

453. n. 5. Ad minimum *Grotius* Reginæ Suecorum, CHRISTINAE, *Romæ iam viventi Holſtenium commendavit.*

Grotius e vivis exceſſit A. 1645. & *Regina* ad romanam ſe recepit eccleſiam A. 1655. quo facto demum Romam abiit. *Idem* 121.

454. n. 11. CHRISTINA, Sued. Regina, imperium, quod auſpicata eſt *anno* 1650. depoſuit *anno* 1655.

Auſpicata eſt *anno* 1644. eoque ſe abdicavit *anno* 1654. *Id.* 121.

466. n. 13. Io. Valent. *Andreæ præcipuus fuit auctor ſcriptorum roſacrucianorum.* Confer p. 641. n. 3.

Ille vero coram Conſiſtorio würtenbergenſi, collegium illud cum intraret, ſe ſe ita explicuit, *riſiſſe ſemper roſacrucianam fabulam*, & curioſitatis fraterculos fuiſſe inſectatum. Io. Wolfg. *Iäger* Hiſt. eccleſ. & prof. Tom. II. 58. Auctor der *Vorſtellung* der verfälſchungen Arnoldi, p. 132. *Serpilius* Epitaph. theol. ſuevor. 12.

469. n. 22. D. Io. Balth. *Schuppius*, profeſſor olim *roſtochienſis*, & marpurgenſis.

Non roſtochienſis, ſed *marpurgenſis* fuit *profeſſor. Unſchuld. Nachricht.* de A. 1709. p. 691.

471. n. 27. Ant. *Reiſerus* in Graminib. non iniuſtis, & El. *Veiel in litteris Eliæ poſt eius aſcenſionem in cœlos*, defenderunt Speneri Pia deſideria.

Veielius non eſt auctor illarum litterarum, ſicut ipſe poſtea agnovit Arnoldus in Supplementis, illuſtrat. & emendat. Hiſtoriæ ſuæ. Georg. *Serpilius* in Epitaph. theol. ſuevor. 12.

Hoc

481. n. 11. Io. Mich. *Dilherr* ſcripſit *Repetitionem bene fundatæ Arndii doctrinæ de vero chriſtianiſmo.*	Hoc ſcriptum non eſt Dilherri, paſtoris noribergenſis, ſed Dan. *Dilgeri*, paſtoris dantiſcani, cuius paulo ante Arnoldus mentionem fecerat. *Charitius* de Gedanenſibus eruditis p. 40.
483. n. 15. Dan. *Hofmannus*, uti narratur, præter alios *Polyc. Leyſerum flagello ſuo aliquot annos male tractavit.*	Hæc controverſia *melius ad XVItum*, quam XVIIImum ſæculum refertur. Neque Leyſerus ſui defenſionem neglexit. *Lyſer* Offic. piet. 158.
484. n. 18. Decretum contra Dan. Hofmannum aut *ab eius inimicis*, aut *illorum amicis* formatum fuit.	Immo *ab extraneo indice, ſub nomine & auſpiciis* ſereniſſ. Principis. E. S. *Cyprianus* 92.
495. n. 49. Quam eius (Martini *Seidelii*) ſententiam, (Meſſiam nondum veniſſe) deinde *alius* multis MSS. diſſeminavit, ſicut Iac. *Martini* illo tempore, videlicet anno 1617. (lib. III. de 3. Elohim c. 63. pag. 377.) conqueſtus eſt.	Ecquis ille? an Io. *Vogelius*? Sed hic, quamvis MStum Seidelii libellum, in quo loca V. T. in novo excitata litteraliter explicabantur, Iacobo Martini, præceptori tunc ſuo, legendum tradiderit, non tamen ſemiudæorum næniis addictus, multo minus iis expugnatus erat. *Gundlingiana* T. I. 40.
500. n. 12. Interea D. Balthaſ. *Meiſnerus* rei curam in ſe volebat ſuſcipere, & A. 1615. *Berolinum venit*, ubi tamen operam oleumque perdidit lucrandis illuſtribus matronis.	Venit, non ſuo conſilio, ſed *vocatus a ſereniſſima Electrice vidua.* E. S. *Cyprianus* 72.
507. n. 11. Steph. *Curcellæus anno* 1634. *venit Amſtelodamum*, & ſucceſſit in munere Epiſcopio.	*Anno* 1643. Quod vitium eſſe poteſt typographicum. *Id.* 124.
516. num. 10. Vbi Rex IACOBVS *de iis (Puritanis ſive Præ-*	Non de omnibus Puritanis, ſed *de minima eorum parte*, videli-

byterianis) ſcribit.

cet illis, quos *Familiam amoris* nuncupant. *Id.* 104.

549. n. 9. Querelæ de iis (Anabaptiſtis) factæ ſunt, eos res ſuas *meris Scriptura dictis* probare velle: ideo eos reſponſione indignos reputari. *Ottius* in Annal. p. 277.

Ottii verba hæc ſunt: Die 13. Novembr. reſpondent captivi Anabaptiſtæ ad Articulum de pædobaptiſmo: verum quia *nuda allegationes* erant, pro reſponſo non habitum fuit. *Cyprianus* 106.

560. n. 12. A. 1616. XXX. ſtudioſi Noribergæ & Altorfii accuſabantur, quod ſocinianis e libris errores hauſiſſent: quamobrem *iuxta cum civibus quibusdam* carcere includebantur, *inter quos erant* Mart. *Ruarus*, & Ern. *Sonerus*.

Quinam *illi cives?* *Sonerus* eo tempore non erat numerandus inter ſtudioſos, immo ne quidem inter mortales, nam obierat A. 1612. *doctor & profeſſor altorfinus*, qui clam inſtillaverat diſcipulis capacioribus ſententias ſocinianas. Sed *neque Ruarus in cuſtodiam venit.*

561. n. 12. Stanislaus *Lubienicius* diſputavit anno 1662. cum Regis Daniæ FRIDERICI III. confeſſionario, alioque paſtore, cui nomen David *Pfeiu*, de religione.

Nomen ei erat *Pfeiff.* Ern. Sal. *Cyprianus* diſp. de Mortib. Socinianor. p. 114.

Parte III. Pag. 6. num. 14. Huic poſſumus adiungere alium, qui itidem in XVI. vixit ſæculo, ſed in XVIImo demum innotuit, videlicet Paulum *Lautenſack*, pictorem & *organœdum* noribergenſem.

Pictor fuit, non organœdus. Guſt. Georg. *Zeltner* de fatis & placitis Pauli Lautenſackii p. 50.

Ibid. Iam *anno* 1545. (immo & 1538. iuxta num. 15.) publicavit ſcripta quædam.

Quæ hodie proſtant ſcripta, illo tempore *nondum erant litteris exarata. Id.* 51.

7. num. 17. *Ipſe etiam Lautenſackius* deplorat communem miſeriam, & inter alia *in præ-*

Neque Lautenſackius, neque Weigelius auctor eſt illius præfationis, ſed *anonymus quidam,*

fatione in Apocalypſin Ieſu Chriſti.

dum, verbis *Vale in Chriſto* ſubſcriptis fortaſſe ſubindicatus. *Id.* 50.

66. n. 22. Hoornbeekius excitat ſequentia verba: Cuius mandato atque auctoritate ſacra celebramus noſtris concionibus? *Putatis ne*, non id fieri mandato & nomine divino?

Poſteriora verba ſunt Hoornbeekii, atque ita ſonant: *Cenſetis*, (tu videlicet Euſebi *Meiſnere*, ac ſocii tui) non iuſſu divino, vel Dei nomine, ac auctoritate: quare ſolas legendas, absque expoſitionibus ſcripturas. *Cyprianus* 125.

Pap. 79. n. 25. Gerh. *Crœſus* deſcribit eum (Mercurium ab Helmont) ut nobilem atque *in ſcientiis excellentiſſimum* virum, quem *multi* credunt habere lapidem philoſophicum.

Croeſus dicit, eum eſſe *magna cupiditate cognitionis & ſcientia excellentem*: de quo *eius amici* incipiant ambigere, an non habeat lapidem philoſophicum? E. S. *Cyprianus* 112.

Ibid. n. 26. Quamvis *Crœſus falſo ſcribat*, Helmontium demum in Anglia a Comitiſſa quadam didiciſſe ſententiam de revolutione animarum.

Probandum eſt, Croeſum id ſcripſiſſe. *Id.* ibid.

87. n. 57. Thomas *Campanella* Neapoli ab Hiſpanis *anno* 1610. in carcerem coniectus, & Inquiſitioni ſubiectus fuit.

Errat Arnoldus *in anno* captivitatis: nam cum anno 1626. emiſſus ſit Campanella e carcere, ei autem mancipatus 25. ſi non 28. annos, facile patet, initium captivitatis ponendum ſive in 1601. ſive in 1598. Io. Chriſtoph. *Wolfius* in Carcere eruditor. muſeo, §. 10. (Nova biblioth. T. I. 535.)

Pag. 148. n. 23. Studioſus quidam noribergenſis, Wolfg. Domin. *Beer*, qui ſub nomine *Bekenner Der Wahrheit* A. 1666. edidit Chriſtianas cogitationes

Obiit *anno* 1675.

G. W.

Digitized by Google

in aliquot dicta Scripturæ, pro informatione Chriſtianorum hypocriſi laborantium, obiit Hamburgi *anno* 1670.

Parte IV. pag. 41. num. 1. Fragmentum de Valentinianis græcum, *fideliter a me translatum eſt in vernaculam.*

G. W. E. M. (id eſt, G. *Wachter*, eccleſiaſtes memmingenſis, ſcripſit Demonſtrationem evidentem (Augenſcheinliche Erweiſung) G. *Arnoldum Fragmentum illud Theodoti neque intellexiſſe, neque fideliter transtuliſſe:* & hunc tractatum in lucem produxit D. E. V. id eſt, Doctor Elias *Veiel*, Vlmæ A. 1701. 4. Quem inſecuta eſt A. 1702. Ingenua Oſtenſio (*Aufrichtige Vorſtellung*) multarum falſitatum Arnoldi, auctore eodem. *Serpilius* in Epitaph. theol. ſuevor. 77.

128. Num. XIV. D. Polycarpus *Leyſer* in concione quadam, tempore comitiorum provincialium habita, & A. 1602. edita, *bene multa locutus eſt de nitidis ioachimicis, & paſtorum reditibus.*

Taxat in concione illa faſtum & luxum, eumque adeo enormem, ut pecunia & nummi iuxta leges publicas cuſi per hæc vitia perdantur & abſumantur; de bonis autem & divitiis præclari viri, eiusve diteſcendi aviditate ne iota quidem aut veſtigium reperies. *Lyſer* 154.

461. §. 4. Quod amici Crellii, auctores Apologiæ (des Gegenberichts) de D. Polyc. *Leyſero* ſcripſerunt, *eum quoque promoviſſe illius ſupplicium*, ſine dubio e quibusdam circumſtan-

Conſequentia illa amicorum Crellii non eſt firma. Aliud enim eſt ſtudium & laborem ſuum eo conferre, aliud, *de ſupplicio auctoritate Magiſtratus iam peracto* loqui: habita enim

tiis concluſerunt: nam in Concione coram Statibus provincialibus A. 1601. Torgauiæ habita, & anno ſequente typis exſcripta, contra eum locutus eſt, adeoque ſatis animum & ſenſum ſuum manifeſtavit.

enim fuit illa concio poſt Crellii ſupplicium, in principio regiminis CHRISTIANI II. Electoris, ubi ratio temporis poſtulabat, ut diceretur de pace eccleſiis reddita. *Lyſer* 143.

771. n. 115. Io. Fried. *Wieland*, antehac paſtor euangelicus auguſtanus, tandem vero *remotus ab officio*, retulit mihi, quomodo in ipſo non voluerint tolerare elenchum Spiritus ſancti, ſed faſtidio ſui concepto occaſionem captarint ſe ſe tradendi in manus iudicis.

Non remotus fuit *Wielandus*, ſed ipſe *ultro dimiſſionem petiit*, atque obtinuit, ſicut ex Actis conſtat publicis. E. S. *Cyprianus* 113.

Godofredus *Arnoldus*, natus Annæbergæ, quæ olim Schreckenberga vocabatur, in Montanis Miſniæ, anno 1666. patre cognomini, & ſcholæ oppidanæ collega ſexto, diſcipulus Daſſovii, C. S. Schurzfleiſchii, Quenſtedii, Waltheri & Deutſchmanni, a vitiis eorum, qui ſtudioſi ſive academici vocantur, diligenter ſibi cavens, oblatam anno 1697. a ſereniſſimo Haſſiæ Landgravio profeſſionem Hiſtoriarum in academia gieſſenſi acceptavit quidem, & muneris ſui partes omni fide ac induſtria implere laboravit, ſed putans, deſtitui ſe exoptata conſcientiæ libertate ac lætitia, trahique a Deo ad res meliores magisque neceſſarias, miſſa hac ſparta abiit anno ſequente Quedlinburgum, vitamque ibi egit privatam, nec tamen ſine perſecutione, donec ſeren. Vidua Ducis Iſenaco-Saxonis eum vocaret Altſtettium, ad conciones aulicas habendas, ubi ab anno 1700. per quinquennium manſit; ſed anno 1705. a ſacratiſſimo Pruſſorum Rege collata ei fuit, iuxta cum Hiſtoriographi regii munere ac titulo, inſpectio dioeceſeos werbenſis in Veteri Marchia, & poſt biennium perlebergenſis inſpectio, cui præfuit usque ad annum 1714. quo perpetuis laboribus confectus & debilitatus, in ambone ſtans & ſermonem faciens funebrem, deliquium animi ſenſit, & paucis poſt diebus, in quibus ſubinde

pia & ſalutaria locutus eſt verba, animam Deo ſuo, quem timebat & amabat quam maxime, fidei, caritatis, ac ſpei plenus reddididit, poſtquam in hac miſeriarum valle annos vixerat 48. vir, ut in concione funebri dicitur, illuminati intellectus, miſericordis rigoris, ſummæ vigilantiæ, miræ laborum tolerantiæ, prudentiſſimæque ſimplicitatis. Præter Hiſtoriam eccleſ. & hæret. ſcripſit etiam Delineationem (Abbildung) primorum Chriſtianorum iuxta eorum fidem & caritatem, Confeſſionem cauſſarum, propter quas munus ſuum academicum depoſuit, Supplementa Hiſtoriæ illius prædictæ, in quibus errores a ſe commiſſos & agnitos corrigit, atque in aliis mentem ſuam explicat, Explicationem (Erläuterung) animi & actionum ſuarum, ad Rev. Miniſterium quedlinburgenſe, Theologiam myſticam, Homilias in euangelia & epiſtolas, Vitas fidelium, Divini amoris ſcintillas, Myſterium Sophiæ divinæ, (in quibus duobus poſtremis ſcriptis oſtendit, quam excellens germanico in idiomate ſit poëta) multaſque Præfationes, quæ ſcriptis tam antiquis, quam recentioribus præmiſſa ſunt. Vide pluribus *Duplex eius vita curriculum*, quod prodiit A. 1716. 4. & proſtat Lipſiæ atque Gardelegiæ.

XCV.

Gerardi Ioannis VOSSII Ars hiſtorica: libri IV. de Hiſtoricis græcis, & tres de latinis: Hiſtoriæ univerſalis Epitome: Opuſcula, & Epiſtolæ. Amſtelodami 1699. Atque hæc omnia Operum Voſſii Tomum IV. conſtituunt. Vt vero ſigillatim de iis dicamus, ſciendum, Artem hiſtoricam eſſe commentationem de hiſtoriæ & hiſtorices natura, hiſtoriæque ſcribendæ præceptis. Præfigitur ei epiſtola dedicatoria, qua hiſtoriæ utilitas commendatur, atque oſtenditur, eam, ſi omnis obliteraretur, non magis humana induſtria reparari poſſe, quam vitam hominis ſemel perditam. Libri de Hiſtoricis græcis, quas antecedit epiſtola Iſ. *Voßii* ad sereniſſ. CHRISTINAM, Reginam Sueciæ, laudes eius decantans, atque in cælum uſque extollens, primum editi fuerunt Lugduni Batavorum A. 1624. ſed melior editio ſecuta eſt A. 1651. deque iis legendi ſunt ipſe auctor in Epp. p. 44. *Whear* Relect. hiſt. 279. *Mallincrot* & *Colomeſius* apud Eccardum in Excerptis menſtr. A. 1702. m. Iun. pag. 70. *Meibomius* Additam. ad Vogleri Introduct. 194. *Mor-*

Morhof Polyh. l. 1. c. 18. n. 59. *Struvius* Introd. in notit. rei liter. 372. & Io. *Moller* in ep. (apud auctorem des Berichts von neuen buchern T. I. 705.) qui eum accuſat, quod loca quædam Wowerio ſurripuerit. Libri de Hiſtoricis latinis hic aliquanto auctiores comparent, quam in prioribus editionibus, leydenſi videlicet anni 1627. & 51. ac francofurtenſi A. 77. Quæ vero de iis eruditi iudicia forment, cum alibi reperies, tum apud *Buchellium* in Voſſii Epp. p. 64. *Colomeſium* 457. *Morhofium* Polyh. lib. I. 227. *Sluterum* Propyl. hiſtor. 114. & doctiſſimum auctorem del *Giornale* de' Letterati d' Italia T. IX. 133. Equidem non poteſt negari, præſtantiſſimum virum in hiſce duobus operibus multos commiſiſſe errores, bonamque eorum partem detectam & indicatam eſſe a *Sandio* & *Hallervordio*, Mart. *Hanckio* de Scriptoribus rerum romanarum, Paulo *Colomeſio* in Obſervat. ad Gyraldi Dialogos de poëtis, Io. *Mollero* in libro de Homonymis, & prædicto auctore del *Giornale* a Tomo IX. uſque ad XXIIX. interim illæſa manet ac manebit nominis ac meritorum eius fama, nemoque ſanus negabit, opera illa omni laude eſſe digniſſima, nilque facilius eſſe, quam in talibus labi, aut ſcriptores quosdam omittere, ita ut alii corrigendi, ſupplendique materiam adipiſcantur. Sicut autem Voſſius hiſtoriam de Hiſtoricis græcis pertexuit uſque ad Conſtantinopolim a Muhammede captam, ita alteram de latinis (in cuius epiſtola dedicatoria defenditur Fran. *Iunius* contra Thuanum & Ioſ. Iuſt. Scaligerum) perduxit uſque ad tempora CAROLI V. Epitome hiſtoriæ univerſalis non ita fuit elaborata ab auctore, ut apta eſſet ad edendum: ac præſtaret, eam in tenebris manſiſſe. *Eccard.* Extract. menſtr. A. 1702. m. Iun. p. 73. Opuſcula (in quorum fronte poſita eſt dedicatio de ordine pietatis, prudentiæ atque eruditionis, deque præſtantium vitiis virorum, nihil videlicet in doctrinarum orbe iis eſſe commendabilius) varii ſunt argumenti, & quidem 1) Vita Fabiani a Dhona, Comitis, quæ prodiit A. 1628. 2) Præfatio & Cenſura Conſilii GREGORIO XV. Pont. max. exhibiti per Mich. *Lonigum*. 3) Præfatio & Cenſura Aphoriſmorum de ſtatu eccleſiæ reſtaurando, per eundem *Lonigum*. 4) Commentarius in Epiſtolam Plinii de Chriſtianis, & Edicta Cæſarum romanorum adverſus Chriſtianos. Antea Amſtelodami 1654. 12. 5) De cognitione ſui. Amſtelodami 1644. 1654. 6) De ſtu-

ſtudiorum ratione Diſſertatio gemina. Traiecti ad Rhenum 1658. 7) Oratio in obitum Thomæ *Erpenii.* A. 1625. 8) Oratio de hiſtoriæ utilitate A. 1632. 9) Caſtigationes & Notæ in fragmenta L. Livii *Andronici*, Q. *Ennii*, C. *Nævii*, M. *Pacuvii*, & L. *Attii*. Denique non omnes hic dantur Epiſtolæ a Voſſio & ad Voſſium ſcriptæ, ſed tantum ſelectiores; abeſt quoque Diſſertatio epiſtolica ad Hug. Grotium de iure Magiſtratus in rebus eccleſiaſticis, quia inter tractatus theologicos locum meretur. Cave autem tibi ab editione auguſtana de anno 1691. cum dodecade epiſtolarum G. H. Velſchii: eſt enim mendoſiſſima. Ceterum ad præſtantiam harum Epiſtolarum facit, quod inclyti *Actorum eruditorum collectores* ad A. 1690. p. 576. ſummis laudibus proſequendum iudicant Pauli *Colomeſii* ſtudium, qui ſparſas hinc inde, & in variis eruditorum bibliothecis deliteſcentes Voſſii epiſtolas uno volumine evulgavit; ſiquidem vaſtam incomparabilis viri eruditionem, & in omni genere litteraturæ adhibitam induſtriam, toto orbe decantatam, præclara omnia & utilia ab iis promittere. Nobis iam placet, quædam obſervanda communicare, deinde autem bonum errorum numerum, quos viri litterati notarunt. De Hiſtor. græcis, pag. 13. qui dicitur Hermias Sozomenus, *Salaminius*, vocatur etiam *Salamanes* Hermias Sozomenus, vel, Hermias *Sozomeni*, ſcilicet filius, notante Io. Alb. *Fabricio* Biblioth. gr. vol. VI. 121. De Hiſtoricis latinis, in Præf. A 3 *amicus Thuani* eſt Ioſ. Iuſtus Scaliger. Pag. 118. de Marbodo recte dicitur, eum rexiſſe eccleſiam *Redonenſem*; cum in prima editione extaret, Rhemenſem. Pag. 131. Magnam hiſtorici ſui ſpeculi partem ex Guilielmo Malmesburienſi *exſcripſit Vincentius Bellovacenſis*. Sed & eum, teſte G. Calixto, exſcripſit Matthæus Weſtmonaſterienſis. P. 171. Andr. Bilius, vero nomine *Biglia*, Hiſtoriam Mediolanenſium ſcripſit *ab anno* 1402. *uſque ad* 1431. obiitque circiter *anno* 1435. P. 177. Coriolani *Cepionis*, qui & *Cippicus* dicebatur, Hiſtoria primum edita eſt Venetiis A. 1478. 4. ipſeque obiit A. 1493. æt. 68. P. 179. Carolus Aretinus, cognomine *de Marſuppinis*, non inter Oratores modo, & hiſtoricos, ſed *etiam inter Poëtas* reponendus eſt. P. 180. *Ferdinandus* ille, Aragonum Rex, de cuius rebus geſtis Laur. Valla III. libros compoſuit, eſt pater Alphonſi, celeberrimi poſtea Regis. Benedictus *Morandus* erat Nobilis bononienſis. P. 208. Raphäel Vo-

Later-

laterranus erat *e gente Maffeorum.* P. 252. meminit *Polyphili, auctoris libri, quem Hypnerotomachiam inſcripſit.* Is eſt Fran. Columna, teſte *Buchellio* in Voſſii Epp. p. 64. P. 253. ſermo eſt de *Cyriaco Anconitano.* Sed hic non optima fide dedit inſcriptiones, teſte iterum *Buchellio* p. 65.

De Hiſtor. græcis lib. II. cap. IX. p. 118. Puto, *iſtos Abdiæ libros ſignari a B. Auguſtino contra Adimantium.*	Ego in hoc CL. *Voſſio aſſentiri non poſſum. Cave* Hiſt. lit. P. I. p. 12.
Cap. XIIX. p. 134. *Quodſi* Iulianus *ὁ παραβατης hiſtoriam* condidit.	Id *non eſt dubium*, quia eius Cæſares hiſtoriam ſapiunt, etiamſi non abſque aculeo ſcripti ſint: & in Epiſtolis eius hiſtorica plurima referuntur. Arn. *Buchellius* in Epp. Voſſii p. 44.
Cap. XX. p. 137. Apud Gennadium legimus, *continuaſſe* (Theodoretum) hiſtoriam ſuam uſque ad Leonem Imp. atque in *aliis V. libris adiectis.* Sed *iſti perierunt.*	Cum *nemo ex veteribus plures, quam V. Theodoriti libros Hiſt. eccl.* unquam agnoverit, Gennadium hallucinatum eſſe potius crediderim. H. *Valeſius* præfat. in Theodoriti Hiſtor. eccl. B 4.
Ibid. Zoſimus *vixit tempore Theodoſii iunioris.*	*Immo & Valentini III.* *Schurzfleiſch* Epp. ſelect. 591.
Pag. 138. Philoſtorgius, Carterio & *Eulampia* parentibus natus.	*Eulampii* nomen erat matri eius. I. A. *Fabricius* Biblioth. gr. vol. VI. 114.
Cap. XXXVI. p. 150. Aequalis Cedreni & Mich. Pſelli *Ioannes* Curopalates fuit.	*Georgius* Curapolates. *Buchellius* in Voſſiii Epp. p. 44.
Pagin. 152. Ioannes Xiphilinus, patriarcha CPtanus, *Dionis hiſtoriam in compendium redegit.*	Epitomator ille *eſt alius*, quamvis cognominis, & quidem *eius nepos. Cave* P. I. 430.
Lib. IV. P. III. p. 220. Cleoxenus & Demeoclitus egere *de Perſis.*	In græco emendato exſtat, *περὶ πυρσων, de facibus*, quibus in bello ex compoſito ſignum datur. *Kuſterus* in Annot. ad

Suidam v. κλεοξενος p. 324. & *Colomeſius* Obſervat. in Gyraldi Dialog. de poëtis p. 403. (*Act. erud.* A. 1696. 232.)

De Hiſtor. latinis lib. I. cap. XIX p. 30. Qui nuper tanquam Livii genuinam, *libri XLIII.* partem maiorem e veteri, ut ait, bibliotheca primus iuris publici fecit.

Libri XXXIII. Placcius de anon. 292.

Lib. II. cap. XVII. p. 73. Proſper Aquitanus, Leonis Papæ primum notarius, poſt *epiſcopus Rhegienſis* fuit.

Neque Regienſis in Langobardia, neque Reienſis in Provincia epiſcopus fuit: certe *neutrum ſolido argumento confirmari poteſt. Acta erud.* A. 1713. 245. *Cave* 247. *Du Pin* T. IV. 181.

Cap. XXIII. pag. 83. Ioannem Abbatem primus *in antiquis ſuis lectionibus* divulgavit Henricus *Caniſius.*

Divulgavit cum *Victore Tunenſi. Labbe* T. I. 517.

Cap. XXXI. p. 94. Adverſus Ioannem *Erigenam, Scotum.*

Erigena idem ſignificat, quod Scotus. Dicendum igitur: Erigenam *ſive* Scotum. *Leibnitius* præfat. in Tomum I. ſcriptor. rer. brunsv. 12.

Cap. XXXIV. p. 98. Aimonius monachus, qui vixit ſæculo XIV. *ſcripſit de geſtis* Francorum.

Immo alter Aimonius, *Floriacenſis*, qui vixit ſæculo XI. *Anonymus* (in der Neuen bibliothec T. I. 784.)

Cap. XXXV. p. 101. *Iisdem aqualis* fuit Anaſtaſius, abbas Romanus ordinis S. Benedicti, *presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli*, & bibliothecarius *Gregorii IV.*

Anaſtaſius Romanus Abbas & *S. R. E. Bibliothecarius ſub ſummis Pontificibus Nicolao I. Hadriano II. & Ioanne IIX* floruit; Anaſtaſius autem presbyter Cardinalis S. Marcelli, & Gregorii IV. Bibliothecarius, a

Leo

Leone IV. in Synodo rom. A. 850. exauctoratus fuit eo, quod contra Canones eccleſiam ſuam quinquennio deſeruiſſet. *Labbe* T. I. 63. *Cave* P. I. 352. & P. II. 164. *Lexic. univ hiſtor.* T. I. 132.

Cap. XXXVII. p. 104. Rembertus ſeu Rimbertus Flander, *vel potius Friſius.*

Malo accedere Io. *Molano*, & Val. Andr. *Deſſelio*, qui eum *Flandrum* fuiſſe ſcribunt. Io. *Moller* Iſag. ad Hiſt. cimbr. P. II. 62.

Cap. XLI. p. 113. Vffingus a Suffrido Petri claruiſſe dicitur *circa annum milleſimum.*

Claruit iam *ſub Ottone II.* G. G. *Leibnitius* præfat. in Tomum III. 20.

Cap. XLIV. p. 116. *Henrici II. Conradi II. & Henrici III.* Impp. ætate fuit Rogerus, *abbas cœnobii de cruce S. Laufredi in Britannia.*

Non illorum, ſed *Ottonis M. ætate*; neque in Britannia, ſed *in diœceſi colonienſi* ingenii ſui talentum exercuit. *Leibnitius* præf. in Tomum I. 12.

Cap. LVI. p. 142. Gervaſius Tilberienſis, *Henrici II. Angliæ Regis nepos*, ſcripſit *Mirabilia orbis*, & Chronicon, cui titulus: de Otiis imperialibus.

Tanta nobilitatis nulla indicia apparent in Otiis imperialibus, aut veteribus monumentis; nobilem autem fuiſſe, ex Mareſchalli dignitate, quæ ei collata fuit, colligi poteſt. *Neque Mirabilia orbis diverſum a Chronico librum efficiunt. Leibnitius* p. 34. 35.

Cap. LVII. p. 144. Conradus a Lichtenau, IX. *Abbas* Vrſpergenſis.

Præpoſitus urſpergenſis. *Sandius* in Not. ad Voſſium de Hiſtor. lat. p. 368.

P. 145. Ioannes Gallus, monachus & *abbas Fontanellæ* erat.

Videtur confundi cum Iona. Idem ibid.

Cap. LIX. p. 149. Vincentius Gallus, natione Burgundus, monachus ordinis Prædicatorum, & poſtea Bellovacenſis ſeu Belluacenſis *epiſcopus.*

Fuit *monachus* bellovacenſis. *Schubart* Notit. ſcript. hiſt. univ. 192. & *Lex. univ. hiſt.* T. IV. 629.

Tra-

P. 150. *Quinquennio poſt* (annum 1244.) Vincentium Bellovacenſem obiiſſe, tradit *Vaſaus.*

Tradit Chriſtianus *Maſſaus.* Vincentius autem obiit *anno Domini* 1256. Iac. *Thomaſius* de plag. liter. §. 579.

Cap. LX. p. 153. *Appendicem* operi Henrici Bonicolli de viris illuſtribus *attexuit Sillebertus*, cognomento Vniverſalis.

Hic *error natus ex Poſſevino*, non recte intellecto. *Thomaſius* ibid.

P. 154. Brocardus *Argentoratenſis*, Ord. Prædicat.

Saxo-vveſtphalus. Olearius T. I. 140.

Lib. III. cap. I. 163. Leonardus *Aretinus dictitabat*, *Ioannem Grammaticum primum* in Italia ſtudium eloquentiæ reparaſſe.

In *ſcriptis ſuis Aretinus hunc honorem tribuit Petrarcha. Giornale de' Letterati d' Italia* T. IX. 138.

Petrarcha *circa Anciſam* ſeu Inciſam patre Florentino *exul denatus* fuit *anno* 1304. — Oxonii in Collegio S. Magdalenæ eſt Petrarchæ tractatus MS; *de Florentia.* — Fuſe *eius Vitam deſcripſit* Xicco Polentinus.

Legendum: Patre Florentino exule *natus fuit.* Natus autem eſt *Aretii.* — Tractatus de Florentia *ignotus eſt.* Fortaſſis error ex eo natus, quod nomini Petrarchæ adſcriptum, de Florentia. — Vitam eius deſcripſere XXV. *& plures auctores. Id.* 140. 141.

Ioannes *Boccatius*, *Certaldenſis.*

Ioannes *Boccacci*, e familia *Ghellinorum*, (de' Ghellini) origine quidem certaldenſis fuit, at *florentinus* patria. *Id* 145.

P. 164. Gloriam quoque meruit Boccacius *Compendio hiſtoria Romana*, item libris *de Florentinorum bellis*, de *capta Conſtantinopoli.* — Obiit *anno ætatis* LXII. *Chriſti* 1376. — Sepulcrum eius *in templo maximo* cernere eſt.

Valde dubium, Compendium illud eſſe Boccacii. Quomodo autem, quod ad ceteros libros attinet, potuit ſcribere *de rebus, quæ ſua ætate nondum contigerant?* — Obiit *anno ætatis* 72. Chriſti 1375. Sepulcrum eius ſpectatur in templo *SS. Philippi & Iacobi*, urbis Certaldenſis. *Id.* 145. 146.

Corſi-

Petrus *Coriſinus* inclaruit vitis aliquot *Pontificum* a ſe editis.

Corſinus ſcripſit etiam vitas aliquot *Cardinalium*, & *obiit* A. 1406. excommunicatus, & eccleſia privatus ſua. *Giorn.* T.IX. 147.

Item *tum* (ætate Petrarchæ & Boccacii) vitam egit Porcellius poëta. — In Epiſtolis *Philippi* una extat ad Porcellium: ſed *alium ut putem*, temporum ratio facit. — Porcellii, item Baſini & *Thebani* verſus excuſi ſunt Pariſiis a Colinæo.

Vnus tantum fuit Porcellius poëta, isque poſt Petrarcham & Boccacium floruit anno 1450. Pro Philippi autem lege *Philelphi*, & pro Thebani *Trebanii*, *Id.* 149.

Phil. *Macerius*, *Siculus*, *duobus libris* comprehendit vitam Petri Thomæ Carmelitæ, patriarchæ CPtani.

Macerium, ſive *Mazerium*, *Mazzerium*, *Maſſerium*, aut *de Mezieres*, tot enim modis nomen eius effertur, ſiculum fuiſſe, *non liquet*: an venetus, cum familia Maſſeriorum in regia illa floruerit? Vita patriarchæ autem *unico libro* comprehenſa eſt, in XXII. capita diviſa. *Id.* 154.

Facium de Vbertis ſuſpicor *vixiſſe temporibus Pii II.* aut paullo poſt.

Hæc ſuſpicio caret fundamento: vixit autem, cum Dictamundum componeret, *ſub Carolo IV.* Imp. Et illum quidem librum *italice* ſcripſit, adeoque Hiſtoricis latinis annumerari nequit. *Id.* 155.

P. 165. Ioannes de Beka pertexit Chronicon ſuum, *quod in lucem primus protraxit* Bernardus Furmerius, *uſque ad annum* 1246.

Vſque ad annum 1346. Et Furmerii editio *erroribus plena* eſt. *Bachellius* in Voſſii Epp. p. 64.

Circa annum Chriſti 1355. Henricus de *Erfordia* monachus Saxo, mindenſis, ord. Prædic.

Henricus de *Herfordia* fuit monachus mindenſis, eiusque eſt opus de factis illuſtribus. Sed

nomen ſibi peperit *opere de factis illuſtribus* ab O. C. uſque ad annum 1355. Alia quoque *eiusdem*, ſed alterius generis, recenſent Leander Albertus & Poſſevinus.

Petrus *Paſſerinus* Vtinenſis *Diarium ſcripſit rerum Foro Iulienſium*. Orditur *ab anno* 1258. & pertingit *uſque ad annum* 1356.

Cap. III. p. 167. Aequalis Alberto Argentinenſi fuit *Lobardus Sirichius* Patavienſis.

P. 168. *Marius* Georgius, Venetus, carmine hexametro vitam pinxit Philippi *Beneii* Florentini.

Raimundus Capuanus, S. Theol. Doctor.

Ioannes Aylinus *Maniacus* hiſtoriam brevem condidit de bello Foro-Iulienſi *ſui temporis*, *uſque ad annum* 1087.

Cap. IV. p. 169. Nicolaus Nicoſius, patricius ac *medicus* Florentinus, *opuſcula* quædam *reliquit* ad coſmographiam, philoſophiam & antiquitatem pertinentia. Extant ad eum epiſtolæ Philelphi, una anni 1428. *altera anni* 1438. Ea exprobrat ei, quod gloriæ ſibi duceret, *quod expulſiſſet Florentia* viros aliquot doctos, uti Chryſoloram, *Guarinum* Veronenſem, & Ioannem *Veronenſem*. Obiit *anno Chriſti* 1430.

quæ recenſent Albertus & Poſſevinus, *Henrici ſunt de Erfordia*. Io. *Moller* de homon. 576. *Conringiana epiſt.* 147. *Nova* Acceſſion. ad Wheari Relect. 221.

Auctor illius Diarii eſt *Iulianus*, canonicus civitatenſis, qui orditur *ab anno* 1252. & progreditur *uſque ad annum* 1348. *Giorn.* T. IX. 156.

Verum eius nomen fuit *Lombardus a Serigo*. Obiit *anno* 1390. *Id.* 158.

Georgius prænomen tulit *Marci*; alter autem vocatur *Benizzius*, *Id.* 160.

Cognomen eius erat *a Vineis*, italice *dalle Vigne*.

Aylini, qui fuit *Maniacenſis*, Hiſtoria *nondum edita* incipit *ab A. C.* 1381. & producitur *uſque ad annum* 1387. *Id.* 161.

Nicolius *non fuit medicus*, nec reliquit opuſcula, *ſcientiarum autem illarum fuit amans*, immo amantiſſimus. Tantumque abeſt, ut expulerit viros illos, inter quos erant *Guarinus* veronenſis, & Ioannes *Auriſpa*, *Siculus*, ut potius eius opera honorifice fuerint conducti. Obiit *anno* 1436. Qui ergo ſcripta ſit altera Philelphi epiſtola *biennio poſt*? *Id.* 161.

In-

Herm. de Lerbeke incipit Chronicon ſuum *ab anno* 1006. ac *definit in anno* 1414.

Incipit *ab anno* 1030. ac *definit in anno* 1404. H. *Meibom* iunior præfat. in illud Chronicon, T. I. Rer. germ. p. 491.

Cap. V. p. 170. Theodoricus *Vric.* Sic etiam extat in Indice.

Vric. Herm. *Von der Hardt* Prolegom. in Concil. conſtant. p. 23. item T. I. P. I. 222. & P. IV. 486.

Petrus ab Alliaco deceſſit *Avenione*.

Quidſi *Avenna*, parva urbe in Hannonia? Quo fortaſſis æger ex Germania ulteriori delatus expiraverit ante, quam Cameracum attingeret. *Idem* T. I. 480.

P. 170. & 171. Poggius *Brandolinus*, vel Bracciolinus, cum pene *omnem ætatem* in Romana curia conſumſiſſet, anno ætatis LXXI. Florentiam accitus eſt, ut Reip. patriæ a ſecretis foret. Tranſtulit Xenophontis Cyropædiam & V. libros Diodori Siculi. Sed *fortaſſe eorum interpres eſt Io. Phreas*, Britannus. Poggii huius laus eſt, quod Quinctilianum & Aſconium invenerit *in Concilio conſtantienſi*, & illum quidem *in ſalſamentarii taberna*.

Poggius (quod nomen nactus eſt ab avo) *de Bracciolinis* (de' Bracciolini) *circiter L. annos* Romæ hæſit, & *verus eſt interpres* librorum Xenophontis & Diodori Siculi, ac *tempore Concilii conſtantienſis*, cum varias vicinorum locorum bibliothecas perveſtigaret, *in monaſterio S. Galli* Quinctilianum reperit & alios auctores, defunctus tandem Florentiæ A. 1459. æt. 78. *Giorn.* T. IX. 166. & X. 416. 419. I. Alb. *Fabricius* Biblioth. lat. 423. Io. Bapt. *Recanatus* in Vita Poggii, Hiſtoriæ eius Florentinæ, Venetiis A. 1715. editæ, præfixa.

P. 172. Leon. Iuſtin. *patricius venetus* & eques auratus, Bernardi Iuſtiniani *ex Quirina* filius. Ex Laur. Pignorio intelligo, *prætorem fuiſſe Patavinum anno* 1413.

Fuit etiam *Procurator D. Marci*, Bernardi ex *Maria* Quirina filius, & *obiit anno* 1446. Anno autem 1413. prætor patavinus erat *Leon. Mocenicus*, *Giorn*, 186.

Mich. Rubertus floruit anno 1430. *alumnus fuit Mariæ Salviatæ*, matris Magni Ducis Coſmi Medicis.

Si fuit alumnus Mariæ Salviatæ, *non potuit florere anno* 1430. ſed potius *in ſæculo XVI.* Maria enim illa non fuit deſponſata Ioanni de Medicis, niſi ſub pontificatu *Alexandri VI.* qui initium habuit A. 1492. & finivit in 1503. *Giorn.* T.IX. 188.

P. 173. Barthol. Facius, *Genuenſis*, contexuit *commentarios de Genuenſium* rebus adverſus Venetos geſtis. *Mortem eius ægerrime tulit* ALPHONSVS *Aragonius*, Neapolitanus Rex.

Facius, *in caſtello della Specie*, territorii Genuenſis, natus, ſcripſit *brevem hiſtoriam de bello Veneto Clodiano*: (della guerra di Chioggia) obiit autem, ſi coniecturæ dandus eſt locus, *anno* 1467. cum Rex ALPHONSVS *novennio prius* deceſſiſſet. *Idem* 189.

Ambroſius *Camaldulenſis*, cui patria Porticus, *oppidum* Flaminiæ non procul Florentia, unde & *Florentinus vocatur*, *anno claruit* 1450. Coſmo Medici *opera ſua* dicavit. *Compoſuit* Chronicon montis Caſſini. Idem e græco vertit vitam *Palladii a Chryſoſtomo* ſcriptam, & obiit *Conſtantiæ*.

Ambroſius *de Traverſariis* (de' Traverſari) natus *in caſtello*, cui Porticus nomen, ſito ſupra Forum Livii ſub monte Apennino, adeoque nullo modo nominandus Florentinus, obiit *Florentiæ* A. 1439. æt. 53. & Coſmo Medici *verſionem* duntaxat *Laërtii* dicavit: nec compoſuit, ſed *reformavit* Chronicon montis Caſſini, vertitque vitam *Chryſoſtomi a Palladio* ſcriptam. *Idem* 197.

Leon. *Aretinus*, *Anno* 1440. deceſſit *annus ſine liberis*, nec uxorem unquam ducere voluit. Ei non ſucceſſit Poggius, ſed *Carolus Aretinus*.

Leonhardus *Brunus*, Franciſci filius, Aretii natus *anno* 1370. *deceſſit anno* 1444. relicto *filio*, quem *uxor* ei tulit *florentina*: *ſucceſſit* ei Poggius, ſed immediate Carolus *Marſuppinius*, aretinus. *Idem* 201.

Ce-

P. 177. Coriolanus *Cepio*, *Dalmata*, Scodræ degebat *anno* 1478. cum illam, ſed irrito conatu, Muhammedes obſideret.

Cepio, alias *Cippicus*, natus eſt *Traguriì* in Dalmatia. Obſidio autem urbis Scodræ facta *anno* 1473. *Giorn.* T. XVII. 283.

Wernerus Rolevinc inter alia reliquit librum *de origine Friſonum.*

De moribus & ſitu antiquorum Saxonum. G. G. *Leibnitius* præf. in T. III. Script. rer. brunſv. 20.

Cap. VII. p. 179. *Primis* Friderici III. temporibus claruit Matth. Palmerius. Præter libros IV. *de vita civili*, compoſuit librum *de bello Piſano*, & Chronicon Proſperi mille annis additis *continuavit*. Cum revocare ea nollet, quæ libro *de Angelis* ſcripſiſſet, flammis exuſtus eſt.

Claruit *ultra dimidiam imperii Friderici III. partem*, libros de vita civili *italice* ſcripſit, compoſuit etiam librum *de captivitate Piſarum*, & alium *de Temporibus* inde a creatione mundi, ac *poëma theologicum* de *civitate vitæ*, (Cicta di vita) quo animam terreni corporis mole liberatam, variaque & multiplicia loca peragrantem, ad ſupernam tandem patriam civitatemque cæleſtem perducit, ubi beata fruatur ævo ſempiterno. Hic liber pectori eius impoſitus eſt *in funere*, quod ei ſplendidum fiebat Florentiæ, parentante nobiliſſimo facundiſſimoque *Rinuccino*. *Idem* T. X. 424.

Io. Bapt. *Paiarinus* quamvis hiſtoriam ſuam non perduxerit ultra annum 1435. tamen certum eſt, *minimum* 23. *annis* poſt ſuperfuiſſe.

Paiarinus (*Pagliari*) *longe amplius* ſuperfuit. *Idem* 471.

Eodem (Friderico III.) imperante, nempe *circa annum* 1430, vivebat Lud. *Marchentus.*

Lud. *Merchenti* pertinet *ad ſæc. XIV. Idem* 473.

Digitized by Google

P. 180. Hier. *Vallis*, orator ac poëta.	Sed *non hiſtoricus. Giorn.* T. X. 487.
Ioannes *Marchanova, Patavinus.*	*Marcanova* erat *venetus*; obiit autem Patavii A. 1467. *Idem* T. XI. 299.
Ioannes Aretinus, Caroli Aretini *frater.*	Caroli fuit *conterraneus*, & *obiit* A. 1466. *Idem* 305.
Laurentius *Vallenſis* ab Rege Aragonum Ferdinando *eiectus*, pervenit Romam, & opera doctiſſimi viri, *Vernandi*, Neapoli ab igne eſt liberatus. Obiit *anno* 1465.	Laurentius *Valla* ſemper floruit gratia Ferdinandi, & obiit *anno* 1457. Doctiſſimus autem ille vir habebat nomen *Ferdinandi. Idem* 314.
Ad hæc etiam tempora (Laurentii Vallæ) pertinet auctor incertus *Chronici patriarchalis.*	Adde, *aquileienſis. Idem* 324.
Benedictus *de Accoltis*, cuius libri de bello a chriſtianis contra barbaros geſto, editi ſunt Florentiæ *anno* 1123. diverſus eſt ab altero cognomini, archiepiſcopo Ravennate, & Cardinale, qui, Leandri Alberti teſtimonio, ſuperfuit *anno* 1550. & *avum* habuit Petrum de Accoltis, epiſcopum anconitanum & Cardinalem.	Libri de bello editi ſunt Florentiæ *anno* 1623. Ipſe autem obiit *anno* 1549. *patruum* habens Petrum de Accoltis. *Idem* 329.
Andr. Dominicus *Floccus* ſcripſit ad *Brandem, Cardinalem Placentinum*, libros II. de poteſtatibus Romanorum.	Floccus (*Fiocchi*) ſcripſit ad *Brandam Caſtilionem, epiſcopum* placentinum, ac poſtea Cardinalem *portuenſem tit. S. Rufinæ.* Floccus obiit *anno* 1452. Cardinalis autem 1443.
P. 181. *Iannutius* Manettus, diſcipulus *Emanuelis Chryſoloræ*, vir trium linguarum, legationes *varias* obiit, & ſcripſit libros	*Iannoctius* ſive Iannotius Manettus *Ambroſii camaldulenſis* diſcipulus, *ebrææ, græcæ & latinæ linguæ* peritus, circiter XX. *lega-*

quatuor de vita Nicolai V. Pont. max. item vitam *Plutarchi.*	*legationes* obiit, & ſcripſit libros *tres* de vita Nicolai V. item vitam *Petrarchæ. Giorn.* T. XI. 340.
Fran. *Contarenus*, *philoſophiam* in inclyta Patavinorum Academia *profeſſus eſt.*	Fran. Contarenus, Nicolai celebris ICti filius, *Doctor* quidem *iuris* creatus eſt Patavii, ſed non ibi fuit profeſſor philoſ. *Id.* T. XII. 332.
Ioannes Antonius *Campanus*, epiſcopus *Aretinus*, ſedem ſuam habuit *Interamnii* Prætutianorum oppidi, quod vulgo a circumfluo Nare fluvio *Terami*, vel Terani vocatur.	Io. *Antonius*, natus *Cavellis* in Campania, epiſcopus *crotonenſis*, ac poſtea *teramenſis*, ſedem ſuam habuit *Terami*, oppido *Aprutii*, quod cingitur a Nare *fluvio Vmbriæ. Id.* 181.
Petro Candido *Decembri parum feliciter* negotium latine vertendi Appianum ſucceſſit, ut omnino iure Sigiſm. Gelenius novam interpretationem fuerit aggreſſus. Felicius *vitam deſcripſit* Philippi, Vicecomitis Mediolanenſis. Obiit *octogenarius.*	P. Cand. *Decembrio tam feliciter* ſucceſſit negotium vertendi Appianum, ut Henr. Stephanus iudicet, tantum debere Gelenium cedere Decembrio, pampineis quantum cedit labruſca racemis. Nec vitam tantum Philippi ſcripſit, ſed *multa etiam alia*, obiitque *anno* Chriſti 1477. *annorum* 78. *Id.* 344.
Horatius Romanus *primus* Iliada Homeri tranſtulit latine, ad preces Nicolai V. Pont.	Fran. *Petrarcha*, illo prior, Homerum ex Græcia impetratum, *a Nicol. Siozero* Imperatoris interprete, ſuis ſumtibus in latinum converti curavit, teſte *Tommaſinio* in Vita Petrarchæ. *Id.* 348.
Pag. 182. *Guarinus* Veronenſis *Venetiis & Ferrariæ* litteras docuit, Strabonis Europæa tranſtulit *æmulatione æqualis ſui Gregorii Tiphernatis*, & *filium*	*Guarinus Guarini* docuit *etiam Veronæ*: tranſtulit quædam Strabonis ad inſtantiam Nicolai V. Pont. atque *aliquot* reliquit *filios* virtutis paternæ æmu-

virtutis paternæ æmulum reliquit.

Blondus Flavius, *Forolulienſis*, ſcripſit Italiæ illuſtratæ *libros* IIX. tum autem Hiſtoriarum decades tres ab inclinato Romanorum imperio, h. e. *anno* 400. Obiit, *ſecundum Io. Gobellinum anno* 1458.

P. 183. Ambroſ. Contarenus *ſcripſit Itinerarium* in Perſiam.

B. (*utrum Baptiſta*, an Bartholomæi hoc prænomen ſit, non ſatis convenit) Platina poſteris tradidit libros *tres* de rebus Mantuæ: a Paullo II. fuit in carcerem coniectus, *cum Pomponii Læti aliorumque* eruditorum, qui coniuraſſe dicebantur, cauſſam defendendam ſuſcepiſſet.

Fran. Philelphus, *Anconitanus*, *Emanuelis Chryſolora* gener, Palæologi Imperatoris ad Pontificem & Italos Principes *legatus*, coniugem habuit Theodoram *Chryſolorinam*, & filium *Ioannem Marium*. Latinas græcasque litteras docuit Banoniæ, Romæ — *Mantuæ*: Bononiæ aliquid ſalarii accepit ab Ludov. *Alamando*, Cardinale *Alatenſi*. Florentiæ ſtipendium ei erat aureorum quingentorum. Mediolanum profectus eſt *anno* 1440. In ſcribendis Sfor-

æmulos. *Giorn.* T. XII. 352.

Blondus Flavius, *Forolivienſis*, (an *Flavius Blondi Ravaldinus?*) ſcripſit Italiæ illuſtratæ *Regiones* XIV. *principales*, Hiſtoriarum decades *ab anno* 412. & obiit, ſecundum Io. Gobellinum, *anno* 1463. æt. 75. *Id.* 370.

Sed *italice*; adeoque non referendus eſt inter Hiſtoricos latinos. *Id.* T. XIII. 412.

Bartholomæus Platina *ſeptem* tradidit libros de rebus Mantuæ, atque in carcerem fuit coniectus *propter epiſtolam nimis pungentem & audacem.* *Id.* 415.

Fran. Philelphus *ex oppido Tollentino*, *Ioannis* Chryſoloræ gener, *nunquam* ab Imp. Palæologo *legatus*, coniugem habuit Theodoram *Chryſoloram*, & filium Ioannem Marium *Iacobum*: docuit præter dicta loca, *Venetiis*, *Senis*, *Ticini*, ſed *dubium*, *an etiam Mantuæ*: Bononiæ partem ſalarii accepit a Lud. *Alamanno*, Card. *Arelatenſi*. *Stipendium florentinum* erat 350, deinde 450. aureorum. Mediolanum profectus eſt *anno* 1439. Literas ſcripſit ad Xenophon-

ciados libris verſabatur iam *anno* 1452. ut cognoſcimus ex litteris ad Xenophontem *Tolium.* Hiſce *nonum* adiecit poſtea. Apud *Geſnerum* legas, eum *S. Nicolai* Pontificis vitam in literas retuliſſe. *Tranſtuliſſe videtur* Philonem de vita Moſis. Deceſſit Florentiæ, *vel Bononia.*

phontem *filium.* Poëma de rebus italicis, ſive Sfortias, *in libros* XXIV. diſtributum eſt. Scripſit Vitam *Nicolai V. pontif.* pro quo *Geſneri Epitomatores* poſuere S. Nicolaum. Philonem de vita Moſis non tranſtulit, ſed *transferre conſtituit*: tandemque *deceſſit Florentiæ. Giorn.* T. XIV. 317. & T. XVII. 332.

P. 184. Antonius *Panormita* publice *docuit* ſtudia literarum, deinde Alphonſo Regi *magiſter epiſtolarum fuit*, libri eius de dictis & factis Alphonſi, cum Commentariis Æneæ Sylvii, *ſeorſim antea excuſi*, ipſeque a Sigismundo Imp. laurea donatus fuit: *qua res usque ad id tempus contigit nemini.*

Ant. *Beccadellius*, origine bononienſis, nativitate panormita, *Ticini* publice docuit, Alphonſo etiam *ſocius ſtudiorum & militia* adſtitit. Libri eius *Witteberga* A. 1585. & *Roſtochii* 1590. excuſi, ipſeque laurea donatus ab Imperatore *anno* 1433. qui honor *ante eum Petrarcha* contigit, *Flacio de Vbertis*, *Zanobio Stratenſi*, aliisque. *Obiit* Neapoli A. 1471. æt. 78. *Giorn.* T. XIV. 348.

Æneas Sylvius Piccolominæus, patria *Senenſis*, ſcripſit *librum* de rebus a ſe geſtis, *hiſtoriolam* de amoribus duorum. *Europam* luculento depingit commentario, nec non *Aſiam.* Deſcripſit quoque *urbem Viennenſem.* Conſignavit & *Acta Concilii Baſileenſis.* Fecit etiam, ut *Platina* ait, rerum ſui temporis in Italia geſtarum libros XII. *quod opus nondum abſolutum cum vita finivit, vetuitq. publicari, niſi emendaretur* Obiit *a.* 1454. æt. 63. *Pars II. In fol.*

Æneas Sylvius *Bartholomaus* (hoc enim nomen in baptiſmo accepit) *de' Piccolomini*, natus in nobili Caſtro *Corſiniano*, cui in memoriá pontificatus ſui poſtea indidit nomen Pientiæ, (italice Pienza) ſcripſit *epiſtolam* de rebus ſuis, & hiſtoriolam, *qua contigit a.* 1432. de amoribus duorum. Europæ autem & Aſiæ deſcriptio continetur in *Coſmagraphia.* Vrbem Viennenſem depinxit *in epiſtola* 165. In concilio baſil. fuit *clericus carimonia-*

	niarum, pariterque *Dominici a Capranica Cardinalis miniſter*, ſed Acta concilii a ſe compoſita pontifex factus *condemnavit.* Diſtincta autem ſunt opera, Rerum ſui temporis *in Italia* geſtarum libri XII. & libri rerum *ubique locorum* ſuo tempore geſtarum: illos abſolvit, hos inchoavit, vetuitque publicari; nec verba citata ſunt Platinæ, ſed *Ioannis Antonii, epiſcopi campani.* Obiit *an* 1464. æt. 59. *Giorn.* T. XIV. 359.
Nicolaus *Segundinus*, ſeu *Secundinus*,	Nicol. *Sagundinus*, patria euboicus, *interpres in Concilio florentino. Id.* 375.
P. 181. Leodriſius *Cribellus.*	Leodriſius *Crivellius* (Crivelli) *mediolanenſis. Giorn.* T. XV. 303.
P. 185. Iacobus, *cognomine* quidem *Ticinenſis*, verum patria Volaterranus, a Papa Pio *in Cardinalium ordinem* allectus fuit.	Iacobus, patria volaterranus, *nec Ticinenſis* fuit cognominatus, (verum autem eius cognomen, ſive gens, e qua ille natus, ignoratur) *nec in Cardinalium ordinem* allectus; ſed *videtur confundi cum* Iacobo Ammanatio, lucenſi, Cardinale ticinenſi, cuius erat *domeſticus*, & *ſecretarius*; poſt huius autem mortem, in Curia romana ſub Sixto IV. factus eſt *Secretarius* & *Protonotarius apoſtolicus. Id.* 313.
Antonius *Tudertinus*, cui patria *Tuder*, Vmbriæ oppidum.	Antonius Tudertinus, gentilitio nomine *de Pacinis* (de' Pacini.) Tuder italice vocatur *Todi. Giorn.* T. XIIX. 333.

Franc.

Fran. *Caſtilionii* Vitam inter alios tradidit Orlandus *Bonardus*, archiepiſcopus Florentinus.

Franc. *Caſtilionenſis* (*da Caſtiglione*) Vitam tradidit *Bonarlius*, & ille *obiit* A. 1484. *Giorn.* T. XIII. 333.

Cap. VIII. p. 186. Georgio Trapezuntio, nato *anno* 1396. ſimultas fuit cum Theodoro Gaza, Epiſcopo *Alierienſi*, & Ioanne de Regio monte, *obiitque* Romæ *anno* 1486.

Georg. Trapezuntius in Creta natus eſt *anno* 1395. eique ſimultas fuit non tantum cum Epiſcopo *Alerienſi*, Gaza & Regiomontano, ſed *etiam cum Cardinale Beſſarione*, & *Guarino* ſeniore. Obiit *ante annum* 1485. *Idem* T. XVI. 414.

Michaël *Carrarienſis* deſcripſit Vitam patris ſui, Guidonis *Carrarienſis*.

Ioannes Michaël *Albertus Carrara*, ſive *a Carrara*, natus Bergomi in Lombardia, deſcripſit patris ſui Vitam, denati *anno* 1457. *Id.* 446.

Petrus de Natalibus *circa annum* 1470. *quasdam* ſanctorum hiſtorias edidit.

Ille *magnum opus*, XII. conſtans libris, ſcribere inchoavit *anno Domini* 1369. ad exitum vero perduxit *anno* 1372. *Id.* 459.

Paullus *Lulmas*, ſeu *Lulmius*, Bergomenſis monachus.

Olmi, latine *Vlmius*, vel *Lulmeus*. *Giorn.* T. XVII. 471.

P. 187. Georgius *Merula*, Alexandrinus, ſeu ab aquis *Statiellis*, unde & Statietatem ſe vocavit, ut ipſe indicat *lib. IX.* Hiſtor. ſcripſit libris X. *Antiquitates* Vicecomitum Mediolanenſium, qui excuſi ſunt *Romæ*. Tranſtulit e græco, quæ *Dio* de Traiano tradidit. In præfatione Corn. Vitellii *Corynthii* refertur, eum *nec præceptori Philelpho pepercisse*: quæ cum Philelphus legiſſet, bonus ſenex, octogenarius, *tanto dolore affectus fuit*, *ut intra*

Georgius ex illuſtri *Merlaniorum* gente, nomen Merulæ aſſumſit, quod crederet, illud locum habere in antiquitatibus romanis, natus *in Alexandria*, *qua cognominatur ab Aquis Statielis*, *ſive Statielenſibus*, vulgo autem Alexandria della Paglia vocatur. Libri, quos de *antiquitate* ſcripſit Vicecomitum, excuſi ſunt *Mediolani*. Tranſtulit, quæ *Xiphilinus*, Dionis epitomator, de Traiano tradidit. Philelphum amavit ac reveritus eſt ut præceptorem,

triduum vitam exhalarit.

nec fidendum *Corythii* relationi. Denique Philelphus Florentiam vocatus, ut publice profiteretur, A. 1481. *æſtu ac labore itineris confectus*, pridie Kal. Auguſti, anno ætatis 85. mortuus eſt. *Giorn.* T. XVII. 291.

Feus *Belchamus*, ſive *Belcharius*, cum aliis ſibi nomen paravit, tum Vita *Columbani.*

Maffeus Belcarius (de' Belcari) cum aliis (*italice ſcriptis*) ſibi nomen paravit, tum Vita B. Io. *Columbini*, *Giorn.* T. XVII. 334.

Iacobus *Piccolominæus*, *Lucenſis*, præceptores habuit Carolum & Leonardum *Aretinos*, ac ſecretarius factus eſt *Cardinali Firmano.* Deceſſit *III. Eid.* Septemb. anno ætatis 57.

Iacobus *Ammannatius* (degli Ammannati) natus in vico Baſilica diſtrictus Lucenſis, præter Aretinos præceptorem habuit *Guarinum* ſeniorem, *Dominici de Capranica* Cardinalis ſecretarius fuit, & a Papa Pio II. *adoptatus in familiam & nomen Piccolominorum* ante etiam, quam ab eodem crearetur Cardinalis. Obiit *die* 10. Sept. *anni* 1479. æt. 57. *Id.* 337.

Auguſtinus Patricius, Franciſci Piccolominæi, Cardinalis Senenſis, Secretarius.

Auguſtinus Patricius, *ſenenſis*, a Pio II. Papa itidem adoptatus in familiam & nomen Piccolominorum, (quo honore idem Papa & alios viros bene meritos mactavit, videlicet Gregorium *Lollium*, & Thomam *del Teſta*) poſt huius obitum fuit ſecretarius Card. Fran. Piccolominei, ſub Paulo II. Magiſter cærimoniarum, ſub Sixto IV. epiſcopus pientienſis, & obiit *anno* 1496. *Id.* 337.

Ioſa.

P. 188. *Ioſephus Barbarus* fecit *librum de itinere ſuo*, quod anno 1436. inſtituit ad Tanaim; item *de itinere ſuo in Perſiam*. Vero nomine dictus eſt Ioſaphat ſive *Ioſaphat*.	*Ioſaphat* aut *Ioſapha'* Barbarus, ſcripſit hos libros *italice*, & *obiit* A. 1494. ſatis ſenex. *Giorn.* T. XVIII. 404.
Iac. Zenus, epiſcopus *Patavinus*, *prodidit* Vitas ſummorum Pontificum. Obiit *anno* 1476.	Iac. Zenus, primum *feltrienſis ac belunenſis*, deinde patavinus epiſcopus, *condidit* quidem, ſed non prodidit ſive edidit in lucem Vitas ſummorum Pontificum *a S. Petro uſque ad Clementem V.* obiitque *anno* 1481. Codex illarum Vitarum exſtat in bibliotheca vaticana. *Idem* 409.
Ioannes Nicolaus *Buboicus*, *Epiſcopus* Saguntinus.	*Nicolaus Saguntinus*, *euboicus*, ſive natus in peninſula Eubœa, *non* fuit *unquam epiſcopus*. *Id.* 419.
Chriſtoph. Perſona, qui & *Porſena* vocatus, S. *Balbina* Prior.	Chriſtoph. *Perſona*, male Porſena vocatus, *Nobilis romanus*, monaſterii Wilhelmitarum, (a S. Wilhelmo Magno, qui vixit medio ſæculo XII. nomen ferentium) *ordinis S. Benedicti*, Prior. *Giorn.* T. XIX. 325.
Iac. Bracciolinus, ſeu *Brandolinus*, vel *Blandolinus*, nobilis oratoris Poggii Florentini filius.	*Male appellatur* Brandolinus vel Blandolinus. *Id.* 353.
Ambroſius Coranus, qui aliis *Coriolanus*, Prior generalis ordinis *Dominicani*, obiit Romæ anno 1485.	Ambroſius *de Maſſariis* (de' Maſſari) natus Coræ in Latio, atque inde Coranus dictus, *male* autem *Coriolanus*, Prior generalis Ordinis *Fratrum eremitarum*

	rum S. Auguſtini, inſidiis malevolorum ſuorum fuit *remotus anno* 1485. paucis ante obitum ſuum menſibus. *Giorn.* T. XIX. 378. *Cave* P. II. 315.
Io. Matthias *Tiberinus.*	Io. Matthias *Tiberinus* (de Tiberino) *natus Brixia* in Lombardia. *Id.* 380.
Octavianus de Martinis, Sueſſanus.	Adde: *Advocatus conſiſtorianus. Id.* 383.
Matthias Palmerius, Piſanus, quæ Matthæus Palmerius Florentinus *Proſpero* ad annum uſque 1449. adiecerat, *continuavit* uſque ad annum 1481.	Matthias Palmerius non continuavit Matthæi Palmerii florentini opus, ſed *ipſe elucubravit Chronologiam* a C. M. uſque ad annum 1449. & *obiit anno* 1483. æt. 60. *Giorn.* T. XX. 102.
P. 189. Ioannes *Iovius* Pontanus, obiit *anno ætatis ſuæ* 78. *Chriſti* 1505.	Ioannes *Iovianus* Pontanus, obiit *anno ætatis ſuæ* 77. Chriſti 1503. Ioviani autem nomen aſſumſit, cum intraret in Academiam neapolitanam Panormitani. *Id.* 109.
Io. *Annius* Viterbienſis, natus *anno* 1437. obiit Romæ tempore Pontificis ALEXANDRI VI.	Io. *Nannis* vel *Nannius*, qui nomen hoc ſuum gentilitium in illud *Annii* mutavit, natus *anno* 1432. obiit *anno* 1502. æt. 72. *Id.* 140.
Pag. 190. Aurel. Brandolinus mortuus eſt Romæ *anno* 1498.	*Anno* 1497. *Id.* 149.
Io. Dominicus Spazzarinus in opere ſuo de rebus Venetorum deſcribit cladem Patavinam *anni* 1505.	Clades illa contigit *anno* 1509. *Id.* 152.
Alamannus *Rinucinus* translationem Philoſtrati de Apollonio Tyaneo Baptiſtæ, Ioannis Galeacii Mediolanenſis *comitis* filio dicavit.	Alamannus *Rinuccinus* dicavit translationem ſuam Baptiſtæ *de' Conti*, Nobilis mediolanenſis, Io. Galeacii filio, obiitque *anno*

	anno 1504. *Giorn.* T. XXI. 369. & T. XXII. 358.
Guilielmus *Courinus*, Duacenus, Equitum Rhodiorum procancellarius.	Guil. *Caourſin*: quod nomen Itali dulcius pronunciaturi mutarunt in *Caorſino*. *Id.* T. XXI. 412.
Anno 1484. vivebat Hieronymus Forolivienſis, hiſtorica quædam digeſſit, quæ *Foroiulii* MSta ſuperſunt.	*Anno* 1476. Et MSta eius *Forolivii* ſuperſunt. *Id.* 395.
Baptiſta Fulgoſus, Dux Genuenſis, a patruo ſuo principatu deiectus, *quo exilii dolorem levaret*, totum ſe ſtudiis dedit, ac *libros IX.* ſcripſit factorum & dictorum memorabilium. Quos *ex italico* in latinum tranſtulit Camillus Gilinus *Mediolanenſis*, ſi non eius pater *Iacobus* Gilinus.	Bapt. Fulgoſus, qui Italis *Fregoſo* dicitur, ſcripſit libros illos IX. quos ex italico in latinum tranſtulit Camillus Gilinus, *Alexandria* — lombardus, ſi non eius pater *Ioannes Iacobus*, *ut caſtigaret perfidiam Cardinalis patrui ſui*, qui imperandi libidine ipſum a clavo Reip. depulerat. Propter libros autem illos italice ſcriptos *non meretur* Fulgoſus *nomen inter hiſtoricos latinos*. *Id.* 398.
Salvus Caſſetta *conſcripſit vitam S. Vincentii* Valentini, ac deceſſit *anno* 1483.	*Huius tamen ſcriptoris non fit mentio*, ubi alii vitæ Vincentii ſcriptores nominantur; Caſſeta autem deceſſit *anno ætatis* 70. *Id.* 407.
Ant. Geraldinus ſuperſtes erat anno 1486.	Ant. Geraldinus, *Ameria* (quæ Italice Amelia vocatur) *in Vmbria natus*, obiit *anno* 1488. *Id.* T. XXII. 360. & XXIV. 229.
Iulius *Pomponius Lætus*, ætate *Baptiſta* Platinæ clarus, *ſeptuagenarius* deceſſit.	*Iulius*, non Petrus, ſpurius cuiusdam e nobiliſſima familia *Sanſeverinorum*, Amygdalaria (quæ Italice Amendolara) calaber, ſibi ipſe impoſuit no-

nomen *Pomponii Laeti*, ætate *Bartholomæi* Platinæ clarus, deceſſitque *quaſi* ſeptuagenarius *Romæ a.*1497. *Giorn.* T. XXII. 366.

Bartholomæus Senla, natus eſt *Florentiæ*, ac morte præventus *quinque tantum* Hiſtoriæ Florentinæ *libris* extremam manum impoſuit.

Natus eſt *in Collenſi urbe*, quæ eſt in Tuſcia, hodieque Valdelſa dicitur, nec quinque libris Hiſtoriæ florentinæ extremam manum impoſuit; nam *quintus* eorum manſit *imperfectus. Id.* 404. & T. XXIII. 366.

Iac. Bracellus, *Genuenſis*, Hiſtoriam ſuam, quæ Romæ recuſa fuit *anno* 1579. orditur ab anno 1412. quo Ferdinandus, *alterius Hiſpaniæ* Rex, Siciliæ regnum fuit adeptus.

Bracelli, nati *Sarzanæ*, urbe Tuſciæ verſus diſtrictum Genuenſem, Hiſtoria recuſa fuit Romæ *anno* 1573. Ferdinandus autem, regnum Siciliæ adeptus, erat *Rex Aragoniæ*; quæ ſi per *alteram Hiſpaniam* intelligitur, tolerari poteſt. *Giorn.* T. XXIII. 368.

Pag. 192. Carolus Verardus, cæſenas, cubicularius pontificius ſub Innocentio VIII. ſcripſit de expugnatione regni Granatæ. Idem *Hiſtoriam Baticam Dialogis compluribus eſt complexus.*

Car. Verardus, cæſenas, *archidiaconus* in urbe patria, cubicularius pontif. ſub Innocentio IIX. & Alexandro VI. deſcripſit in proſa latina, ſine arte dramatica, ſub XXIII. ſcænis, expugnationem Granatæ: Voſſius autem *ex uno libro facit duos. Id.* 378.

Bernardinus Corius italice ſcripſit Imperatorum vitas ab Iulio Cæſare uſque ad Fridericum Barbaroſſam, & *Hiſtoriam etiam Cæſarum*. Cum Galli anno 1499. Mediolanum cepiſſent, *caſu* tum Ducis Ludovici Sfortiæ proditione capti, tum etiam

Vitæ & Hiſtoria Cæſarum ſunt *unus idemque liber*. Neque ex moerere mortuus eſt propter caſum Ducis Sfortiæ & Cardinalis, ſi, ut idem tradit Iovius, *multos ei annos ſupervixit, nec longe abfuit ab anno ætatis ſexageſimo. Idem* 385. *Buchellius* in

Cardinalis Aſcanii, *nondum quadragenarius* deceſſit.

in Voſſii Epp. p. 65.

Anton. *Galateus*, cuius tabulas a ſe viſas laudat *Raſſanus*, præter *Carmina Hetruſca*, & alia ſcripſit.

Antonius *de Ferrariis*, cognomine a patria Galatina Galateus, cuius tabulas laudat *Ranzanus*, fecit quidem librum hymnorum, aliumque Satyrarum idiomate italico, ſed illi adhuc dum ſunt *inediti*. *Id* 404.

Ponticus *Virunnius* ſeu *Virumnius*, *Tarviſinus*, e *decem* Gaulfridi libris ſex priores in compendium redegit. *Miror*, nec Iacobum Bergomatem libri XVI. nec Trithemium in Cat. prædicti operis meminiſſe.

Ludovicus *da Ponte*, (latine Ponticus) *bellunenſis*, aſſumſit nomen *Virunii*, quaſi Bellunum Virunum diceretur, atque e *duodecim* Gaulfridi libris ſex priores in compendiũ redegit. *Nec mirum*, Iac. Bergomatem & Trithemium operis illius non meminiſſe, quia *illorum ætate nondum prodierat*: ecquis ſcit, *an eo tempore iam fuerit compoſitum? Giorn.* T. XXIV. 235.

Philippus Callimachus Experiens, *Florentinus*, a Paullo II. Papa *in carcerem fuit coniectus*, & *tormentis excruciatus*, obiit Cracoviæ anno 1496. IV. Kal. Novembris.

Philippus *Bonaccurſius* (cui reſpondet nomen Callimachi, denotans hominem boni & promti auxilii, quique alterum probe defendat) antehac *Bazochius*, natus *in terra S. Geminiani* in Tuſcia, *Experiens* cognominatus ab experientia in utraque fortuna facta, *fuga ſibi conſuluit*, ut carcerem evitaret, in quem alias iuſſu Paulli II. a malevolis decepti, quaſi viri illi litterati, qui nomina mutarunt, aliquid monſtri contra regimen alerent, certo certius coniectus fuiſſet. Obiit

	iit *ipſis Kal. Novembris. Giorn.* T. XXVI. 375.
Pag. 193. Paullus *Atavantius Florentinus*, conſignavit Vitam *B. Franciſci Senenſis*, ord. Serv. ac deceſſit *anno Chriſti* 1499.	Paullus *Attavantius*, *e valle Elſa*, ſcripſit etiam *Vitam B. Ioachimi*, ordinis Servorum, ac deceſſit *Florentiæ menſe Maio* anno Chriſti 1499. *Giorn.* T. XXIIX. 106.
Donati *Boſſii* meminit & *Trithemii Appendix.*	Trithemii Appendix non meminit Donati, ſed *Matthæi Boſſi.* Id. 116.
Celſus Maphæus Veronenſis, Canonicus regularis Lateranenſis, *edidit* libellum de vita B. *Tuſculanæ.*	Celſus *a Falcibus* (dalle Falci) edidit libellum de Vita B. *Toſcanæ. Id.* 120.
Hermolaus Barbarus, *Franciſci* filius, Zachariæ nepos, *Pomponii Læti* ſectator, Patriarcha aquileienſis creatus ab Innocentio IIX. tandem *Cardinalis*, *ægritudini animi*, ſicut *& pater eius*, ob iram Senatus veneti adverſus collationem dignitatis patriarchalis, legibus ſuis adverſam, Romæ obiit.	*Franciſcus potius*, quam Hermolaus Barbarus inter Hiſtoricos latinos locum meruiſſet. Pomponii Læti ſectator erat *Thomas Fedrus Inchiramus.* Hermolaus autem Barbarus *non aſcendit ad Cardinalatum*, immo *nec munus patriarchæ*, ad quod eum Papa proprio motu promoverat, *aggreſſus eſt*, ne patriæ Reip. eiusque legibus & maieſtati adverſari videretur, ſed forti & quieto animo hunc caſum pertulit, *peſte abreptus poſt dimidium Iulii* A. 1493. cum eſſet in ſuburbano Oliverii Card. Carafæ. Sed *& pater eius optime diſpoſitus & conſtante animo mortem excepit:* tantum abeſt, ut ægritudine oppreſſus ſit. *Id.* 126.

Eſt

Cap. X. pag. 198. Maximilianus Cæſar Auguſtus *rerum ſuarum commentarios ſcripſit.*	Eſt poëma de Equite Theurdanck (Ritter Theurdanck) in honorem Imp. Maximiliani ſcriptum a Melch. *Pfinzingio*, Patricio noribergenſi, Caroli V. (cui carmen illud dicavit anno 1512.) Capellano ad S. Albani prope Moguntiam, & Præpoſito Capituli ſebaldini Noribergæ. *Morhof* de lingua teutonica c. 7. p. 332. *Placcius* de anonymis p. 91.
P. 200. Ioannes Nauclerus, filius Ioannis Verge, vulgo *Vergeham*, quod nautam notat: *unde Nauclerus* vocatus.	*Vergenhanns*, i. e. Ioannes, filius Vergæ. Naucleri cognomen obtinuit *pro more illius ſaeculi*, quo nomina ſibi græca imponebant, aut imponi patiebantur, neſcio an hac de cauſſa, quod *Verge* in vetere Suevorum lingua ſignificet cymbam, vel navim. Melch. *Adamus* in Vit. philoſ. pag. 27. *König* 567. *Moller* de homon. 834.
Cap. XII. p. 208. Conradus, Sereni montis prope Halim Saxoniæ presbyter, reliquit *Chronica:* item librum *de fundatione Lauterbergii*: & alium *de primis Marchionibus Miſnenſibus.*	Eſt *liber unicus*, videlicet Chronica Montis Sereni, des Lauterbergs, non tres. Ioach. Io. *Mader* præfat. in illam Chronicam p. 22.
Lib. III. P. II. p. 221. Io. Tornæſius Lugduni Obſequentis libellum a Lycoſthene ſupplementum adidit; verum *ſine aſteriſcis.*	Aſteriſci *ſunt additi* in editione anni 1553. 12. Io. Alb. *Fabricius* Biblioth. lat. 536.
De anonymis ætatis incertæ pag. 230. Chronicon Montis Sere-	Incipit *ab anno* 1124. ac *deſinit in* 1212. *Mader* præf. 22. ubiqui-

ni incipit *ab anno* 1024. ac *definit in* 1045. | dem, fortaſſe typographi errore, dicitur deſinere in anno 1125.

Lib. III. P. III. Cap. II. de Hiſt. prætermiſſis p. 233. Auctor libri de bello troiano, quem credunt eſſe *Dictyn Cretenſem*, *latine*, non græce ſcripſit, & ſeculis aliquot poſt Conſtantinum M. vixit. Vt adeo *Septimius Romanus eum non verterit e græco in latinum*. | Non alius Dictys Cretenſis extitit, quam *cuius libri fingebantur Neronis tempore in ſepulcro cretenſi, terra motibus concuſſo, reperti eſſe*. Et confictum hunc Dictyn *Septimius Romanus* latine ita *vertit*, ut ſimul eum *contraxerit*. Iac. *Perizonius* in diſſertatione, quæ addita eſt editioni Dictyos cret. & Daretis phrygii amſtelodamenſi A. 1702. 4. atque in Actis erud. A. 1702. p. 50. recenſetur.

Cap. III. p. 236. S. Magni Vita ab Henr. *Caniſio* edita eſt Tomo V. Antiquar. lect. | Ab Henr. *Surio*. *Placc*. de anon. 311.

Cap. IV. p. 237. Andr. Agnellus Ravennatenſis eccleſiæ *archiepiſcopus*, ordine *in ea ſede decimus*, ſcripſit *Hiſtoriam Ravennatem*. | Fuit *canonicus* illius eccleſiæ, & *inter canonicos decimus*, & ſcripſit librum *de Archiepiſcopis Ravennatibus*. Bened. *Bacchinius* in Diſſert. & Obſervation. in Agnelli librum pontifical. (Tom. I. des Neuen Bucher Saals 220.)

In Hiſt. univerſ. Epitome p. 106. A. 1503. Alexander VI Papa & *filius eius Cæſar Borgia* moriuntur veneno. | Papa quidem pater veneno mortuus, ſed filius eius Cæſ. Borgia, *ſanatus fuit*, eoque & ſequentibus annis multum turbarum fecit, donec A. 1507. in Navarræ regno occideretur. I. G. *Eccard* Menſtr. excerpt. A. 1702. m. Iun. p. 72.

P. 107. A. 1528. Rex Gall. Franciſcus expoſtulat cum Carolo Imp. eique offert μοναρχίαν. | Lege, μονομαχίαν. *Eccard*. l. c.

Tra-

In Dedicat. Opuſculorum var. argumenti A 3. *A Carolo M. Imp.* eiusque filio Ludovico Pio, ad priſtina generis decora, *Dhonani nominis ac Burggravia tus dignitas iam ante tot ſecula acceſſit.*	Traditio hæc ex fide dignis monumentis *probanda foret. Eccard.* l.c.p.74.
In Epp. & quidem ad Io. Berckium, p. 37. Indicavi puſillum hoc *de Arte rhetorica*, quia aliud ad manum non erat, præclaro nomini tuo inſcribendum eſſe.	De Arte rhetorica nullum Voſſii exſtat opus; Artem vero ſuam *hiſtoricam* Berckio iſti dedicavit. *Crenius* Animadv. P.XIIX. 92.
Pag.358. ad H. Grotium: *Sub Vrbano IIX.*	Ille ait: *Sub Vrbano VI.* p. 268.

XCVI.

Sculptura hiſtoriarum & temporum memoratrix, ſive Memoriale notabiliſſimorum geſtorum hoc in mundo, a C. M. uſque ad tempus præſens: germanice. Noribergæ 1697. Inventor & auctor huius operis eſt Gregor. Andr. SCHMIDT, completor Sam. FABER, ſculptor autem Chriſtoph. *Weigel.* Figuræ, quæ hiſtorias ſive geſta repræſentant, elegantiſſime maximeque affabre ſculptæ ſunt, nec unam duntaxat rem ſingulæ exhibent, ſed plures, & e circumferentia earum ſtatim cognoſcere potes, quota ſit centuria. De hoc inſtituto melius informaberis e duplici Præfatione, quarum altera eſt auctoris, altera Weigelii, artificis. Præfationibus ſubiunctæ ſunt III. Inſtructiones, quarum prima agit de Chronologia; ſecunda de origine dominiorum & regnorum, cum primis IV. Monarchiarum; tertia de origine idololatriæ & fabularum poëticarum, cum earum ſignificatione.

Gregorius Andr. *Schmidt*, I. V. D. & Conſiliarius inclytæ Reip. noribergenſis, probe ſciens, memoriam obtutu, maximeque picturis & ſculpturis mirifice iuvari, hoc opus figurarum, earumque expoſitionem in gratiam filii ſui aliorumque diſcentium condidit, ac ſane hoc modo præclare hiſtorico de ſtudio meritus eſt, dolendumque, præpropere eum triſtique fato abreptum eſſe, ideo-

eoque infelicium litteratorum albo inſcribendum: cum enim anno 1696. extra urbem ei agendum quid eſſet, factum eſt, ut in reditu equi in præceps ruentes currum everterent, Schmidtiumque ita excuterent, ut alterum eius crus frangeretur, & bonus vir paucis poſt diebus lucis huius uſura privaretur. Ante obitum iam omnes artificii figuras præſcripſerat, ſculptasque maximam partem viderat; ſed deſcriptionem, ſive figurarum expoſitionem non niſi per aliquot formaverat ſæcula: reliquum igitur perfecit, ut diximus, Sam. *Faber.* Figuræ etiam, in uſum diſcentium, minori quidem in ſpatio, & forma quadruplici, prodiere, atque apud prædictum artificem vænales proſtant.

Sam. *Faber*, Altorfio-noribergenſis, Poëta laur. cæſareus, Gymnaſii noriberg. rector, Societatis pegneſiacæ non ignobile membrum, cognomento *Ferrandus* II. tam formæ præſtantia, quam elegantiorum litterarum notitia commendabilis, ad hæc affabilis, humanus, officioſus, ſummisque & imis carus, in vernacula æque ac latina lingua felix poëta, & omnium horarum homo, regnum ſcholaſticum depoſuit anno 1716. æt. 60. Scripſit Vitam fortiſſimi Suecorum Regis CAROLI XII. Theatrum belli bavarici, Hiſtoriam univerſ. in nuce, Verſus ad P. Abrahami de S. Clara librum *Huy & Pfuy* dictum, aliaque, omnia germanice. Latent etiam domi multa anecdota ad prædictam Hiſtoriam Herois ſuecici pertinentia, & ingens carminum latini & teutonici idiomatis multitudo, quæ lucem publicam merentur. Vide M. D. *Omeiſii* diſp. de Claris quibusdam in orbe literato Norimbergenſibus p. 37. & *Obſervat. miſcellan.* P. XXXII. n. 4.

Genealogiæ hiſtoricæ cæſarearum, regiarum, & principalium familiarum, quæ in terris europæis, poſt romanæ extinctionem monarchiæ, huc uſque imperarunt, per autorem Notitiæ Procerum Imperii, id eſt, Iac. Wilh. IMHOF, germanice, Francofurti & Lipſiæ 1701. Editio tertia, cum Addit. & emendat. eiusdem Imhofii. Sunt autem hæ Tabulæ Georgii LOHMEIERI, quæ primum prodiere ſub titulo non ſatis apto, Erläuterung der Europæiſchen Reiche und Fürſtenthümer, & quidem Luneburgi A. 1690. & poſtea anno 1695. Vide *Acta erud.* A. 1690. 152. & 1695. 97. ac *Zſackwiz.* Prolegom. in Ius publ. 37. continentque id, quod de hoc ſtudio ad vitam civilem ſcitu neceſſarium ac utile eſt.

Georg.

Georg. *Lohmeier*, illuſtris Gymnaſii luneburgenſis profeſſor, & inſpector, vir de iuventute ſcholaſtica & re litteraria bene meritus, obiit ſæculo ad finem vergente XVII.

Iac. Guil. *Imhof*, Patricius noribergenſis, Guilielmi, eruditiſſimi olim & incomparabilis (quo vocabulo alias non facile utor) Senatoris, Septemviri, ac ſupremi eccleſiarum, & ſcholarum, atque academiæ altorfinæ Curatoris, filius, natus A. 1651. primum Archivi, deinde Aerarii patrii ſecreta tractans, nunc inclyti Senatus in rebus ad hoc ſpectantibus conſiliarius, iam pridem in Senatum cooptatus fuiſſet, niſi ipſe modeſte reſtitiſſet, & litterarum, atque in primis genealogicorum ſtudiorum tractationem novis honoribus præferre maluiſſet. Tantum autem in iis profecit, ut clariſſimus Iac. Frid. *Reimmannus* neutiquam aberret a veritate, p. 89. tractatus de libris genealog. ſcribens, vix quemquam eſſe, qui cum *Imhofio* & *Spenero* ſit comparandus. Atque amorem huius, ut & græcæ linguæ ſtudii inſtillavit ei optimus, nec unquam ſatis laudandus parens; unde factum, ut auctores græcos, quod ſane in nobili viro hodie rarum quid, tam bene ſciat legere atque intelligere, quam vernaculos, latinos, aut alios exoticarum linguarum, quarum VI. ſatis peritus eſt. Primas autem laudum ei debitarum partes ſibi vindicat ſincerus, nec ullo modo infuçatus pietatis, honeſtatis, integritatis, omniumque virtutum cultus, ita ut eruditæ vereque illuſtris nobilitatis exemplar atque ornamentum appellari iure meritoque poſſit. Ceterum de eius laudibus vide collectores *Actor. erud.* A. 1683. 424. 1687. 303. 1703. 1. Car. Guil. *Welſerum* a Neunhof diſp. de S. R. I. ſummis officialib. & ſubofficialib. p. 149. & *Wagenſeil.* in Notabil. Norib. 228. Dedit etiam Spicilegium Rittershuſianum, ſive augmentum Tabularum genealogicarum Nic. Rittershuſii, de quo *Acta erud.* A. 1683. 423. & 1687. 301. hodieque floret in urbe patria, ſeptimum & ſexageſimum ætatis annum agens.

Eiusdem Iac. Guil. IMHOF Stemma regium Luſitanicum, Amſtelædami 1708. Eſt hiſtoria genealogica familiæ regiæ Portugalliæ, a prima origine uſque ad præſens ævum deducta, & narratione rerum in Portugallia a condito regno geſtarum, ac factorum memorabiliorum illuſtrata, inſigniumque iconibus exornata. Recenſentur in *Actis erud.* A. 1708. 97.

XCVII.

XCVII.

EIVSDEM Notitia S. rom. germanici Imperii Procerum. Tubingæ 1693. Recuſa A. 1699. Vide *Acta erud.* 1687. 300. Sed in hac poſteriore editione mutatio & omiſſio certam ob cauſſam facta eſt elogiorum, ideoque præſens noſtra ei merito venit præferenda. Eſtque hæc Notitia tam eccleſiaſticorum, quam ſæcularium Procerum narratio hiſtorico-heraldico-genealogica, ad hodiernum Imperii ſtatum accommodata, & in ſupplementum operis genealogici Rittershuſiani adornata. Supplementum huius Notitiæ promittit auctor in Appendice ad Hiſt. geneal. Britann. Car. Guil. *Welſer* in diſp. excit. p. 150. vocat luculentum & exquiſitisſimæ doctrinæ pariter ac elegantiæ opus; perilluſtris L. B. *a Lyncker* in Felleri Monum. inedit. p. 446. neceſſarium illis, qui genealogica cupiunt diſcere, librum; & *Bilderbeck* præf. des Teutſchen Reichs Staats p. 51. excellens multaque laude dignum ſcriptum.

EIVSDEM Regum Pariumque Magnæ Britanniæ Hiſtoria genealogica. Norimbergæ 1690. Vide *Acta erud.* modo dicti anni p. 268. Qua veterum iuxta ac recentium in illa familiarum origines, ſtemmata, & res memorabiliores, ordine ad noviſſimum Angliæ ſtatum aptato, recenſentur atque explicantur, additis æneis inſignium tabulis, & Indice neceſſario.

XCIIX.

EIVSDEM excellentium in Gallia familiarum Genealogiæ. Noribergæ 1687. A prima earum origine uſque ad præſens ævum deductæ, & notis hiſtoricis, quibus memorabilia Regni Galliæ, Regumque & clarorum toga & ſago virorum facta, moresque ac dignitates recenſentur, illuſtratæ, cum iconibus inſignium, & Indicibus neceſſariis. Vide *Acta erud.* 1687. 302. In præfatione exponit, quibus auxiliis præſidiisque inſtructus ad hoc ſcriptionis genus acceſſerit, uſum videlicet ſe eſſe & vivis & mortuis; e vivis quidem illuſtribus viris, Pet. Scæv. *Sanmarthano*, Car. *Holzierio*, & Chriſtoph. Nicol. *de Greiffencranz*; e mortuis autem, *Sanmarthanis*, *Ducheſneis*, *Guichenoniis* &c.

EIVS-

EIVSDEM Genealogiæ familiarum Bellomaneriæ, Claromontanæ, de Gallerande, & Memmiæ. Noribergæ, 1688. Ex illis illuſtres oratores gallici, Marchio *de Lavardin*, Comes *de Chiverny*, & *Comes d' Avaux* oriundi ſunt. Vide *Acta erud.* 1688. 283.

EIVSDEM Genealogiæ XX. illuſtrium in Hiſpania familiarum. Lipſiæ 1712. Nomina autem eorum ſunt: *Arellano*, *Arias Davila*, *Bazan*, *Boria*, *Centurion*, *Cordova*, *Cueva*, *Guevara*, *Guzman*, *Lara-Manrique*, *Mendoza*, *Moura*, *Oſorio*, *Pimentel*, *Ponce de Leon*, *Portocarrero*, *Silva*, *Toledo*, *Velaſco*, *Zuniga*. Et hanc editionem perſuaſioni & auxilio nobiliſſimi deque re litteraria præclare meriti Io. Burch. *Mencke* auctor grato animo adſcribit, ſimulque ſtudio genealogico valedicit, ætatis rationem habens, & meditationem mortis, qua nihil utilius eſt, inſtituturus.

XCIX.

EIVSDEM Hiſtoria Italiæ & Hiſpaniæ genealogica. Norimbergæ 1701. Exhibet Syſtema Deſiderianum, ab ima radice cum ſuis ſtirpibus ac ramis, unde Italiæ & Hiſpaniæ Reges Proceresque pullularunt, deductum, exegeſi hiſtorica perpetua illuſtratum, inſigniumque iconibus exornatum: cum familiæ Sfortianæ genealogia. p. 219. Recenſionem huius operis, quod eſt prodromus ſequentis, habes in *Actis erud.* A. 1701. 481.

EIVSDEM Corpus hiſtoriæ genealogicæ Italiæ & Hiſpaniæ. Norimbergæ 1702. Prius ſcriptum huius eſt prodromus. Hoc autem in Corpore, ſtirpium utriusque regni primariarum genealogiæ exegeſi hiſtorica perpetua illuſtratæ, ordine alphabetico exhibentur, cum inſignium iconibus, & indicibus neceſſariis. *Acta erudit.* A. 1703. p. 1. Familiæ quæ hic exhibentur, ſunt XX. 1. Stirps regia aragonica. 2. Ateſtina. 3. Aquinenſis. 4. Aquaviviana. 5. Acuniana. 6. Archintea. 7. Avalenſis. 8. Barbiana. 9. Barberina. 10. Benavidenſis. 11. Boncompagnana. 12. Caietana. 13. Burgeſia. 14. Caietana. 15. Cantelmenſis. 16. Capuenſis. 17. Caracciolenſis. 18. Carafenſis. 19. Cerduna. 20. Chiſia.

EIVSDEM Genealogiæ XX. illuſtrium in Italia familiarum. Amſtelodami 1710. In III. claſſes ſive regiones diſtributæ. Nimirum in ſuperiore Italiæ regione, quam Galliam Ciſalpinam vocant, eminent florentque Ciboa, Farneſia, Pica, Biraga, Ferreria, Homodeorum, Iudicum, Sfondrata, Trivultia. In claſſe etru-

ſca: Medicea, Guidiana, Piccolominea, Salviatina, Strozzana. In claſſe Romana partim, partim Neapolitana: Columnenſis, Gambacurtia, Pignatelia, Ruffenſis, Sanſeverina, & Vrſina. Denique ſubiunguntur viri illuſtris Danielis *de Mediolano-Vicecomitis*, Lib. Baronis S. Rom. Imp. & Senatoris ultraiectenſis de gentis ſuæ ortu & ſcuto Epiſtolæ II. ad auctorem operis ſuperioris ſcriptæ, Tabulisque genealogicis, nec non deſcriptione inſignium familiarum, quæ cognatione cum ſua coniunctæ ſunt, ſtipatæ: ac notandum, quod *Imhofius* in præfat. teſtatur, agnoſci omnino a Vicecomitibus Mediolanenſibus conſanguinitatem Belgicorum, atque hos propaginem eſſe Ioannis Vicecomitis, qui Barnabæ ſive Bernabovis Vicecomitis, Condomini Mediolanenſis, nepos fuerit e filio tertio genito Ludovico.

Chriſtoph. Friderici PLATHNERI Sciagraphia X. Circulorum S. Imperii R. G. Lipſiæ 1711. In qua conciſe exacteque Circulorum & Civitatum ortus, progreſſus, ſtatusque modernus delineatur, & obſervationibus non ubique obviis ex Iure publ. & privato illuſtratur, ut æque in theoria, ac praxi, eorum conſtitutionem, directionem, & iura tam in ſe, quam Imperii ratione, diſtincta quadam idea recolere, accuratam de illis notitiam haurire, & occurrentes alias ſatis vexatas quæſtiones, mediocri iudicio ex correcta membrorum diſtinctione, miro compendio, absque otioſa diſſentientium lectione, ex ipſis rerrum argumentis ſcrutari & diſcutere poſſimus.

Chriſtophor. Frider. *Plathner* I. V. Doctor, & liberæ imperialis civitatis Goslarienſis Syndicus, dedit Centurias duas quæſtionum iuridico-politicarum, nec non ioco-ſeriarum: de quibus *Acta erud.* 1711. 520. 1713. 54.

Aloyſii Ferdinandi Comitis MARSILII Notitiæ a Conſtantinopoli, circa plantam, quæ calidi potus Coavæ (ſive Caffè) materiam ſubminiſtrat. 1703. Cum 1) iconibus. 2) præfatiuncula D. Io. Sam. *Schoderi*, in qua oſtenditur, Buncam *Rhazis*, & Bunchum *Avicenna* toto cœlo differre a fructu illo, qui Arabibus *Bunn* dicitur, molitus *farina* appellatur, coctus vero *Coava* ſive *Caffé* vocatur. 3) Excerptis e *Du Four*, qui omnium optime de potu Caffè ſcripſit, Io. *Raii* Hiſtoria plantarum, & Mich. *Togni* Raccolta delle ſingolari qualità del Caffè.

Aloyſ.

Aloyſ. Ferdin. Comes *Marſilius*, italice *Marſigli*, auguſtiſſimo quondam Cæſari ſervivit, Chiliarchæ dignitate fulgens, nunc autem Pontificis romani ſupremus eſt Generalis, heros Arte & Marte inclytus, atque a litteris ac ſcientiis tantum ornamentum capiens, quantum illis conciliat. In honorem Papæ CLEMENTIS XI. qui hoc tempore (A. 1718.) ſedet atque imperat, Bononiæ inſtituit Academiam Clementinam, conſtantem ex iis, qui artibus pictoriæ, ſculptoriæ & architectonicæ diſcendis operam navant; atque in eo verſatur, ut in elegantiorum litterarum commodum & incrementum formetur Inſtitutio Marſiliana. Vide *Neu Bücher-Saal* T. I. 262. Ab eo etiam habemus Epp. II. de hiſtoria maris & grano *Kermes*, Prodromum operis de Danubio, Diſſertat. de generatione fungorum, Ep. de ponte ſuper Danubium, & obſervat. de corallio, & Boſporo thracio.

AVGVSTI II. Regis Polon. Magni Ducis Lithuan. Manifeſt, bey den angetretenen Marche in das Königreich Pohlen, cum exercitum duceret in Poloniam. Dreſdæ 1709. In quo ſe defendit contra expulſionem e throno, regnumque a Deo & Republica ſibi impoſitum ſeſe non deſerturum, aut abdicaturum, ſed conſtanter & fideliter adminiſtraturum declarat.

Io. Henr. MüLLERI Programma, quo ad orationem ſolemnem de ſperandis matheſeos incrementis, auſpicandi cauſa habendam, invitat. Altorfii Noricorum 1710. Exemplorum loco producit obſervationem aſtrorum, & artem muniendi, atque utramque in dies incrementum capturam ſperat.

Io. Henr. *Müller*, noribergenſis, profeſſioni phyſices & matheſeos in academia altorfina admotus, omni eam fide & induſtria, magnoque diſcentium commodo obit ornatque. Diſputavit hactenus de montibus ignivomis, de atmoſphæra lunæ, de inſulis natantibus, de tuba ſtentoria, quæ vocatur *Sprachrohr*, de extiſpiciis veterum, ad *Vitruvii* lib. I. c. 4. de vorticibus carteſianis ante Carteſium, deque Deo legiſlatore medico.

C.

Io. HVSI & HIERONYMI pragenſis Hiſtoria & Monumenta. Noriberæ 1558. volum. II. Recuſa ibidem A. 1715. typis elegantioribus, & cum novis indicibus. Vid. *Nova Bibliotheca*

T. V. 369. Sed nec hic iuſto ordine ſcripta ſunt locata, nec illæ partes additæ, quæ in *Hardtii* Hiſtoria concilii conſtant, prolatæ ſunt. *Relat. innoc.* A. 1715. 740. Illius effigies conſpicitur T. I. p. 1. huius vero T. II 348. Continentur hic etiam omnia Huſi opera, excepta Explicatione euangeliorum dominicalium, quæ tamen transferenda & edenda promittitur in præfatione. Cum iudicio autem, uti monent noſtrates, legenda ſunt hæc ſcripta, ratione denſæ caliginis ſuperiorum temporum, e qua duumviri illi magnis ſudoribus & ſpiritu ingenti eluctari coeperunt. Et I. quidem Tomo continentur 1) Hiſtoria de actis & martyrio Io. Huſi. 2) Explicatio Symboli, Decalogi, Orationis dominicæ cum aliis ſcriptis, in carcere in gratiam cuſtodum compoſita. 3) De ſanguine Chriſti ſub ſpecie vini a laicis ſumendo. 4) De ſufficientia legis Chriſti ad regendam ſuam Eccleſiam. 5) Sermo de fidei ſuæ elucidatione. 6) Alius de pace. 7) Huſi & aliorum epiſtolæ. 8) De initiis & progreſſu certaminum Huſi cum factione pontificia. 9) Appellatio ab Archiepiſcopo pragenſi ad Papam, contra combuſtionem librorum Io. Wiclefi. 10) Epiſtolæ ſcriptæ, dum erat excommunicatus. 11) De libris hæreticorum legendis. 12) Actus pro defenſione libri Wiclefi de Trinitate. 13) Replica contra Io. *Stokes*, Wiclefi calumniatorem. 14) Defenſio quorundam articulorum Ioh. Wiclef. 15) De ablatione bonorum temporalium a Clericis. 16) De decimis. 17) Contra occultum adverſarium. 18) Contra prædicatorem plznenſem. 19) De arguendo clero pro concione. 20) De V. officiis ſacerdotis. 21) De omni ſanguine Chriſti glorificato. 22) De corpore Chriſti. 23) De tribus dubiis factis in Holomutz. 24) De credere. 25) Bulla indulgentiarum Papæ IOANNIS XXIII. pro ſubſidio contra LADISLAVM, Regem Angliæ. 26) Bulla de erectione crucis contra LADISLAVM. 27) De indulgentiis, ſeu de Cruciata IOANNIS XXIII. Papæ. 28) Contra Bullam IOANNIS XXIII. 29) Opuſculum de VI. erroribus compilatum, & parietibus Bethlemiticis inſcriptum. 30) Tractatus de eccleſia. 31) Reſponſio ad ſcripta M. Steph. *Paletz*. 32) Reſponſio ad ſcripta Staniſlai *de Znoyma*. 33) Refutatio ſcripti IIX. Doctorum theol. 34) Repetitio Io. *Ieſſinetz*, Iur. canon, D. pro defenſione cauſæ Io. Hus. 35) Liber de Antichriſto. 36) De

regno

regno, populo, vita, & moribus antichriſti. 37) De ſacerdotum & monachorum abhorrenda abominatione deſolationis in eccleſia Chriſti. 38) De abolendis ſectis & traditionibus hominum. 39) De pernicie traditionum humanarum. 40) De unitate eccleſiæ & ſchiſmate. 41) De euangelica perfectione. 42) De myſterio iniquitatis fragmentum. 43) De revelatione Chriſti & antichriſti fragmentum. 44) Alia quædam fragmenta, 1. Contentionem in diſputatione vitandam eſſe. 2. Apoſtolos manibus victum quæſiviſſe, non mendicaſſe. 3. de fide formata. 4. explanatio loci Gen. 49, 17. *Fiat Dan coluber*. 5. Quando fuerit ablatum iuge ſacrificium, & inceperit abominatio deſolationis. 6. de myſterio Ioſephi & Pharaonis. Tomo II. 1) Hiſtoria geſtorum Chriſti. 2) Hiſtoria paſſionis Chriſti. 3) Conciones ſynodicæ. 4) Sermones XXIIX. 5) Explicatio in VII. priora capita 1. ad Corinth. Commentar. in Epp. Apoſtolorum canonicas VII. 6) Enarratio Pſalmi 109. & ſeqq. uſque ad 118. incluſive, ſeu, iuxta noſtram ſupputationem, 110. & ſeqq. uſque ad 119. incluſive. 7) De corpore Chriſti in S. cœna, quod non creetur, neque incipiat eſſe. 8) De adoratione, & contra imaginum adorationem. 9) Narratio hiſtorica de condemnatione & ſupplicio I. Huſi, in Synodo conſtantienſi. 10) Huſi carmen de cœna domini. 11) Narratio de M. Hieronymo pragenſi, pro Chriſti nomine Conſtantiæ exuſto. 12) Alia de eodem narratio. 13) *Poggii* florentini ſcriptum ad Leon. Aretinum de Hieronymo pragenſi. 14) Sermo habitus in Bethlehem, in memoriam novorum martyrum. 15) Vniverſitatis pragenſis aſſertio communionis ſub utraque ſpecie. 16) Revocatio cuiusdam monachi pragenſis, *Petri*, qui prius docuit ſacramentum ſumendum ſub una ſpecie. 16) Teſtimonium Vniverſitatis oxonienſis de doctrina & vita Ioh. Wiclephi.

Io. *Hus*, bohemus, natus in Huſſenitz d. 6. Iulii A. 1373. creatus magiſter A. 1396. ſacerdos & prædicator in Bethlehem A. 1400. decanus A. 1405. rector univerſitatis A. 1409. quamdiu in ſcelera ordinum ſecularium hominum acriter prædicando invehebatur, lubenter audiebatur, & omnes dicebant, Spiritum S. ex eo loqui: at cum in Clerum convertit ſermonem & ſtilum, tum ulcus tetigit, & male audire cœpit, ac tandem, quod doctrinæ pontificiæ de monarchia papali, invocatione Sanctorum, indulgen-

tiis, & communione ſub una ſeſe oppoſuiſſet, neque recantare vellet, in Syndo conſtantienſi damnatus, & vivus exuſtus eſt d. 6. Iulii A. 1415. æt. 42. annoque ſequente Hieron. *Faulfiſch*, pragenſis, in academiis Germaniæ, Galliæ & Britanniæ ſtudiis operatus, magiſter artium liberalium, ob doctrinam cum Huſſiana communem, & quia nolebat confiteri, Huſum recte & iuſte crematum eſſe, idem expertus eſt fatum. Primo quidem revocaverat metu mortis & ex puſillanimitate, ſed deinde revocationi illi contradixit, & ſupplicium pati voluit, immo carnificem rogum ante oculos ſuos accendere iuſſit. Vide G. *Arnoldi* K. und K. H. P. I. 418. & *Lexic.* univ. hiſtor. T. III. 94. 147.

CI.

COLLOQVIVM ALTENBVRGENSE vom artikel der Rechtfertigung vor GOtt, de Iuſtificatione, cum additione eorum, quæ circa articulum de Libero arbitrio & Adiaphoris proponenda erant a Ducalibus. Ienæ 1669. Editum quoque eſt A. 1570. in 4. habitumque ſub finem anni 1568. & principum anni 1569. inter Saxonicos Electorales & Ducales. Vide *Compend.* hiſt. eccleſ. in uſum ſcholæ goth. p. 777. I. A. *Schmidii* Hiſt. eccl. 455. Guil. *Forbeſ.* 126. & Melch. *Adam.* in Vit. theol. 435. item den Anhang ausführl. Behaupt. der verbeſſert. Augſp. conf. 76. *Bellarminus* l. 2. de Iuſtificat. c. 1. p. 528. Saxonicos appellat Lutheranos rigidos, Electorales autem molles. Colloquio huic Nicol. *Sander* oppoſuit librum de Iuſtificatione A. 1585. 8. Illud autem editum eſt a Theologis Ducalibus, cum ipſorum præfatione, in qua agitur de cauſis, propter quas acta iſtius colloquii non debeant ſupprimi, ſed publicari, & de cauſis colloquii.

P. 147. b. *Bona opera*, ut S. Auguſtinus de fide & bon. oper. c. 14. ait, *ſequuntur iuſtificatum*, non autem præcedunt iuſtificandum.

Loquitur Auguſtinus *de operibus iuſtitiæ, quæ percepta ac profeſſa fide, toto vita curſu* a fidelibus præſtanda ſunt. Guil. *Forbeſius* Conſid. controverſ. p. 10.

CII.

Rod. HOSPINIANI Hiſtoriæ ſacramentariæ Partes II. Tiguri 1598. & 1602. In prima agitur de cœnæ dominicæ prima inſti-

ſtitutione, eiusque vero uſu & abuſu in primitiva eccleſia, item de origine, progreſſu, cærimoniis & ritibus Miſſæ, transſubſtantionis, & aliorum errorum pontificiorum, inprimis *Bellarmini.* In altera de origine & progreſſu controverſiæ ſacramentariæ de cœna Domini, inter Lutheranos, Vbiquiſtas & Calvinianos exortæ, ab A. 1517. uſque ad 1602. ubi etiam de origine & progreſſu Vbiquitatis & Libri concordiæ agitur. Contenta ſpecialia huius operis recitantur poſt Indicem, primo Tomo præmiſſum. In epiſtola dedicatoria diſſeritur de origine & progreſſu papatus, chriſtiana religione ad Helvetios translata, & reformatione papatus ibi facta, traditurque, *Cinglium* iam A. 1516. conferre & diſputare coepiſſe cum MATTHÆO Cardinale, & epiſcopo ſedunenſi, de eccleſiæ corruptione, de humanarum traditionum fœdis erroribus, & graviſſimo cærimoniarum pondere.

CIII.

Io. FVNCCII Chronologia, cum Commentariorum libris X. Wittebergæ 1570. Illa antehac erat omnium temporum & annorum ab initio mundi uſque ad annum Chriſti 1561. computatio, in hac autem editione, eaque aucta & multis locis correcta, producitur uſque ad annum 1575. Quamquam *Funccius* non pertigerit niſi ad annum 61. aut plurimum 65. Et quidem methodice enumerantur omnium populorum, regnorumque memorabilium origines, ac ſucceſſiones: item omnes eorum reges, quando quisque coeperit, quam diu regnarit, quid dignum memoria geſſerit, quis ſtatus populi Dei fuerit, ac quemadmodum translata ſint imperia, a populo in populum. Viri quoque illuſtres, eorumque egregia facinora, & alia memoratu digna ſuis locis breviter referuntur. In Commentariis autem cum ordinis in eodem opere obſervati ſuis locis ratio probabiliter redditur, tum difficilia quædam S. ſcripturæ loca commode explicantur, adiunctis obiter iis hiſtoriis, quæ in ipſo Chronologiæ opere adſcribi nequiverunt, & tamen ſumme videbantur neceſſariæ. In epiſtola Chronologiæ dedicatoria auctor ſcopum illius ſcripti, nec non methodum & præſtantiam eius, atque inſignes hiſtoriæ utilitates indicat celebratque. Recuſum eſt hoc opus Wittebergæ A. 1578. & 1602.

Com-

Comment. lib. V. H iij. Plinius Iunior, cum *Hiſpaniarum* præfecturam gereret &c. Immo *Ponti & Bithyniæ.* G. Io. *Voſſius* Opp. hiſtor. T. II. 54.

Io. *Funccius*, germanice *Funck*, natus in altero Noribergenſis civitatis ſuburbio, quod Wehrda dicitur, patria ſtatione ob denegatam libri Interim ſubſcriptionem, aut, ut ipſe narrat in Relatione de controverſia circa iuſtitiam fidei prutenica A iiij. ob improbatum auguſtiſſimi Imperatoris bellum, certe ob eandem, qua Andr. *Oſiander* dimiſſus fuit, cauſam, venit, vocante sereniſſ. *Alberto*, Marchione Brandenburgico, & Pruſſiæ Duce, in Pruſſiam, & poſt miſſionem in partes Lituaniæ, quæ celſiſſimo huic Principi parebant, conſtitutus fuit parochus Veteris urbis regiomantanæ, deinde vero concionator aulicus, ac tandem, depoſito munere ſacro, conſiliarius aulicus. Sed politica negotia capiti eius exitioſa fuere. Nam a regis Poloniæ SIGISMVNDI legatis, nomine totius Provinciæ, accuſatus moliminis rerum novarum & perturbatæ tranquillitatis publicæ, in primis etiam ſuaſionis *Friderico* Duci datæ, ut, quando neminem ſubiectorum in Pruſſia amplius fidum haberet, ad gentiles ſuos in Germaniam ſe reciperet, cum Matthia *Horſtio* & Io. *Snellio*, Alberti Brandenburgici conſiliariis, eiusdem criminis reis, capite truncatus eſt Regiomonti in foro A. 1566. æt. 48. Dicitur ante ſupplicium hoc pronunciaſſe diſtichon:

Diſce, meo exemplo, mandato munere fungi,
Et fuge, ceu peſtem, τὴν πολυπραγμοσύνην.

Vide ipſum *Funccium* in Epiſt. dedicator. initio, ubi bonam vitæ ſuæ partem deſcribit, M. *Adamum* in Vitis theolog. 411. *Mörlinum* in Hiſtor. von der Oſiandr. ſchwærmerey B 4. L. *Oſiandrum* Hiſt. eccleſ. Cent. XVI. 802. Caſp. *Sagittarium* Introd. in Hiſtor. eccleſ. 119. *Spizelium* hiſtel. literat. 648. & *König.* 322. Idem *Funccius* ſcripſit Vitam Theodorici, Enarrationes in pſ. IX. & CIII. Veramque narrationem de exordio controverſiæ Oſiandri, & Declarationem de iuſtificatione. An vero eius Commentaria in Apocalypſin, & Vita Andr. Oſiandri, quorum ſpem fecit, in lucem exiverint, non liquet. *Friſius* Epit. Biblioth. Geſner. 440. Neque etiam pro certo aſſumſerim, quod *Mislenta* apud Placcium de pſeudon. 296. & *Franzius*, Michaëlque *Waltherus* apud Crenium Diſſert. III. de furib. librar. §. 28. referunt, Chronologiam Funccii auctorem

rem

Digitized by Google

rem habere Andr. *Oſiandrum*, nomenque ut ille ſuum præfigeret, paſſum eſſe huncce, quo (ut *Mulenta* addit) eum in aula procliviorem ad quemlibet nutum patronum haberet: nam initium operis a Funccio factum, & prior pars impreſſa Noribergæ, altera quoque ibidem abſoluta ante fuerat, quam in Pruſſiam ſe conferret; atque ipſe præterea narrat in Præfat. quomodo Commentarios in Aula, plus otii nactus, formaverit atque conſcripſerit. Quid? Cum Funccius ab opinionibus Oſiandri, ſoceri ſui, in Pruſſia defeciſſet, eumque adeo valde offendiſſet, hic procul dubio vindictam adverſus eum uſurpaſſet, & plagium, ſi quod foret, publice indicaſſet. Tamdiu igitur Funccius pro auctore videtur agnoſcendus eſſe, donec contrarium iuſte ac firmiter ſit probatum. *Bodinus* Meth. hiſt. c. 2. ſcribit: *Inter eos, qui non tantum illuſtrium, ſed omnium populorum initia, ſtatus converſiones, & lapſus deſcripſerunt, nemo, ut mihi videtur, accurratius id perfecit, quam* Io. Funccius, *qui certiſſima ratione temporum ea collegit, quæ* ab Euſebio, Beda, Lucido, Sigiſmundo, Martino, Phrygione *tradita fuerunt.* Iac. Aug. *Thuanus* Hiſtor. lib. 38. p. 718. teſtatur, eum *eſſe doctum, & opere chronologico, quod tanquam exactiſſima ratione putatum ab eruditis omnibus maxime probatur, de rep. bene meritum.* Et *Franzius* de Interpretat. SS. ſcriptur. Orac. XLI. p. 427. *Chronologiam* iſtam *ſtudioſis theologiæ apprime utilem* iudicat. Nec ipſe *Funccius* in ſæpius allegata Præfat. dubitat his uti verbis: *Vicit utilitas* (præſentis ſcripti) *difficultatem, & me toties ad perficiendum hoc opus revocavit, donec tandem, favente Deo, non tantum id, quod primum inſtitueram, ſed tale quoque opus a me ſit conſcriptum, cuius fortaſſis me neque pœnitere, neque pudere unquam debuerit.*

CIV.

M. Ant. COCCII Sabellici Opera omnia per Cælium Secundum CVRIONEM. Baſileæ 1560. Tomi IV. Comparavi a bibliotheca academiæ Iuliæ. *Primo* tomo comprehenduntur Rhapſodiæ hiſtoriarum ab orbe condito enneades V. *Secundo* 1) Rhapſodiæ enneades VI. uſque in annum 1504. Hiſtoria hæc ultimum eius eſt ſcriptum Cuius Compendium, quod ad patriarchas attinet a creatione mundi uſque ad Ieruſalemi deſtructionem de-

dit Guil. *Nicolſius*, Londini 1711. 12. 2) Rerum venetarum ab urbe condita decades III. & quartæ libri III. p. 1086. uſque ad Auguſtinum BARBADICVM Ducem. *Tertio* Supplementi libri XXIX. ab anno 1505. uſque ad annum 1560. eiusque auctor eſt Cæl. Secund. *Curio.* *Quarto* 1) Exemplorum libri X. p. 1. 2) de Aquileiæ antiquitate libri VI. 201. 3) de Venetæ urbis ſitu libri III. 251. 4) de Venetis magiſtratibus liber I. 278. 5) de Prætoris officio liber I. 301. Vbi agit de prætorii muneris origine & incrementis, de electione prætoris, provinciæ optatione, delectu & cultu prætoriæ familiæ, comitatus moderatione, prætoris officio in prima congratulatione, de prætoris prima concione, domeſtica admonitione, monitione liberorum, & legati, de apparatu bellico, iuris dicendi ratione, de prætoris vultu, quum ius dicit, iracundia frænanda, matura cauſarum cognitione, callida iuris interpretatione eritanda, moderata animadverſione, ſeveritate in animadverſione ſervanda, de quæſtione, humanitate domi ſervanda, moderatione domeſticorum, quid cuique credendum, de prætoris annulo, provincialium aſſentatione evitanda, delatoribus audiendis, quæ familiaritates recipiendæ ſint, de munerum captione, factionibus compeſcendis, provinciæ luſtratione & ultima ſatisfactione. 6) de officio ſcribæ dialogus. 313. In quo diſſeritur de officii huius partitione, veteri ſcribarum officio circa ſacra, neceſſariis ſcribæ virtutibus, ſpeciatim fide & taciturnitate, ingenio & urbanitate, induſtria & prudentia. 7) de latinæ linguæ reparatione dialogus. 321. 8) Epiſtolarum familiarium libri XII. 337. 9) Orationes XII. 473. 10) Poëmata varia. 525. In editione lugdunenſi anni 1535. extat Sabellici præfatio in Enneadas, & alterius Explanatio vocabulorum quorundam, obiter inter legendum annotatorum: quæ quidem in noſtra editione non comparent. *Rhapſodia* autem vocem Hiſtoriæ ſuæ impoſuit Sabellicus eo ſenſu, quo ſignificat coaptationem, compoſitionem, ſeu variarum rerum in unum codicem concinnationem. De qua ille ſic ſeſe explicat in epiſt. apologet. ad Democritum, Parti II. Enneadum præfixa: *Si quis de Rhapſodia voce nobis litem intenderit, ita occurrito, me unam graii nominis partem ſecutum peregrinam maluiſſe vocem uſurpare, quam ex noſtratibus unam, qua nulla ſatis honeſta fingi potuit. Quanquam meminiſſe*

niſſe poterunt illi, fuiſſe, quod ad reliquum dictionis attinet, canere *apud maiores, quod nunc eloqui eſt, ſi* Strabo *verus eſt auctor. Nec quia modulatus ſit poëtarum ſermo, minus quadrat nobis ratio: eſt enim poëtica cognata hiſtoria, ac quodammodo ſolutum carmen, ut ſcribit* Fabius*; idque adeo verum eſt, ut* Livius *graviſſimus auctor, ab heroico hemiſtichio ſit hiſtoriam exorſus.*

M. Anton. *Coccius* natus in Vico Varronis ad Anionem fl. in via Valeria, ſi Paulo *Iovio* credimus, patre fabro ferrario, ſi aliis, e nobili Cocceiorum familia, primum ludi tiburtini magiſter, deinde, cum ſe Pomp. *Læto* expoliendum tradidiſſet, ab eodem ſolitis cærimoniis in academiam receptus, *Sabellicus* cognominatus, publiceque poëta creatus fuit. Inde Vtini, Vicetiæ, & Venetiis literas humaniores docuit, tanta oculorum præſtantia gaudens, ut noctu e ſomno evigilans, denſiſſimis in tenebris libros & cameram ſuam cernere & accurate dignoſcere poſſet. Sed nec ſine vitio fuit: nam mulieroſus erat, & Veneri nimium quantum deditus, ita ut morbo, qui gallicus dicitur, inde contracto magnos inter cruciatus deceſſerit anno 1507. æt. 70. *König.* 712. G. I. *Voſſius* de Hiſt. lat. l. 3. c. 12. p. 208. *Cren.* T. III. Method. 208. Io. Pier. *Valerianus* de Litter. infelic. l. I. p. 292. Interim negari nequit, eum inter litteratos inclytum merito nomen adeptum eſſe, eiusque elogia legi poſſunt apud *Blount* 505. & *Voſſium* l. c. Quibus adde ſequentia: Sabellicus, alter Italiæ Livius. *Schurzfleiſch* in Biblioth. Schrader. P. I. K 7. Sunt, qui vel paucorum annorum, vel unius tantum gentis aut populi, aut principis res ſtilo complectantur. Qui vero res omnium ab orbe condito temporum, regionum, regum, & populorum, genere orationis tot tantisque rebus apto & concinno poſteritati mandaverit, præter hunc unum Sabellicum nemo, quod ſciam, invenitur. Cæl. Secund. *Curio* in ep. dedicat. ad SIGISMVNDVM AVGVSTVM, Sarmatarum regem, operibus hiſce præfixa. Et quamvis ab *Andradio* in Defenſ. fid. trid. 425. auctor dicatur copioſus magis, quam diligens; tamen Lud. *Vives* l. 5. de trad. diſcipl. diligentiæ pariter & caſtitatis dictionis laudem ei tribuit. Nec defuere, qui fidem ejus cum in Rhapſodia, tum in Hiſtoria veneta dubiam redderent; contra quos ille tamen ſe fortiter defendit in epiſtola apologetica, quæ in principio extat tomi ſecundi, ſeu poſterioris Enneadum partis, ita ut oſtendat, me-

ras eſſe calumnias, ſe ſeque mutuo deſtruentes. Credo, lector haud grave fore, verba eius ipſa percipere; neque ego ea huc tranſcribere gravabor: *Quod ad hiſtoria fidem attinet, nullam reformido calumniam, quum omnia, qua ſcribuntur, vetuſtiſſima ſint, & procul ab hominum memoria remota, atque ex his potiſſimum ſcriptoribus excerpta, qui hiſtoria legem non ſervaſſe ſolum, ſed conſtituiſſe etiam videri poſſint: quam obtrectationis cauſam adepti alienarum rerum oblatratores noſtram, ut audio, fidem in veneta criminantur Hiſtoria, tanquam in ea relatione, qua in noſtra deſcendit tempora, periclitari neceſſe fuerit, nec fieri potuerit, ut non gratia aut odium ſtilum a vero deflexerit. Qua hominum calumnia ſi quid habeat ponderis,* Thucidides, Xenophon, Polybius, Ioſephus, Egeſippus, *& ex noſtris* Livius, Criſpus, Cornelius, *& alii, qui permulti ſunt, pro vanis repudiari poſſunt, qui non res tantum ſuorum temporum in litteras miſere, ſed quibus etiam gerendis eorum aliqui prafuerunt. Caterum nullus eſt (quod ad calumnia veritatem attinet) in Veneta hiſtoria locus, ut publice teſtari ſoleo, quem non ſim vel magna ſponſione paratus in venetis annalibus ex fido repraſentare, aut in iis certe, qui commentarios ea de re ſcriptos reliquere. Quodſi domeſticis ſcriptoribus eſt fides abroganda,* Livius *fabulam ſcripſit, non hiſtoriam, qui romanos, non punicos ſecutus eſt annales. Enim vero duobus recentiſſimis bellis, othemannico & ferrarienſi, (quod in rhatico poſtea bello & gallico feci) quia nulla adhuc de his rebus extabant litterarum monumenta, eorum ſum fidem ſecutus, qui hoc vel illud obiuere negotium; nec unius interim, ſed plurium ſimul commentarios ſequebar, quos de eadem re ad me datos diligenter conferebam, ut non niſi, qua plures traderent, ac propiora vero viderentur, pro veris haberemus: in quibus ſi quid illi memoria lapſu (nam gratis mentiri quid attinuiſſet?) a vero aberrarunt, non ſtudium mihi defuit veri indagandi, ſed inveniendi felicitas. Quanquam non video, qua alia veteres illi hiſtoriarum conditores uti potuerint ratione in ſuorum temporum rebus referendis: nam negotiis omnibus intereſſe non potuerunt. Sed audi, quaſo, quam ſit caca invidia, qua nil aliud novit, quam aliena carpere. Vrbani obtrectatores, (nam ubinam hac peſtis non plus nimio invaluit?) qua ſunt Venetorum ſecunda, me frigide, & velut invitum ſcribere criminantur, ſi qua adverſa, rerum atrocitatem verbis augere: contra externi plus aquo veneta laudi datum cavillantur. Qua diverſa calumnia ratio plane arguit hiſtoria tempera-*

men-

mentum, quod tam hi, quam illi ex caliganti invidia ſpecula nequeunt intueri. Sed ſi invidia, quid verum ſit, quid aequum, perſuaderi poſſet, vel hoc uno omni nos abſolverent ſuſpicione, quod peregrinus homo veni ad res venetas ſcribendum, nulli propemodum notus, proculque a veneta civitatis conſpectu totam (Verona mihi eſt teſtis) texui hiſtoriam. Fui proinde tunc ego tam procul ab omni odio & gratia, quum illa commentabar, quam in iis me eſſe oportuit, quae nunc aliarum gentium eduntur: ſunt enim ab omni hominum memoria remota. Sed valeant invidi, ac ne non ſemper ſit illis, quod agere poſſint, cepas mandere iubeo, & flere.

CVI.

M. Anton. SABELLICI Rerum venetarum libri XLIII. Venetiis apud Andr. de Toreſanis de Aſula 1487. Editio elegantiſſima, quae & antiquitate, & chartae puritate, & typorum venuſtate ſe quam maxime commendat Et ideo hunc codicem magno in pretio habeo, diligenterque aſſeruo. Sabellicum in hiſtoria veneta ſcribenda excepit Petrus *Bembus*, Bembum Andr. *Maurocenus*, Maurocenum Bapt. *Nani*, Nanium Mich. *Foſcarenus*, atque hunc Petrus *Garzonius*, qui iam duos laboris & induſtriae ſuae Tomos orbi dedit atque adprobavit erudito, & Pacificationi paſſerovicienſi, a ſereniſſima Rep. Veneta cum plena poteſtate miſſus orator, nuper interfuit, ſuasque res egit feliciter. Qualis vero Hiſtoriae huius praeſentis conditor? Eſt ſcriptor (1) terſiſſimus: (2) florentiſſimus: (3) eloquentiſſimus, optimeque de Rep. (veneta) meritus: (4) cuius cineribus plurimum debet veneta civitas: quique primus eloquentiae ſuae fulgore lumen rebus venetis infudit: (5) alter Italiae Livius.

CVII.

Hiſtoria feſti ſecularis academiae Iuliae, deſcripta a Chriſtophoro SCHRADERO. Helmſtadii 1678. Feſtus ille dies,

 quo

(1) I. C. *Neu* in Acceſſion. ad Whear. 205. (2) Oct. *Ferrarius* Opp. var. T. I. 502. (3) P. *Bembus* in ep. ad eum perſcripta. (4) Pet. *Iuſtinianus* Hiſtor. venet. lib. I. p. I. (5) *Schurzfleiſch* in Biblioth. Schrader. P. I. K 7.

quo clementiſſima voluntate & auſpiciis ſereniſſimorum Principum, Ducum Brunsvicenſium & Luneburgenſium, ſæculum ſuum primum gratulabunda finiebat, & ſecundum feliciter auſpicabatur, erant Idus Octobris A. 1676. Contenta autem libri ſunt ſequentia: 1) Deſcriptio iubilæi huius academici, in eaque depingitur ſtemma ſereniſſimorum Academiæ Iuliæ Nutritorum. p. 15. 2) Concio ſive ſermo ſacer Io. *Rittmeieri*. 37. Cui ſubiunguntur Nomina Superintendentium, archidiaconorum, & diaconorum eccleſiæ huius urbis. 53. 3) Concio Andr. *Frölingii*. 55. 4) Concio Henn. *Kochii*. 81. 5) Oratio C. *Schraderi*. 97. 6) Orationes Promotorum ſeu brabeutarum in IV. Facultatibus, videlicet Henr. *Rixneri*, Dan. *Claſenii*, Hermanni *Conringii* & Pauli *Heigelii*, cum Orationibus Procancellariorum, & iuramentis, quæ promovendi in ſingulis ordinibus tenentur præſtare. 152. & ſeqq. 7) Andr. *Frølingii* Gratiarum actio. 231. Adiungitur 8) figura Nummi huius iubilei. p. 255. & 9) Nomina Profeſſorum acad. Iuliæ ab eius natalibus uſque ad præſens tempus. 256.

Chriſtoph. *Schrader*, Rethmaria-luneburgicus, Ioannis, paſtoris in prædicto pago filius, Rud. *Diepholdi*, Chriſtophori *Heidmanni*, Nic. *Granii*, Conr. *Horneii*, G. *Calixti* in academia Iulia, in Leydenſi vero Dan. *Heinſii*, Ger. Io. *Voſſii*, Conſtantini *l'Empereur*, Andr. *Riveti* & Iac. *Golii* diſcipulus, Matthiæ *Oberbequii*, litterarum ac litteratorum magni Mæcenatis, per IX. annos ſtipendiarius, profeſſionem eloquentiæ, ad quam, a Senatu academiæ Iuliæ, ſapientiſſimo ac litteratiſſimo Principi Auguſto, Duci Brunsvic. ac Luneburg. commendatus fuerat, tanto ſtudio atque emolumento XLV. annis obivit, ut auditores, ſeſe Tullium, aut ſi quis eo melior gratiorque unquam dicendo fuit, audire crederent. Nec tantum ſuada eum ornabat, verum etiam prudentia, iuventutem recte informandi notitia, & omnis generis virtus: adeo etiam erat modeſtus, ut altero profeſſionis ſuæ anno, quia id conveniens erat ſuo muneri, præmiſſo examine bonarum artium Magiſtrum & philoſophiæ Doctorem renunciari ſe pateretur. Tantum abeſt, ut legibus & ſtatutis academicis, morique recepto vel minima in parte reluctari, & ſingularitatis ſpeciem ambire iuſtum putaret. Cumque magna indu-

duſtria officii ſui partes obiret, ac multiplicis virtutis, ſcientiæ & doctrinæ ſpecimina ederet, hinc factum eſt, ut laudatus iam, ſed nunquam ſatis laudandus Princeps, qui bene merentibus favere ſolebat, eum non modo Præpoſitum monaſterii bergenſis prope Helmſtadium, ſed etiam ſcholarum Ducatus ſui Inſpectorem generalem clementiſſime conſtitueret: quo referendum, quod & cura bibliothecæ academicæ eidem fuerit concredita, tanto quidem cum fructu, ut etiam poſt fata potuerit teſtari, magnamque litem dirimere. Præterea non ſatis eſſe exiſtimans, voce docere, ac præſentes inſtituere, variis ſcriptis poſteritati conſuluit, inter quæ caput effert Commentarius de Rhetoricorum Ariſtotelis ſententia & uſu, cetera autem ſunt Diſputationes, Diſpoſitiones, Orationes, Programmata, Chronici marienthalenſis Meibomiani continuatio, Tabulæ chronologicæ, &, quæ nondum edita ſunt, meletemata de Excerpendi methodo, & Ordinatione ſcholarum. Tandem cum per ſeſquiannum apoplecticis affectibus labefactari coepiſſet, in dies imbecillior eſt redditus, donec A. 1680. d. 4. Aprilis, ætatis 79. cum dimidio, placide animam exhalaret, vir probus, pius, prudens, cautus, πολύτεκνος καὶ εὔτεκνος, i. e. multorum & optimorum liberorum pater, caritate erga omnes inſigni, humanitate, doctrina & virtute imperantibus pariter ac parentibus gratus acceptusque, & liber ab adverſariis, niſi quod contra Io. *Hülſemannum*, theolog. wittebergenſem, in Præfat. iteratæ editioni diſputationis de Gratuita iuſtificatione præfixa, ſe ſe defendere neceſſe iudicaret. Vide eius Memoriam, in R. H. *Rollii* Memoriis philoſophorum p. 369. deſcriptam a Melch. *Smidio*, C. *Arnoldum* & *Gutberlethum* præfat. in Ruperti Obſervat. in Beſoldi Synopſ. *Sagittarium* præfat. in librum de Martyrum conciatibus, *Fabricium* in Gyrald. de Sepultur. 23. *Schurzfleiſchium* Epp. arcan. T. I. 50. & *Kriegkium* Commentar. in Conſtit. rei ſchol. Ilfeld. 221. atque in Vita Dransfeldii 63.

Inaguratio academiæ Fridericianæ, ſive Halenſis, conſcripta a Chriſtoph. CELLARIO. Halæ Magdeburgicæ 1698. Dedicata hæc academia fuit potentiſſimi tunc Electoris Brandenburgici, FRIDERICI III. poſtea Regis Pruſſorum, ſereniſ-

ſi-

ſimis auſpiciis, natali ipſius die, Calendis Iuliis A. 1694. Habes hic Dedicationem Vniverſitatis, Privilegia, Programmata, Epiſtolas & Invitationes, Orationes Beniaminis *Vrſini*, Io. Guil. *Baieri*, Pauli Lib. Bar. *de Fuchs*, C. *Cellarii*, Gratulationes, & Carmina.

Chriſtoph. *Cellarius*, ſmalcaldienſis, cuius abavus *Keller* vocabatur, I. A. *Boſii* Io. *Friſchmuthi*, Erh. *Weigelii*, Fridem. *Bechmanni* & Petri *Haberkorni* diſcipulus, primum ebraicæ linguæ atque ethicæ profeſſor weiſſenfelſenſis, deinde rector trium lyceorum, vinarienſis videlicet, cizenſis, & merſeburgenſis, denique profeſſor eloquentiæ atque antiquitatum, nec non bibliothecarius in academia halenſi, vir pius, gravis, humanus, in proponendis iuventuti auctoribus caſtus & circumſpectus, pacis & concordiæ amans, & tamen adverſarios nactus Olaum & Andr. *Borrichios*; multa præclara ſcripſit in litteratura latina, græca & orientali, magniſque calculi veſicæ cruciatibus affectus atque enectus occubuit A. 1707. ætatis 68. Io. Georg. *Walchius* in eius Vita, quæ Diſſertationibus eiusdem academicis præfixa eſt, & ſubiunctum habet indicem lucubrationum cellarianarum. De eius autem curis atque laboribus, in locupletando Fabri Theſauro collocatis, legendus eſt non tantum *Walchius* in prædicto Indice; verum etiam Ian. Gregor. *Betulius*, quem Io. Georg. *Burckhardum* eſſe conſtat, in Epiſt. ad amicum p. 17. & altera ad Iren. Philalethem p. 11. & ſeqq. Notabis etiam elogia Cellarii, quæ ex *Perizonio*, *Morhoſio* & Ol. *Borrichio* excerpta, leguntur p. 12. & 13. alterius illius epiſtolæ. Idemque a *Morhoſio* in præfat. in Polyhiſt. literar. vocatur diligentiſſimus caſtigatæ latinitatis vindex; atque a *Crenio* Animadverſ. P. IV. 81. vir citra ambitionem doctus, omnia ad utilitatem, nihil ad oſtentationem ſcribens. Quibus adde Conſtitutionem rei ſcholaſt. ilfeld. deſcriptam ab altero eius Neandro, *Kriegkio* p. 222. eiusdemque Notas in Vitam Dransfeldianam p. 534.

Secularia ſacra academiæ regiæ Viadrinæ. Francofurti ad Viadrum. 1708. Ex dono illuſtris Academiæ prædictæ. Sacra illa celebrata fuere A. 1706. & deſcripta a Ioan. Chriſtophoro BECMANNO. Conſtat hic liber IV. Partibus: In prima traditus hi-

hiſtoria tertii natalis Academiæ viadrinæ, latine & germanice. In ſecunda Litteræ Vniverſitatis ad Regem auguſtum & Principem regium, item ad Miniſtros Status, & exteras Academias, Gymnaſia, & alios, cum Reſponſoriis illorum, Sam. *Strimeſii* Concione in Pſ. 118, 1-4. & Tidonis Henr. *de Lith* Oratione ſeculari, Actis ſolennium omnium Facultatum promotionum, Leon. Chriſtoph. *Sturmii* Deſcriptione arcuum triumphalium, Deſcriptione nummorum quorundam ſymbolicorum, & Mich. *Rhode* Carmine, quo ille miracula ſeculi II. Academiæ viadrinæ eleganter cecinit. In tertia Carmina & Actus gratulatorii non tantum Academicorum & Gymnaſiorum aliquot, ſed etiam Godofredi *Wegneri*, Ioannis Chriſtophori *Belzii*, & Henrici *Meierotti*. In quarta Arn. *Weſenfeldii*, Bartholdi *Holzhuſii*, & Tid. Henr. *de Lith* orationes, cum Chriſtiani *Kortholti* filii Carmine gratulatorio. Interfuerunt hiſce ſacris exterarum Academiarum & Gymnaſiorum ablegati, & quidem ab academia Cantabrigienſi Andreas *Snape* S. theolog. D. Ludolph. *Penrice* Legum D. Ludolph. *Kuſter* L L. D. Henr. *Plumptre* Medic. D. Guil. *Krigg* Artium M. qui tamen morbo in via correptus, præſens eſſe non poterat; ſponte autem & cupiditate academias germanicas viſendi ductus ſe iis adiunxerat, & locum in cœtu miſſorum occupabat Georg. *Trenchard* Eques; a Wittebergenſi Io. Henric. *Berger* IC. & Cod. tunc profeſſor, auguſtique Regis Polon. atque Electoris Saxonici conſiliarius; a Regiomontana Io. Albertus Comes *de Creutz*, ſupremi in Boruſſia appellationum Tribunalis, Aulæque regiæ conſiliarius, Tapiacenſis diſtrictus gubernator, & Aerario Boruſſiæ præfectus; ab Helmſtadienſi ego Ioannes *Fabricius*; a Rintelenſi Henricus Erneſtus *Keſtner*, I. V. D. & prof. ordinarius; ab Halenſi e IV. Facultatibus, D. Paulus *Antonius*, D. Henricus *Bodinus*, D. Fridericus *Hoffmannus*, & Ioannes *Sperlette*; a Gymnaſio Serveſtano Theodorus Chriſtianus *Raumer* Theolog. D. linguar. oriental. profeſſor, ac Gymnaſii rector, & Philippus Conradus *Limmer* Medic. D. & phyſic. ac mathem. profeſſor; a Lingenſi Io. *Wilhelmius*, theol. D. & prof. gymnaſiique rector; denique a regio Ioachimico, quod Berolini eſt, Io. *Meier*, eius ſubrector.

Wolfgangi IODOCI (*Iobſten*) Brevis deſcriptio urbis Francofurtenſis ad Oderam, cum variis Additionibus Io. Chriſtophori *Becmanni*. Francofurti ad Oderam 1706. In qua delineatio exhibetur Novæ foſſæ, qua mediante Viadrus & Sprea iunguntur, ſubque finem deſcribitur epiſcopatus, nunc præfectura & civitas Lebuſina, ſive Lubucenſis; quæ tamen diſtinguenda a monaſterio ſileſiaco, Luba.

Eiusdem BECMANNI Notitia Vniverſitatis francofurtanæ. A. 1706. Ante XXX. quidem annos impreſſa, nunc autem reconcinnata, & paſſim aucta: acceſſerunt enim 1) Publii Vigilantii Bacillarii *Axungia* Hiſtoria inaugurationis Vniverſitatis. 2) Series rerum ad Carthuſiam francofurtanam pertinentium. 3) Series documentorum aliquot, ad eccleſiam S. Nicolai apud Stendalienſes ſpectantium. 4) Cyriaci *Herdeſiani* Hiſtoria receptionis urbis francofurtanæ. 5) Series profeſſorum ordinariorum, qui anno ſeculari Vniverſitatis ſecundo vixerunt.

EIUSDEM Catalogus Bibliothecæ Vniverſitatis francofurtanæ. 1706. Ad ſeriem alphabeti digeſtus, atque iam tum Anno 1676. 4. vulgatus, nunc autem bonam partem locupletior. Hæc omnia recenſentur in *Actis erud.* A. 1709. 155. & multis exornata ſunt iconibus.

In Catalog. biblioth. publ. Vniverſitat. francofurt. p. 22. Lucæ Bacmeiſteri *Bekäntnis* der calviniſchen Lehrer, & *Diſpp. theolog.* XXIII. contra Concil. trident.	Sunt *filii cognominis.* *Moller* de homon. 649.
55. Ioachimi Camerarii, profeſſ. lipſienſis *Hortus medicus*, *Epitome* de plantis, *Preſervatio* a peſtis contagio, *Opuſcula* de re ruſtica, *Symbolorum* & emblematum Centuriæ IV.	Hæc omnia ſunt *filii cognominis*, poliatri noribergenſis. *Moller* 659.
108. Valentini Guiliemi Forſteri *Hiſtoria Iuris Romani.*	Eſt *Valentini Forſteri*, patris. *Moller* 675.

Illud

Digitized by Google

Pag. 132. Ioannis Gualteri *Chronicon chronicorum eccleſiaſtico-politicum* : & *Tabula chronographica* ſtatus eccleſiæ catholicæ.	Illud eſt *Iani Gruteri* ; hæc autem *Iac. Gualteri. Moller* de homon. 681.
Ant. de Guevara *Exegemata* in Habacuc, *Mons* Calvariæ, *Epiſtola*, *Horologium* Principum.	*Confunduntur hic duo cognomines*: nam Mons Calvariæ, Epp. & Horlogium Principum ſunt ſenioris, CAROLI V. concionatoris aulici, chronographi & conſiliarii; Exegemata autem in Habacucum iunioris, ex ICto palatino ac milite PHILIPPI II. Hiſpan. Regis ſacerdotis aulici, S. Michaëlis de Schalada Prioris, & tandem eremitæ. *Moller* 682.
182. Polycarpi Lyſeri *Harmonia* Calvinianorum & Photinianorum in doctrina de cœna Domini.	Eſt *filii*, wittebergenſis, ac primum in academia patria, deinde Lipſiæ profeſſoris theologi. *Moller* 694.
186. Aldi Manutii *Orthographia ratio*, & *Grammatica inſtitutiones græcæ*.	Illa eſt *nepotis*; hæ *avi*. *Moller* 697.
212. Io. Chriſtoph. Oelhafius *de Seminario peſtilentiali*.	Auctor illius eſt *Ioach.* Oelhafius, Medic. D. & in gymnaſio gedanenſi profeſſor. *Moller* 708.
204. Andreæ Sev. *Velleii Hiſtoria eccleſiaſtica* a temporibus Caroli M. uſque ad Imp. Henricum IV.	Hiſtoria iſta concinnata eſt ab *Adamo bremenſi*; *Velleius* autem tantum eius *editor*. *Moller* in Iſag. ad Hiſt. cimbr. P. I. 66.

Ioannes Chriſtophorus *Becmannus*, ſerveſtanus, Chriſtiani filius, peractis in Bataviam & Britanniam itineribus in academia Viadrina græcæ linguæ, deinde hiſtoriarum, ulterius politices, impetrataque laurea doctorali theologiæ iuxta ac polit. & hiſtor. uſque dum haſce duas genero ſuo traderet, profeſſor, bibliothecæ academicæ præfectus, gymnaſiique Ioachimici berolinenſis inſpector, vir eleganter doctus, curioſus, facundus & humanus, concinni ordinis amans & inſtructor, ſicut viva voce ſtudioſis prodeſſe ſtuduit, ita & variis inclaruit ſcriptis, quæ ſatis nota ſunt, videlicet Meditationibus politicis, Hiſtoria orbis terrarum, Hiſtoria anhaltina cum Acceſſionibus, Notitia dignitatum illuſtrium. Quo refer multas eius Diſpp. Hiſtoriam marchicam fere ad finem perductam, & Refutationem libri, cui titulus, *Allerunterthänigſte Addreſſe*. Docuit publice L. annos, atque eopſe, quo iubileum ſuum celebrabat academicum, videlicet Chriſti 1717. ætatis 75. naturæ debitum ſolvit, ſiluitque. Vide auctorem Novorum de rebus erudit. Anno 1717. pag. 341. *Feltmann.* de Tit. honor. 153. *Schurzfleiſch.* Epp. ſelect. pag. 14. *Helvvich.* Vindic. diſcuſſ. 158. & *Hübner.* præfat. in Qq. geograph. n. 39.

Wolfgangus *Iodocus*, ſive *Iobſt*, Doctor Medicinæ & phyſic. profeſſor in academia Viadrina, publicæ etiam luci expoſuit Deſcriptionem urbium, clarus inter eruditos anno 1575.

Publius *Vigilantius*, argentoratenſis, primus in univerſitate francofurtana ad Oderam eloquentiæ profeſſor, ſe ipſum cognominans modo *Axungiam*, modo *Arbillam*, vir præſtantis ingenii, eloquioque promtiſſimus, tam bonus poëta, quam orator, ſed & philoſophus inſignis, reliquit Epigrammatum & Carminum librum I. & Progymnaſtica Marchionis *Ioachimi*, cumque in Italiam tenderet, inde in locum profeſſionis ſuæ translaturus litteras græcanicas, in via inter urbem, quæ olim Cornelia, iam vero apud Germanos Wimpfen vocatur, & Raveſpurgum, a ſceleſtis latronibus telo transiectus & necatus occubuit anno 1512. De diſcipulis tam præclare erat meritus, ut illi, in grati animi ſignum, elegans ei epitaphium facerent ac ponerent. *Fuit*, teſte

ſte Achatio *Philoſtorgo* præfat. in eius Progymnaſtica, *ingenio adeo puro, terſo atque emuncto, ut* nihil non emendatum *ederet in publicum, qui &* in familiaribus literis ſcribendisque epiſtolis *admodum fuit & rarus & exquiſitus, nihilque ſuum, quod diſertum non eſſet, cenſuerit.* In aliorum *vero* ſcriptis iudicandis penſitandisque *iudicio fuit & honeſto & liberali, nihil temere carpens, nihil etiam commendatione indignum memorans prædicansque.* I. C. *Becmannus* in Notitia univerſit. francofurt. p. 233.

Cyriacus *Herdeſianus*, Bemburgo-anhaltinus, ortus nobili familia *de Hardeheim*, XI. annos continuo peregrinatus per præcipuas Europæ regiones & regna, Galliam, Italiam, Hiſpaniam, Angliam, Scotiam, Belgium, totamque Germaniam, tam exquiſitam inde diverſarum linguarum peritiam acquiſivit, ut ſermones cum aliis non ſolum expedite, ſed & eleganter miſceret, cumque anno 1631. ſupremus cæſareani exercitus dux, Comes *Tillius*, urbem Francofurtum ad Oderam intraſſet, ipſe a Profesſoribus delectus fuit, qui eius gratiam ambiret, & pro Vniverſitate loqueretur. Antequam igitur in herois conſpectum veniret, quæſivit per internuncium, qua lingua vellet ſalutari, percipiensque, gallicam placere, tam exquiſitis ex tempore verbis negotium perfecit, ut omnibus ſatisfaceret. Erat autem tunc Iurium profeſſor, qui antea hiſtoriam docuerat. Sed non minus pius erat, quam eruditus, pietatisque ſuæ documentum etiam in hoc præbuit, quod publicas prælectiones ſemper precibus & inchoaret & finiret. Bituricenſibus ICtis, cum ibi ſtudiorum cauſſa commoraretur, ita ſe adprobavit, ut ei iura docendi facultatem concederent. Exſtant eius Carmina lingua italica, hiſpanica, gallica ſcripta, Hexagloſſæ eius næniæ in obitum *Ioachimi Erneſti* iunioris principis anhaltini, Antiqq. puteolanæ, Diſpp. polit. & iuridieæ, Epigrammata, Cynoſura iuris canonici, & alia. Tandem eum annum, qui fatalis erat Francofurto, utpote expugnatæ, & ipſe fatalem expertus eſt: obiit enim anno 1631. præter alias virtutes ſingulari diligentia commendabilis. *Becmann.* in Notit. univerſit. *francofurt*, 206, & in Catal. libror. biblioth. francofurt. 142.

Catalogus librorum D. Ioannis Adami SCHERZERI. Lipſiæ 1686. E quo patet, virum inſignem multos præclaros, quosdam etiam raros libros poſſediſſe. Vt hic adeo Catalogus præſtantiorum bibliothecarum, e. g. Carpzovianæ, Conringianæ, Gronovianæ, Heinſianæ, Iunianæ, Mayerianæ, Mulenianæ, Oizelianæ, Sarrazianæ, Scavenianæ, Schraderianæ, Scriverianæ, Tellerianæ, Thuanæ & ſimilium Catalogis adnumerari queat.

Catalogus bibliothecæ Georgii GREENII, olim profeſſ. publ. wittebergenſis, poſt concionatoris aulici Electoralis ſaxonici. Dreſdæ 1692. Et hæc bibliotheca in rubro vocatur *exquiſitiſſima*.

Species facti, cum ſententia IVRECONSVLTORVM TVBINGENSIVM, de loco, Doctoribus Iuris ac Medicinæ in urbe imperiali Noriberga competente. 1707. Scriptum rarum, nec ubivis obvium.

F I N I S.

IN-

Digitized by Google

INDEX AVCTORVM

Quorum libri recenſentur, aut de quibus memorabilia afferuntur.

ACronius Io. 356
Adrichomius Chriſtian. 371. 373
Aegidius romanus 90
Africanus Iulius 375. 379
Albertus magnus 91
Alcoran. 221. 223
De Alliaco Petrus. 343. 345. 346. 348
Alſtedius Io. Henr. 205
Altenburgenſe Colloquium 510
Alteſerra Ant. Dadin. 138
Amphilochius, iconienſis 336
Anabaptiſticum & enthuſiaſt. pantheon 194
Andreas, epiſc. magorenſis 346. 351
Andrea Iac. 93. 141. 142. 152
Andrevvs Lancel. 96
Anſelmus Ant. 241
ANTONINVS M. Aurel. 35. 37
Antonius, ſenenſis. 87. 91
Apoſtolius Mich. 384
Arciſſovius El. 60. 75
Aringhus Paul. 374
Ariſteas 387
Arminius Iac. 51
Arnoldus Chriſtoph. 194. 196. Gottfr. 442. 473
Aventinus Io. 306
AVGVSTVS II. R. Pol. 507
Axungia, v. Vigilantius.
Bacon 210
Baier Io. Guil. 520
Bail Lud 331. 335
Balduinus Frid. 96
Balſamon Theodor. 336. 337
Baptiſatus Bernard. 344. 350
Baro Vincent. 137
Baronius Cæſ. 178. 429. 450. Iuſtus 429
Baumann Chriſtoph. 374
Becanus Mart. 94. 103. 133
Beccus Io. 336. 338
Becmann Io. Chriſtoph. 520. 522. 524
Bellarminus Rob. 77. 104. 125. 137. 138
Bembus Pet. 517
Benettus Rob. 210
Benzelius Er. 384
Bergius Io. 127. Matthias 160
Berckel Abr. 368. 369. Ianus 370
Beveregius Guil. 335. 338
Beumler Marcus 152
Beyerling Laur. 133
Beza Theod. 93. 169
Beyer Hartm. 238
Bibliander Theodor. 223. 224. 225

Bi-

Bidembach Eberh. 19. 23
Bielefeld Io. Chriſtoph. 236
Billicanus Theob. 3. 18
Biſterfeld Henr. 69
Blanckenberg Conr. Gottfr. 236
Blandrata Georg. 64. 79
Blaſtares Matth. 336. 337
Blume Chriſt. Iac. 235. 237
Bochartus Sam. 38. 47. 366
Boden Iord. 237
Bœhmer Iuſt. Chriſtoph. 236
Boivinius Io. 386
Bolz Io. Chriſtoph. 521
De Bonchriſtianis Alphonſ. 346. 351
Bonus Herm. 5. 19
Boſius Io. Andr. 386
Bosler Vlr. 306
Botſaccus Io. 68
Boverius Zach. 133
Brenius Dan. 49. 83. 84. 85
Brentius Io. 19. 22. fil. 19. 20. 21. 23. 238. 310. 342
Brück v. Pontanus.
De Bruxellis Pet. 344
Buccius Angel. 429
Bugenhagen Io. 232
Burgonovenſis Archang. 381
Buzbach Dieter. 310
Calovius Abr. 69. 357
Calvinus Io. 81. 309
Calvœr Caſp. 421. 422
Camerarius Ioach. 234
Camero Io. 48
Cantacuzenus Io. 225. 229
Cappellus Iac. 48
Carpzovius Bened. 319. 330. Frid. Bened. 244
Caſaubonus Iſ. 366. 368. Mer. 35. 37
Caſſander Georg. 132
Caſſiodorus 411. 413
Caſtellanus Alb. 365
Catalogus teſtium veritatis 153
Cellarius Chriſtoph. 366. 519. 520
Centuria magdeburgenſis 424
Chalcondylas Laonic. 420. 421
Chamier Dan. 205
Chemnitius Mart. 93. 141. 142. 144. 145. 146. 156. 158. 160. 342
Chriſtodulus 229
Chryſoſtomus Io. 9
Chytræus Dav. 141
Cichovius Nic. 82
Claſen Dan. 518
De Clemangiis Nicol. 343. 347
Clericus Io. 217
Clichtoveus Iod. 364
Cluverius Phil. 366
Conſtitutio eccleſ. March. brandenb. & Norib. 342
Coccius M. Ant. v. Sabellicus.
Coëffetau Nic. 133
Collegium poſnanienſe 60. 61. 63
Colloquium altenburgenſe 510
Combefis Fran. 387
Comenius Io. Amos 83
De Conceptione Ant. *v. Antonius ſenenſis.*
Concordia. 140. *Eius Apologia* 143
Conringius Herm. 354. 518
Conſenſus orthodoxus 150

Digitized by Google

Conſilia theologia. uvittebergenſis. 357
CONSTANTINVS M. 396. 402
Contius Ant. 244
A Coriolano Fran. Longus 331. 335
Corner Chriſtoph. 141
Corpus iuris civilis. 241. *iuris canonici* 243. *doctrina Iulium* 145
Corvinus Andr. 424. 429
Covetus Iac. 60. 78
Crakanthorp Rich. 133. 136
Crautvvald Valent. 355
Crellius Fortunat. 93. Io. 57. 65. 74. Paul 357.
Crocius Io. 127
Creyghton Rob. 352
Cromvvell 133
De la Cruce Manfred. 346. 351
Cuiacius Iac. 241
Cuno Caſp. 263
Cuperus Fran. 85
Curcellaus Steph. 51. 53
Curio Cœl. Secund. 514
Cuſanus 224. 227
Cutenus Io. 62. 76
S. Cyprianus 3. 8. 128
Czechovicius Mart. 59
Dalmata Herm. 224. 226
Davidis Fran. 64. 78
Dedekennus Georg. 360. 362
Delius 128
Demetrius cydonius 224. 227
Denck Io. 14
Deſmarus Fran. 243
Dietericus Vitus 233
Dilfeld Georg. Conr. 194. 195
de Dinckelſpuhl Nicol. 345. 351
Dodvvellus Henr. 366. 367
de Dominis M. Anton. 99. 131. 134
Drelincourt 128
Ducaus Fronto 411
Dudithius Andr. 58. 80
Eccius Io. 3
Eder Georg. 275. 300
Egenolphius Attalar. 310
ab Eiſenberg 309
ab Eitzen Paul. 141
Epiſcopius Simon. 48. 50. 84. 356
Epiſtola præſtant. virorum. v. Præſtantium
Eraſmus roterod. 387
Ermiſch Chriſtian. 240. 241
Eſtius Guil. 103
Euagrius ſcholaſticus 406. 408
Eudamon-Ioannes Andr. 133
Euſebius Pamphili 375. 396
Eutropius Gabr. 63
Faber Baſil. 424. Pet. 428. Sam. 501. 502
Fabricius Wolfg. 364
Faulfiſch. vid. Hieronymus pragenſis.
Fecht Io. 198. 200
Felix Stanisl. 354
Flacius Matth. 153. 424
Forbeſius Io. 206. 208
Foſcarenus Mich. 517
Franken Chriſtian. 64. 77
Fratres poloni 57

Digitized by Google

Freder Io. 2. 3. 18
A Friedberg Balth. 14. Io. Cornel. 307
Frœling Andr. 518
Fuchs Iac. 309. Laur. 303. Leonh. 305. Paul. L. B. 510
Funccius Io. 511. 512
Galatinus Pet. 380. 382
Garbitius Matth. 387
Garcia ſeu Garzia Franciſcus 86. 91
Garthius Helv. 25. 26. 98
Garzonius Pet. 517
Gataker Thom. 35. 36
Geier Mart. 33. 34
Gelenius Sigiſm. 386. 387
Gennadius 336. 337
GEORGIVS, *Princeps anhalt.* 234
Gerhardus Io. 175. Io. Ern. 176. 360. 361. 362
Gerlacher Theobald. *vid. Billicanus.*
De Geminiano Dominicus 345
Gerſon Io. 343. 345. 347
Getelius 5
Giattinus Io. Bapt. 353
Gittichius Mich. 70. 79
Gleidſmann Io. Eberh. 9
Glycas 416
Goldaſtus Melchior. 248. 282. 287
Gorlitius Mart. 8
Gothofredus Dionyſ. 241. 242
Goudenhuſius Conr. 242
Grapius Zach. 198
Graſer Conr. 96. 105
Gratianus 244. 247
Gravina Domin. 133
Green Georg. 526
Gregorius Martin. 356. nazianz. 416
Gronovius Iacobus 368. 369. 370. 386
Grotius Hugo 41. 68. 217
Grübel Chriſtian. 361
Gugel Chriſtoph. 319
Habert Iſaac. 363
Hæmerlin Fel. 308
Hafter Aug. 237
Hanſter Io. 199
Hall Ioſ. 356
Hallier Fr. 133
Von der Hardt Hermannus 342. 351
Harris Rich. 98
Hartſoecker Chriſtian. 220
Hauptvertheidigung des evangeliſchen augapfels 149
Heerbrand Iac. 93
Heigel Paul. 518
Heinſius Dan. 82. 355
Herdeſianus Chriſtoph. 151. 342. Cyriac. 522. 525
Hermannus Dalmata, vide *Dalmata*.
Hermolaus grammaticus 368
Hieronymus pragenſis 507. ſtridon. 375
Höe Matth. 106. 150

Holthuter Thom. 424
Holſtenius Lucas 366. 368. 406. 410
Holzhuſius Barthol. 521
Hornius Georg. 42
Hoſmann Abr. 303
Hoſpinianus Rud. 510
Hudſon Io. 386
Humbertus Cardinalis 432. 451
Hunnaus Aug. 87. 91
Hunnius Æg. 24. 30
Hus Io. 507. 509
ab Hutten Vlric. 286. 305
Hutterus Leonhard. 169. 172. 174
Iacobellus. v. Miſa.
IACOBVS R. Brit. 96. *ep. laudenſis* 344. 346
Ianſenius Nic. 197
Ianſonius Theod. *ab Almeloveen* 366. 368
Idacius, ep. aquiflav. 375. 378
Imhof Iacob. Guil. 502. 503. 504. 505
Ioannes Cantacuzenus. v. Cantacuzenus. abbas 375. 378 *Papa XXII.* 243. *XXXIII.* 508
Ioannis Eraſm. 62. 63. 77
Ioaſaph 229
Iobſt. v. Iodocus.
Iodocus Wolfg. 522. 524
Ioſephus ægyptius 336. Flavius 386. 395
Iovius Paul. 225. 228
Irenæus. 2
Ittig Thom. 387
Iudex Matth. 424. 427
Iuellus Io. 209. 210. 211
Iureconſulti tubingenſes 524
IVSTINIANVS 241
Keller Iac. 308
Kirchner Timoth. 144. 342
Kling Melch. 359
Knopf Alb. Fidler 236
Koch Henn. 518
Kœzler Valentin. 319
Kortholt Chriſtian. *fil.* 521
Lampadius Io. 362
Lancelottus Io. Paul. 244. 248
Laonicus Chalcondylas. v. Chalcondylas.
De Langenſtein Henr. 344. 350
Laſcharius Andr. 345. 350
Laſſenius Io. 195. 196
Launoius Io. 136. 139. 198
Van Leeuvven Simon. 241. 243
Leibnitius Godofr. Guil. 312. 316. 317
LEO Imp. 241
Leunclavius Io. 421
Leyſer Polyc. 156
Lichtſcheid Ferd. Helfr. 198
A Limborch Phil. 51. 217. 219. 220
De Lith Tido Henr. 521
Læber Chriſtoph. Henr. 195
Læſcher Val. Ern. 199
Lohmeier Georg. 502. 503
Longius Mich. 475
Longus. v. Coriolanus.
Loritus Henr. *v. Glareanus.*

Digitized by Google

Lubienitius Stanisl. 79
Lucianus, caphargamalenſis presbyter 42
Lucius Ludov. 424
Luther Mart. 2. 9. 20. 93. 145. 224. 232. 233
Lydius Balth. 356. I. B. 128. 130
Mackerey Mich. 234
Maffeus Raphaël. *v. Volaterranus.*
Mahumet 223
Maior Georg. 234. 235
Marbachius Phil. 143
De Marca Pet. 398. 401
Marcellinus comes 375. 379
Marci Corn. 67
Marefius Sam. 51
Marraccius Ludov. 221. 223
Marſchallus Io. 310
Marſigli Aloyſ. Ferd. *Comes* 506. 507
MARTINUS V. 344
Matthaus Pet 244
Matthia Chriſtian. 361
Mauritius de Praga, vide *de Praga.*
Maurocenus And. 517
Meibom Henr. 307
Meierottus Henr. 521
De Mediolano Vicecomes Dan. 506
Melanchthon Phil. 224. 234
Mennonita 62. 195
Mentzer Balth *iunior* 195. 197
De Mercede Ant. 346. 351
Mercker Io. 200
Merula Paul. 366
Meurſius Io. 366
De Miſa Iac. 345. 351
Muler Io. Nic. 31. 32
Moerlinus Ioach. 147
Montacutius Rich. 282
Montanus Arn. 208
Montprot Henr. 8
Morbiſanus 224
Morellius Frid. 366
Morinus Steph. 39
Mornaus Phil. 95
Morſcovius Pet. 66. 78
Moſcorovius Hier. 61. 76
Le Moyne Steph. 387
Müller Io. 195. 197. Io. Chriſtoph. 195
Munzer Thom. 195
Muſculus Andr. 141. Wolfg. 202
Nani Bapt. 517
Nardius Balth. 133
de Natalibus Pet. 365
Neuhauſer Wilh. Eo 304
Neuſs H. G. 195
Nicephorus Calliſti 411. 412. Gregoræ 418. 420. *patriarcha CPtan.* 375. 379
Nicetas Choniates. 417. 418
Nicolai Phil. 362
Nicolaus. v. Cuſanus.
De Niem Theodoric. 343. 345. 349
Niemoiovius Io. 62. 76
Noribergenſis Reformatio renovata. 318
De Noris Henr. 215. 216
Nuzel Car. 308
Olearius Io. halenſis, Auguſti Ducis Sax. theologus 194. theol. lipſ. prioris filius 132

Opor

Oporinus Io. 420
Origenes 128
Orthlepius Frid. 307
Pachymerius Georg. 419
Palaeologus Iac. 60
Paletz Steph. 508
Palatius Io. 346
Pallavicinus Sfortia 353. 355
Palmerius Iac. 366
Pantheon anabapt. & enthuſiaſt. 194
Pareus Dav. 94. 362
Paſtorius Ioach. 80
Pauli Gregor. 60
Paulus ICtus 241
Pegna Fran. 244
Peleterius Claud. 243
a Pennaforti Raymund. 244
Pertſch Io. Georg. 198
Petantius Fel. 225. 228
Peterſen Io. Wilh. 198. 201
Petrus alverniensis 86. 91. *cluniacenſis* 224
Peucer Caſp. 169
Pezel Chriſtoph. 234
Pfaff Io. Chriſtoph. 199
Pfeffinger Dan. 200
Philo 383. 386
Philoſtorgius 406. 409
Piccolomini Æn. Syl. 224. 228
Picenus Barthol. 224
Pileus 343. 344
de Pinedo Thom. 368
Pithoeus Fran. 243. 248. Pet. 243
PIVS II. 224. 228
Placaeus Ioſ. 69
Plathner Chriſt. Frid. 506
Poelenburg Arn. 49
Poggius Io. Fran. 343. 345. 509
Polyander Io. 356
Pommer Sim. Wolder 307
Pontanus Gregor. 303. 311
De Praga Mauritius 344. 350 Stephan. 343. 350
Praeſtantium ac eruditorum virorum Epiſtolae 220
Przipcovius Sam. 57. 80. 84
Proſper aquitan. 375
Puccius Fran. 61. 75
Raida Balth. 231
Ratel Henr. *ſen.* 304
Raius Io. 506
Ravenſperger Herm. 213
Rauppius Iac. 239. 240
Reformatio norib. renovata 318
Regius Vrb. 1. 16. Erneſt. 1. 5. 145
A Reichenthal Vlr. 340
Reiniſch Pet. 194
Rhetmeier Phil. Iul. 237.
Rhode Mich. 521
Richardus ord. Praedicator. 224
Rittmeier Io. 518
Rivius Io. 156. 159
Rixner Henr. 518
Robertus retenensis 224. 226
Roeting Mich. 233
Rorarius Georg. 233
Rufinus aquileiensis 386
Ruilius Cl. 368
Sabellicus 513. 515. 517
Sadeel Ant. 93
Sadoletus Iac. 225. 228
Salianus Iac. 422. 423
Salmaſius Cl. 366. 368
Sander Nic. 510
Sarcerius Eraſm. 357. 358. 359

Sartorius Io. 98
Savonarola Hier. 224.226
Scaliger Ioſ.Iuſt.368.375.380.Pet.90
Sceper Io. 219
Scheibler Io. 128
Scherzer Io. Ad. 526
Schmidelinus. v. Andrea Iac.
Schmidt Greg. Andr. 501
Schoder Io. Sam. 506
Schrader Chriſtoph. 517. 518
Schrevelius Corn. 242
Schvvenckfeld Caſp. 54. 55
a Schvvendi Laz. 280. 300. 310
Schvverdtner Io. Dav. 200
Seebach Chriſtoph. 200
Seidel Mart. 65. 77
Seld Georg. Sigiſm. 303. 311
Selneccer Nic. 141. 144. 341. 344
Sguropulus Silv. 352
Siegvolck G. Paul. 198. 199
Slichting Ion. 57. 65. 66. 70. 75
Smalcius Val. 62
Smiglecius Mart. 77
Snepſius Theod. 20. 24
Socinus Fauſt. 57. 73
Socrates ſcholaſticus 403. 405
a Soto Pet. 21. 24
Sozomenus 403. 405. Eberh. 62
Spangenberg Cyriac. 360
Spanhemius Ezech. 366
Spelmann Henr. 339
Speculum Saxonicum 287 *Suevicum* 287. 288
Statorius Pet. 63. 65. 66. 78
Stegmannus Ioach. *iun.* 71. 75. 78. 83. 85
Stephanus de Praga 350. *Byzantinus* 368. 369
Stoinski v. Statorius.
Stokes Io. 508
Strabo 366
Strabonis Excerptor 366. 367
Strimeſius Sam. 521
Stumpfius Io. 341
Sturmius Leonh. Chriſt. 521
Svvetius Io. 133
Sylvius Æn. *v. Piccolomineus.*
Synodicon 335. *Synodus dordracena* 355
Syropulus. v. Sguropulus.
Taraſius 336. 337
Teuber Sam. Chriſtian. 199
Theobaldus 344. 350. Zach. 194
Theodoritus 406
Theodorus lector. 406. 409
Theologi hamburgenſes 195. *helmſtadienſes* 194. *leydenſes* 49. *ſaxonici* 341. *vvirtenbergenſes* 152. *vvittebergenſes* 357
Thering Luc. Henr. 236
Thomas aquinas 85. 89
Tognus Mich. 506
Tooker Guil. 97
Tribonianus 242
Tubingenſes ICti 526
de Valentia Greg. 91. 92. 93
Valeſius Henr. 397. 398. 403. 406
Veccus. v. Beccus.
Videlius Nicol. 49
Vergerius Pet. Paul. 22
Verlus ſ. Veria Ant. 365
Veronius Fran. 128. 130
Victor, ep. tunun. 375. 378
Vigelius Nic. 304. 312
Vigenerius Blaſ. 421
Vigilantius Publ. 522. 524

Viſch

Viſch Conr. 263
Vives Lud. 224. 225
Vllerſton Rich. 344. 349
S. Vlricus, ep. auguſt. 309
Vniverſitas oxonienſis 59
Voladimirus Paul. 345. 351
Volanus Andr. 61. 72. 76
Volaterranus 224. 226
Volkelius Io. 69
De Voragine Iac. 366
Vorſtius Conr. 355
Voßius Gerh. Io. 211. 214. 474. ſſ. 366
Vrie Theod. 343. 347
Vrſinus Beniam. 519. 520
Waddingus Pet. 48
Wahrenberg Sincer. 197
Walaus Ant. 49
De Walenburch Adr. & Pet. 127. 130
Wardus Sam. 35. 38
Van der Wayen Io. 219
Wegner Godofr. 521
Wehner Paul. 311
Weiſe Frid. 237
Weſenfeld Arn. 521
Whitaker Io. 210
Wicelius Georg. 229. 230. 231
Widmanſtadius Io. Alb. 224
Wiekus Iac. 63. 76
Wigandus Io. 424. 426
Winckler Io. 198
Wiſſovvatius Andr. 36. 57. 70. 71. 79. 81. 85
Wolfius Ambroſ. 342. Hieron. 415. 416. 417. 418. Io. Iac. 195.
Wolzogen Lud. 57. 70. 75
Xylander Guil. 35. 38. 366. 368
de Zabarellis Fran. 343. 349
Zanchius Hier. 203. 204
de Znoyma Stanisl. 508
Zonaras Io. 415. 416
Zvvicker Dan. 85

Index Anonymorum & Pſeudonymorum.

Æ Ngſterus Hulder. 22
Annoſus Fidelis 133
Antiſocinus 74
Apologia Form. conc. 143
Aquilinius Cæſar. 354
Arbiſſa 524
Aſpaſius Io Fran. 170
A. V. 72
Axungia 524
Baranus Iuſt. 362
Batavus Chriſtian. 97
Betulius Ian. Gregor. 520
Brutus Iun. 70. 79
Cirellus 69
Clarmundus 452
Compoſitio pacis 150
Concordia anglicana 98
Corradinus Hannibal 216
Cras credo, hodie nihil 82
Crucis Chriſtian. 373
Defenſio M. Chemnitii 463
Democritus Chriſtian. 452
Dyſidæus Proſper 57. 61
Epitomus Andr. 238
Eques Polonus 57
M. L. M. F. 200
Foſſeus Fulgentius 216
Furſtenerius Cæſarinus 317

Hiſto-

Hiſtoria fanaticorum, germanice verſa 194
Hypnerotomachia auctor 477
M. L. H. 47
Irenæus Chriſtoph. 143. Io. 2
I. B. L. 128
Manifeſtatio apoſtaſiæ M. Antonii de Dominis 133
G. W. E. M. 472
S. N. 200
Nouvelles literaires 318
Obſervationes de vita & geſtis M. Antonii de Dominis 133
Ordinatio Iudicii Cameræ imperialis 263
Oſtenſio falſationum G. Arnoldi 462
Palmerius Io. 170
Phagus Agricola 231
Philalethus Irenæus 81. 268
S G. S. 154. 155. 417
De Sainjore 353
Sideraltus 452
Siegvolck Georg. Paul. 281
Sylvanus Iac. 308
Theophoretus 2
Tortus Matth. 96
Turpio Gratianus 58
A. V. 72
D. E. V. 472
Veri promus cuſtos 79
Vlicovius Georg. 317
Vorſtellung, v. Oſtenſio.
Vrbevetanus 57
Wolfius Ambroſ. 143
M. A. Zahn 199

ERRATA

Ad hunc modum corrigantur; cetera autem, quæ oculos noſtros effugerunt, Lectoris benevolentiæ atque induſtriæ committuntur.

Pag. 94. lin. 11. Moguntiæ. 194. 13. Iidem. 196. 24. candidato. 200. 33. Viek. lin. 34. Artlenburgenſes. 201. 2. Paſtor friſtorfienſis in diſtrictu Eislebienſi. 208. 37. cœmeterio. 425. 3. ſingulæ. l. 14. ſcopus. l. 28. *Harpsfeld.* 426. 21. ille. 430. 3 Provincia. l. 25. probe. 431. 18. *Spondani.* 432. 11. *Stenonem.* 477. 21. *Valentinians.*

ERRATA

In Prima Parte adhuc corrigenda.

Pag. 6. lin. 6. (gallicanis) 8. 1. Andr *Maſius.* 11. 34 idem, qui Aquila ponticus. 23. 27. fronte. 25. 19. in medio: XI. & ſic in ſeqq. corrigatur numeris uſque ad libri finem. 52. 27. Notæ. 57. 14 Parrhaſiana. 76. 19. Gratianopoli. 97. 9. *Eraſmus & Scultetus.* 100. 35. Iac. Iehiel *Loans.* 101. 30. Hæc verba, Valentinus *Ampelander,* & ſequentia uſque ad A. 1575. deleantur 113. 8. *Deleantur hæc verba*: poſtea epiſcopus mindenſis. 125. 20. Harduino, vide. 133 ult. Deleatur tota. 134. Lineæ quatuor primæ deleantur. 136. 31. patrio territorii leodicenſis. 148. 25. latrocinali. 160. 32. ab. 162. 22. Hannoniæ. 170. 20 dicebat. 26. diſſentit. 200. 8. Pet. Paul. 202. 7. Taurinenſibus 265. 7. Her- 304. 23. Contemtus. 307. 5. interulam aliquam. 330 14. luſitanus. 331. 30. æt. 53. 336. 17. Arvernis. 339. 16. Adolphi *Vorſtii.* 31. Βαττολογίας. 347. 18. anglicanæ. 357. 21. *rhaſiana* 360. 35. cum ipſius natis. 363. 26. duos. 379. 23. *Forbeſ.* 399. 22. Georg. Spalatinum 416. 8. Angl. Regem.

Addenda in Indice Auctorum.

Eraſmus p 302. 320. *Heins* Andr. 270. *Proſper* aquitan. 236. 238. *Theodorus* Daphnopates. *De Traverſariis* Ambroſ. 132.

In Indice Anonymorum & Pſeudonymorum.

Ars nihil credendi p. 266. *Doctor lovanienſis* 345. C. A. H. 157. *Ludibria malevola Clerici* 169.

F I N I S.

VA1 1507094

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

~~40~~
150
E.
18

Digitized by Google